71 *ζεται.*] Sic etiam Rom. C. nisi quod *σάτυροι* habet. Legendum censuit Bentleius Epist. ad Mill. p. 13. *Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ Σάτυροι. οὐ σώζονται.* Barnesius *οὐ σώζεται*, ut vulgo, cetera ut Bentleius. Conferendum omninó argumentum Acharnensium Aristophanis: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους* (mendose pro *Εὐθυδήμου*) *ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου. καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. οὐ σώζεται. τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις.* Ubi verba *οὐ σώζεται* Cratini *Χειμαζομένους* e solis Didascaliis innotuisse significant. Cum aeque ignotae fuisse videantur Eupolidis *Νουμηνίαι* ac Cratini *Χειμαζόμενοι*, quippe quae nunquam a grammaticis allegentur, male fecit huius argumenti scriptor, quod solam Cratini fabulam non exstare monuit. In Medeae argumento indicatur tetralogia, in qua fuisse tres tragoedias cum dramate satyrico nemo ignorat. De voce *Σάτυροι* fabulae titulo addita dixit Bentleius p. 13. iterumque p. 50. Exstabant olim Euripidis Philoctetes et Dictys, quorum fragmenta supersunt satis multa. Ejus vero *Θερισταῖν* nulla usquam mentio est, nisi apud argumenti nostri scriptorem. Perpauca scilicet dramata satyrica pro ratione tragoediarum in grammaticorum manus pervenerunt. Legimus in Euripidis Vita a Thoma Magistro scripta, fabulas eum XCII. docuisse, quarum octò solae fuerint satyricae. Hoc quidem ex omni parte verum esse non potest. Fabulae enim XCII. tetralogias conficiunt XXIII. in quibus totidem fuerint dramata satyrica necesse est. Sed verum videtur quod dicere vult grammaticus, octo sola aetatem tulisse. Ita etiam accipiendum quod de Aeschylo in ejus Vita dicitur: *ἐβίωσε δὲ ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ἑβδομήκοντα, καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἀμφὶ τὰ πέντε.* Tot scilicet exstabant Aeschyli tragoediae et dramata satyrica, quorum fere omnium nomina in Catalogo leguntur. De Euripide paullo aliter statuendum censeo. Nunquam enim fabulae ejus XCII. exstitisse videntur. Qui hunc numerum ei tribuerunt, tetralogias ejus XXIII. in Didascaliis memoratas fortasse repererant. In tetralogiis XXIII. tragoediae erant LXIX. quas aut omnes aut plerasque servatas haud infitior. Sed satyricae pleraeque perierant, octo solae exstabant. Tragoediis LXIX. adde satyricas VIII. et fabulas habebis LXXVII. quot scilicet olim exstitisse tradunt nonnulli. Alii tantum LXXV. numerabant. Suidas: *δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μέν τινας οἑ. κατὰ δὲ ἄλλους ἐννενήκοντα δύο. σώζονται δὲ οζ'.* Duas res prorsus diversas hic confundit grammaticus. Alia quaestio est, quot fabulas scripserit Euripides; alia, quot ducentis post ejus mortem annis exstiterint. Corrigendus igi-

tur Valckenarii error, qui ut numerum LXXV. expleret, etiam *Θερισταὶς* imputavit Diatrib. p. 10. k) Eodem jure *Φρύγας* 72 addere poterat, auctore Muesilocho apud Diogenem Laërtium Socrate II. 18. Mea quidem sententia, non XCII. sed longe plures fabulas docuit Euripides, quippe qui plusquam quinquaginta annos huic rei operam dederit, quemque verisimile sit quotannis, modo chorum repererit, singulas aut binas tetralogias scripsisse. Sed in Didascalias, ni fallor, eae solae relatae sunt, quae unum de tribus praemiis obtinuerant. Euripides, ut raro primum, ita saepe ne tertium quidem consecutus videtur. Non mirum igitur, si fabularum ejus nomina non plura quam XCII. grammaticis innotuerunt. Ceterum ex illis LXXV. aut LXXVII. quae exstabant, satyricae erant *Αὐτόλυκος*, *Εὐρυσθεὺς*, *Κύκλωψ*, *Σίσυφος*, *Σκείρων*, *Συλεύς*. Duo nomina desiderantur.

*ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.*] Rom. A. et Lasc. personarum nomina hoc ordine exhibent: *Τροφός* (Lasc. *Τροφὸς Μηδείας*). *Κρέων. Παῖδες Μηδείας. Παιδαγωγός. Ἰάσων. Χορὸς Γυναικῶν. Αἰγεύς. Μήδεια. Ἄγγελος.* Addit Lasc. *Προλογίζει ἡ Τροφός.* Rom. C. sic: *Τροφός. Κρέων. Παιδαγωγός. Μήδεια. Χορὸς Γυναικῶν. Αἰγεύς. Ἰάσων. Παῖδες Μηδείας. Ἄγγελος.* Vetulam quae prologum agit pro Medeae nutrice accepisse videtur Ennius, cujus verba afferam ad v. 48. Nutricem eam diserte appellat Cicero loco ad v. 56. allegato. Ita scilicet statuerant grammatici, quorum *ἐκδόσεις* personarum indicibus instructae erant. At nihil quidquam est in ipsa fabula, quod huic opinioni pondus addat. Scholiastes etiam hanc anum quater *πρεσβῦτιν* appellat, bis *γραῦν*, nunquam *τροφόν*. Melius igitur fortasse in indice personarum legeretur *ΓΡΑΥΣ* vel *ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ* quam *ΤΡΟΦΟΣ*. In Sophoclis Trachiniis inducitur primo *Θεράπαινα*, deinde *Τροφὸς*, eadem fortasse ancilla, certe non magis *Τροφὸς* quam haec nostra. Contrarius huic error est in Euripidis Andromacha, ubi Hermiones nutrix *Θεράπαινα* appellatur. Nutricem esse ostendunt illa *τέκνον* et *ὦ παῖ*, a Phaedrae nutrice in Hippolyto etiam usurpata. Sed haec quaestio vix digna est cui tot verba impendamus. Majoris momenti est, quod lectorem hic monitum velim, ter-

k) Praeter *Θερισταὶς*, e numero a Valckenario constituto eximendae mihi videntur Glaucus, Lamia, Temenus. Restant igitur non plures quam LXXI. Harum cum nonnullae semel tantum aut bis memorentur, quis dubitet, alias olim extitisse, quarum nulla usquam mentio hodie reperiatur? [Euripidis *ΒΙΠΕΟΣ* memoratur apud Winckelmannum, *Monumenti Inediti*, n. 168. *ΕΠΕΟΣ* quidem nihili vox est. Potuit tamen Euripides fabulam *Ἔπειον* docere. *Ex Addendis.*] [Vid. Osann. in Wolfii Analectis IV. p. 558. *ED. LIPS.*]

tium histrionem in hac fabula supervacaneum fuisse, in qua scilicet praeter mutas personas, nunquam plures duabus simul inducantur. Hoc in nulla alia Euripidis fabula superstite accidit, praeterquam in Alcestide. In Alcestide quidem coram patre et matre loquitur parvulus Eumelus, sed concessum fuisse videtur, ut pueri loquentes extra numerum inducerentur. Hinc esse puto, quod in Andromacha quatuor personae in scena stant a v. 546. usque ad v. 747. Si adultus fuisset Andromaches filius Molossus, ante Pelei adventum e scena discessisset.

## IN IPSAM FABULAM.

75 *ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΜΗΔΕΙΑ.*] Quaedam ex Euripidis Medea citari quae in ea non exstent, praeter alios gravissimus auctor est Hemsterhusius ad Hesychium v. *Ἀπαιώνιστον*. Nec mirum, cum Medeae historiam in tres fabulas distribuerit Euripides, quarum vel Peliadas vel Aegeum sub Medeae nomine facili errore allegare poterant grammatici. Neque in poëtae quam in fabulae nomine minus facilis fuit error. Nam praeter Euripidem Medeam docuerunt Neophro, Carcinus, Melanthius, Dionysius, Dicaeogenes, imo et alter Euripides, hujus nostri fratris vel sororis filius, si Suidae fides habenda est [1]). Verum etiam si solus Euripides ὁ πάνυ Medeam fabulam docuisset, isque in ea sola fabula Medeam induxisset, non magis mirum esset veteres nonnunquam Medeam pro diversa fabula nominare, quam recentiores Orestem, verbi caussa, pro Hecuba [m]). Sexcenta tragicorum loca, si opus esset, simili errore a scriptoribus tam veteribus quam recentioribus citata indicare possem. Frustra igitur contendunt nonnulli viri docti duas fuisse Euripidis Medeas, in quarum altera locum habuerint nonnulla quae in ea quae exstat non

l) Grammatici verba sunt: *Εὐριπίδης, τραγικὸς, τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφιδοῦς, ὡς Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς. ἔγραψε δὲ Ὀμηρικὴν ἔκδοσιν, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστί. δράματα αὐτοῦ ταῦτα, Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.* Apud Suidam *ὁ πρέσβυς* alius est Euripides, ab horum utroque diversus. Sed mens ejus esse videtur, hunc juniorem Euripidem *ἀδελφιδοῦν* fuisse *τοῦ ἐνδόξου*. Apud Aristophanem Eccl. 820. mentio est Euripidis cujusdam, qui eo tempore reipublicae augendae operam dabat. Is si diversus fuit ab illo quem Dionysio auctore memorat Suidas, eodem saltem tempore vixit, mortuo jam Euripide majore.

m) *Rursus, si ab hoc Euripidis Senario, qui primus omnium in Oresta venit, Ἡκεῖ νεωστὶ πενθίμοιν ποδοῖν ἑκατὸν πύλας, pedem novissimum auferas; Quinarium jam habebis, perfectissimum hodierni nostri Epici exemplar.* Verba sunt Bentleii Schediasmate de Metris Terentianis.

atur. Cum haec opinio auctores habeat neque paucos contemnendos, non abs re erit argumenta quibus nitiecipua singillatim ponderare. I. Aristoteles Poët. p.

*Σημεῖον δὲ, ὅσοι πέρσιν Ἴλιον ὅλην ἐποίησαν, καὶ μὴ ρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην ἢ Μήδειαν, καὶ μὴ ὥσπερ ς, ἢ ἐκπίπτουσιν, ἢ κακῶς ἀγωνίζονται.* Hoc Aristotimonio utitur, vel potius abutitur, Samuel Petitus aneorum VI. 15. cujus sententia est, eam quae exstat n Euripidis quidem esse, sed minoris Euripidis, de mnihil supra dixi; majorem autem Euripidem totam historiam una fabula complexum esse. De Aristoco, qui vires doctos satis exercuit, nihil habeo quod nisi verba *ἢ Μηδείας* optimorum codicum auctoritate hitto deleta esse. II. Fuerunt qui verba *μεγαλόσπλαγκατάπαυστος ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσι*, a Stobaeo Tit. XX. = 107. ex Euripidis Medea allata, in ea exstare negaPaullus scilicet Manutius ad Ciceronis Epist. VII. 6. 74 secutus Hier. Columna ad Ennium p. 210. Atqui ea omnibus fabulae editionibus leguntur v. 108. Verba apud Stobaeum proxime superiora, *πόλλ' ἐν κακοῖσι νηθεὶς ὁρᾷς*, si meliorem Stobaei editionem vidisset us, in Euripidis Medea non quaesisset. Sunt enim ex lis Tyrone, Fr. ix. III. Apud Stobaeum Tit. LXXVIII. =333. legitur cum lemmate *Euripidis in Medea*, *τὸ θρέἐν βροτοῖσι πολλάκις | πλείω παρίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι* Quae verba sine poëtae aut fabulae nomine leguntur lementem Alex. Paedag. I. p. 127, 25. Haec neque ea legi, neque in ea locum habere potuisse ait Brunckius l. p. 400. Optime Medeae personae in Aegeo con-, callidae scilicet novercae amare simulanti quos odio Sed codex Stobaei Parisiensis, teste Brunckio, lemma *Βιότου ἐκ μηδείας*. Quod si scisset Jo. Alb. Fabricius, rum catalogum *Bioti* vel potius *Boeoti* nomine auctum lubio edidisset. Equidem latere sub hoc *βιότου* suspiba *διονυσίου τυράννου* compendio scripta *διο. τυ.* Diotragoedias haud raro adhibet Stobaeus [a]). IV. Aristoph.

XCVIII. p. 531=407. Diobuitur: *Εἰ δ' ἀξιοῖς σοι μηνόν ποτε | μηδὲν ἔσεσθαι, ε ἴσως φρονῶν. | θεῶν γὰρ τον, οὐ θνητῶν, δοκεῖς.* erus, qui hoc fragmentum vello omissum primus editius *μηδὲ ἓν ἔσεσθαι* dedit, st *μηδὲν ἀλγεινόν ποτε* stare est. Idem dicendum de *μηδέποτ' ἔσεσθαι*. Legendum, ut alibi declaravi, *Μήδοι', ἔσεσθαι*. Legendum etiam *μὴ 'δοι* pro *μηδὲν* apud Aristophanem Eccl. 934. Titulus hujus fragmenti apud Gesnerum est *Dionysii tyranni*, apud Grotium *Dionysius Tyrannus Alcmena*. In nomine fabulae erratum esse res ipsa declarat. Tit. CV. p. 560=431. legitur alterum Dio-

Ach. 119. *ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε.* Schol. *παροιδία χρῆται. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου, ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον.* Memoria lapsus videtur grammaticus. V. Idem Pac. 1012. *εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας· | Ὀλόμαν, ὀλόμαν ἀποχειρωθεὶς | τὰς ἐν τευτλοισι λοχευομένας.* Non Euripidis Medeam *παρῳδεῖ* cómicus, sed Melanthii, de quo plura vide ad v. 96. VI. Hesychius: *Ἀπαιώνιστον, δύσφημον Εὐριπίδης ἀλλαχοῦ καὶ ἐν Μηδείᾳ Κόρινθον ἀπαιώσιον, δύσφημον.* Ita Musurus, cujus temeraria correctio viros doctos misere exercuit, ut Schowii verbis utar. Cod. Venet. *Ἀπαιώνιστον. δύσφημον. Εὐριπίδης ἀλλὰ καὶ διὰ ἀκοὴν.* (Literae ρ suprascriptum θ.) *Ἀπαιώσιον, δύσφημον.* Quidquid de scriptura statuatur, nulla certe hic Medeae mentio. Legendum suspicor: *Ἀπαιώνιστον. δύσφημον. Εὐριπίδης. ἀλλὰ καὶ Διὸς κόρη | παῖαν' ἀπαιώνιστον* [*ἀντηχήσατε*]. Confer Alc. 425. Iph. A. 1468. VII. Cicero Epist. VII. 6. *Tu, qui ceteris cavere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiaris, caveto: et, quando Medeam agere coepi, illud semper memento*, Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, ne-
75 quidquam sapit. *Cura ut valeas.* Idem Off. III. 15. *Haec igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant: ex quo Ennius* nequidquam sapientem, qui sibi ipse prodesse non quiret. *Vere id quidem, si, quid esset* prodesse, *mihi cum Ennio conveniret.* Ab eodem Cicerone Epist. XIII. 15. citatur versus Euripideus, *μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός* (Fr. Inc. cxi.), quem ab Ennio expressum putant. Si vera est conjectura, quam supra p. 66. protuli, Ennium Euripidis Aegeum Latine reddidisse, vel si omnino duas Medeas docuit, non est quod miremur nihil esse in Euripidis Medea, quod verbis a Cicerone allatis respondeat. Quamquam Ennius in nostra fabula vertenda non ita ad verbum Graeca reddidit, ut nihil adderet aut omitteret. Vide modo ut duo verba *Κορίνθιαι γυναῖκες* v. 209. amplificarit: *Quae Corinthum arcem altam habetis, matronae opulentae, optumates.* Qui hoc sibi permiserit, non modo verba, sed etiam sententias aliunde sumtas adhibiturum fuisse quis dubitat? Frustra igitur sunt, qui Graecam Euripidis Medeam in Latina Ennii ita expressam putant, ut nihil in hac fuerit, nisi quod in illa fuisset. Atqui Manutius, qui primus, quod sciam, de altera Euripidis Medea cogitavit, maxime ab Ennianae fabulae investigatione in eam opinionem adductus est.

nysii fragmentum: *Θνητῶν δὲ μηδεὶς μηδὲν ὄλβιόν ποτε | πρίν, πρὶν αὐτὸν εὖ τελευτήσαντ' ἴδῃ. | ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ τὸν θανόντ' ἐπαινέσαι.* Quibus verbis fabulae nomen *Leda* in utraque editione adscriptum est. Cum hoc argumentum comicum potius quam tragicum fuisse videatur, nequeo non suspicari literas *ΛΗΔ.* et *ΜΗΔ.* hic confusas esse.

1—7. *Εἴθ' ὤφελ'——Ἰάσονος.*] Primos septem versus Latine ab Ennio redditos exhibent scriptor Rhetoricorum ad Herenn. II, 22. Priscianus de Versibus Com. p. 1325, 15. *Utinam ne in nemore Pelio securibus | caesa accidisset* (al. *cecidisset*) *abiegna ad terram trabes: | neve inde navis inchoandae exordium | coepisset* (al. *cepisset*), *quae nunc nominatur nomine | Argo, qua vecti Argivi delecti viri, | petebant illam pellem nauratam arietis | Colchis, imperio regis Peliae per dolum: | nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem | Medea, animo aegra, amore saevo saucia.* Postremus versus a Prisciano omissus est. In scriptura Porsonum sequor, qui nihil ex conjectura mutavit. Plançkius vero in hoc ceterisque Enniauae Medeae fragmentis priscam scribendi rationem (*Kolceis* verbi caussa pro *Colchis*) conatu non nimis felici repraesentavit.

1. *Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσθαι πτέρος*] Rom. B. C. E. *διαπτᾶσθαι*. Rom. D. *διασπᾶσθαι*. Rom. A. *διαπτάσθαι* in textu, *διαπτᾶσθαι* in scholio. Lasc. *διαπτάσθαι*. Quam scripturam casu potius quam consilio in Rom. A. et Lasc. exhiberi puto. Nam Rom. A. *ξυμπεράναι* habet v. 335. *φάμαι* v. 409. *βάλβίδα* v. 1212. aliaque fortasse ejusmodi. Lasc. vero *δράσον* v. 262. *ξυμπεράναι* v. 335. *λυσαι* v. 662. *κράτα τ'* v. 1160. *βαλβίδα* v. 1212. Versum citat Aristophanes Ran. 1429. ubi Aldus et pleraeque edd. *διαπτᾶσθαι*, Kusterus *διαπτάσθαι*. Hanc scripturam exhibet Eustathius p. 452, 33. p. 526, ult. p. 1419, 19. a Porsono allegatus, eamque apud Euripidem reposuit Porsonus, linguae analogiae magis quam librorum auctoritati obsecutus. Infinitivus *πτᾶσθαι* a praesenti *πτῶμαι* derivatur, quod a nemine unquam usurpatum est. Praesens est *πέτομαι*, 76 aoristus *ἐπτάμην* ejusdem formae cujus *ἐπριάμην* et *ὠνάμην*, quorum infinitivi *πρίασθαι* et *ὄνασθαι* leguntur in hac fabula v. 228. 995. Simili vitio *φᾶσθαι* apud Homerum a nonnullis grammaticis scriptum monet Porsonus. Apud Aeschylum Pers. 703. *φᾶσθαι* edd. omnes ante Glasguensem a Porsono curatam.

2. *Κόλχων ἐς αἶαν, κυανέας Συμπληγάδας*·] Brunckius *Ξυμπληγάδας*. *Hanc regulam mihi semel ipse statui, ut ξὺν pro σὺν scriberem, ubi per metrum et numeros liceret.* Ita Porsonus ad v. 11. Scripsit tamen metri lege non coactus *Συμπληγάδας* v. 2. *συμφέρουσ'* v. 13. *συντιθεὶς* v. 730. *συγχέασ'* v. 776. *σὺν θεοῖς* v. 885. *συγχυθεῖσ'* v. 974. Primo loco excepto, ex industria σ retinuisse videtur, scilicet ut in prima tertiaque sede maneret iambus. Nam diserte reposuit *συμφορὰ* Or. 2. ubi Aldus, *σὺν πάθος, οὐδὲ ξυμφορᾷ θεήλατος*. Diserte etiam scripsit Phoen. 547. *πόλεις τε πόλεσι, συμμάχους τε συμμάχοις*. Meam sententiam dixi in Praefat. ad Sophoclis Oed. T. p. 9. In

Euripidis Medea Aldus habet ξὺν A. v. 11. ξυμφορὰ L. A. v. 53. ξυνευνέτῃ v. 235. ξυνοικῇ L. A. v. 237. ξυτὸν L. A. v. 239. ξυμβάλλεται v. 279. ξυμπεράναι L. A. v. 535. ξυμφορά L. A. v. 586. ξυνεργὸν L. A. v. 590. ξὺν metro postulante L. A. v. 451. ξυμφορά L. A. v. 558. ξύμφορ' L. A. v. 762. ξυλλαμβάνουσα L. v. 795. ξυνεργούς v. 819. L. A. ξυμπεραίνειν L. A. v. 857. ξυνοικεῖ L. A. v. 969. ξυνῳδὰ L. A. v. 976. ξυνῳρίδα L. A. 1114. ξυνάψειν metro postulante L. A. v. 1201. ξύνοιδα L. v. 1256. ξυνθανοῦσ' L. v. 1256. Literae L. et A. significant Lasc. et Rom. A. ξ habere. Ceterorum Romanorum scripturam minus diligenter enotavi. Lasc. etiam ξυναντήσας (sic) v. 551. ξυνεύνῳ v. 969. Rom. A. ξυμφέρουσ' v. 13. ξυναστήσαις v. 551. Uterque consentiente Aldo σ habet ubi mea editio ξ v. 2. 42. 70. 113. 341. 449. 464. 472. 478. 482. 500. 539. 600. 612. 686. 784. 840. 887. 916. 1106. 1112. 1148. 1162. 1164. 1168. 1173. 1179. 1202. 1352. Nescio qua fortuna in Lascaris Aldique scriptura exhibenda sexies deinceps erraverit Porsonus ad v. 11. Versus in ejus editione sunt 1176. 1190. 1192. 1196. 1201. 1207. in mea 1148. 1162. 1164. 1168. 1173. 1179.

3, 4. *μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε | τμηθεῖσα πεύκη*] Lasc. *πεσεῖν ποτέ*. Idem *ποῖ ποτὲ* v. 553. *φρονεῖν ποτὲ* v. 452. *ἐκβαλεῖν ποτὲ* v. 732. *μῶν τιν'* v. 977. Sed *μεθῶ τινι* v. 711. ubi Aldus *μεθῶ ποτε*. Fluctuant codices. V. 3. quatuor Romani *ποτὲ* habent. In B. scriptura humiditate deleta est.

4, 5. *μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας | ἀνδρῶν ἀρίστων,*] *Mallem μήτ' ἐρετμῶσαι*, inquit Brunckius. Male. *Μήτε* post *μή* vel *μηδὲ* soloecum est. Negant hoc, sed frustra negant, mea quidem sententia, Hermannus ad Sophoclis Aj. 423. (428.) o), Reisigius Conjectan. in Aristoph. I. p. 189. Citat Matthiae Gramm. Gr. §. 602. Thucydidem III. 48. *καὶ μηδὲ οἵκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ' ἐπιεικείᾳ.* Ubi *μήτε οἵκτῳ* habent omnes fere codices scripti, et primae quatuor editiones. Sed hujusmodi errores etiam contra librorum consensum tollendi sunt. Vide ad v. 1213. 1523. 77

*Ibid.* Hesychius: *Ἐρετμῶσαι. κώπαις ἔρεσσαι.* Dixit etiam Pseudorpheus Argon. 556. *χεῖρας ἐρετμώσαντες*, monente Ruhnkenio ad Hesychium. Dicitur *ἐρετμῶσαι χέρας*, *manus remis*

o) Vulgo, *οὔτοι σ' ἀπείργειν, οὔθ' ὅπως ἐῶ λέγειν | ἔχω, κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα.* Emendavi *οὐδ' ὅπως ἐῶ* Mus. Crit. Cantabrig. T. I. p. 506. Vulgatam defendit Hermannus, non tamen ita ut sententiam mutarim. Verba *οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν* nostra lingua significant *neither good nor bad*. Verba *οὐτε ἀγαθὸν οὐδὲ κακὸν* significationem habent paullo diversam, *not good, nor yet bad*, Sophoclis verbis paullo convenientiorem, quorum verus sensus est, *οὔτοι σ' ἀπείργειν βούλομαι, κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα, οὐδ' ὅπως ἐῶ λέγειν ἔχω.* Verba *οὐδ' ὅπως ἐῶ λέγειν ἔχω* quasi in parenthesi sunt.

e, ut ὁπλίσαι δέμας, στεφανῶσαι κάρα. Constructionem
xplicat Schol. ὤφελε μὴ ἐρετμῶσαι ἡ Ἀργὼ τὰς τῶν ἀρί-
ειρας. Interpretes Latini ἐρετμῶσαι pro *remigare* male
int. Vertit Portus, quem sequitur Musgravius, *neque*
*remigassent virorum praestantissimorum.* Accusativum
efendit Musgravius ex Iph. A. 1291. μήποτ' ὤφειλε τὸν
βουσὶ βουκόλον τραφέντ' | Ἀλέξανδρον οἰκίσαι (οἰκῆσαι ma-
Iusgravius) | ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι etc. Ad
locum citat Lucianum de Dea Syria T. III. p. 472. ὃς
ἔτλης, οἷα μήτε σε παθέειν, μήτε ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε. Haec
n verba sollicitare supersedeo. Apud Euripidem vero
um ὤφελες videbit qui locum comparaverit cum Sopho-
ed. T. 1391. p) Addit Musgravius ad nostrum locum:
*aestat fortasse χέρες, ut habet in margine MS.* 2816. q)
s conjectura, imo perniciosa, quae aliis quoque in men-
nit.

*d.* Scribendum ἀνδρῶν ἀριστέων censent Wakefieldius ad
ium T. III. p. ult. Porsonus ad Euripidem, et Schae-
n Lipsiensi Porsonianae recensionis editione. Quibus
ibus, haec verba conjuncta usurpant Homerus Od. Ξ.
Apollonius Rhodius I. 70. II. 460. 465. 960. III. 1004.
r Euripidem, qui dixit Iph. A. 28. Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ'
ἀριστέως. Porro Porsonus et Schaeferus vocem ἀριστεὺς
aro a librariis corruptam esse ostendunt. Nihil igitur
hac conjectura, cui tamen objici potest, quod aeque
icitur ἀνδρῶν ἀρίστων. Ἀριστεὺς quidem non usurpatur
su quo dicitur Med. 923. ἀνδρός τ' ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ' 78
του. Sed *optimates* non minus bene ἄριστοι quam ἀρι-
ppellantur.

6. οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας | Πελίᾳ μετῆλθον.] Sic Rom.

ortasse scripsit Euripides,
ὤφελες τὸν ἀμφὶ | βουσὶ βου-
ραφέντα | παῖδ' Ἀλέξανδρον
Tota fere ῥῆσις a v. 1283.
d v. 1319. metro trochaico
t. A v. 1300. legendum vi-
ἔνθα ποτὲ καὶ Παλλὰς ἔμο-
αὶ δολιόφρων Κύπρις, Ἥρα
Διὸς Ἑρμᾶς τ' ἄγγελος | (ἁ
| πόθῳ τρυφῶσα, | δορὶ δὲ
, ἁ δὲ Διὸς ἄ | νακτος εὐ-
ασιλίσι) | κρίσιν ἐπὶ στυγνὰν,
| [δυστυχῆ] τᾶς καλλονᾶς. |
ιὸν δὲ θάνατον, ὄνομα | μὲν
Δαναΐδαισιν, | ἃ κόραι,
ατ' ἔλαβεν | Ἄρτεμις πρὸς
ὁ δὲ τεκών με τὰν τάλαι-
ναν | (ἰὼ μᾶτερ, ἰὼ μᾶτερ) | οἴχεται
προδοὺς ἔρημον. | ἁ δὲ δυστάλαιν'
ἐγώ, πι | κρὸν γάμον, πικρὰν ἰδοῦσα
| δυσελέναν, φονεύομαι, δι | ὀλλυ-
μαι σφαγαῖσιν ἀνοσί | οισιν ἀνοσίου
πατρός.

q) De quo Catalogus: *Codex chartaceus, olim Bigotianus, quo continetur Euripidis Medea, cum Latina interpretatione, quae ab edita discrepat. Accesserunt viri docti notulae quaedam et emendationes, e manuscriptis codicibus erutae. Is codex saeculo decimo sexto exaratus videtur.* Hujus libri nulla alia apud Musgravium mentio.

A. C. D. E. Sed Rom. B. *αἳ* (*χεῖρες* scilicet) *τὸ πάγχρυσον δ.* Postremae vocis scriptura in eo cod. incerta est. Schol. *δέρας* Par. E. Mag. Put. *δέρος.* Sic etiam Eustathius p. 600, 11. diserte, monente Porsono, qui eam scripturam admisit. Infra v. 467. Bacch. 833. vulgo legitur *δέρας*, *δέρος* vero Phoen. 1127. Ion. 995. et apud Sophoclem Ajace Locro Fr. vi. Aut igitur utramque formam usurpabant tragici, aut scriptura prorsus incerta est. Quod infra v. 467. habent omnes impressi, nullo scripto, quod sciam, dissentiente, hic etiam retinere malui. Ejusdem formae sunt voces *δέρας* et *γέρας*, in genitivo aut dativo casu nusquam apud Atticos scriptores obviae. Olim legebatur apud Euripidem Ion. 1010. *Πῶς οὖν κέκραντας δίπτυχον δέρος θεᾶς;* Edd. recentiores ex codd. H. Stephani, vel potius ex ipsius conjectura, *δίπτυχον δῶρον θεᾶς.* Rectius fortasse Reiskius *γέρας.* Suspicor primum erroris gradum fuisse *δέρας* pro *γέρας*, secundum *δέρος* pro *δέρας.*

8. *ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος.*] Noster infra v. 624. *θυμὸν ἐκπλήξας' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις.* Vide Valckenarium ad Hipp. 58.

9, 10. *οὐδ' ἂν κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας* | *πατέρα,*] Schol. *σὺ δ' ἂν* et *Πελειάδας.*

11, 2. *ἀνδάνουσα μὲν* | *φυγῇ πολιτῶν, ὧν ἀφίκετο χθόνα,*] Aldus *ἀνδάνουσα* leni spiritu, quem exhibent Rom. omnes. Schol. *Τὸ δὲ ἀνδάνουσα.*) *ὀρθῇ ἀντὶ δοτικῆς· ἀντὶ τοῦ ἀνδάνουσῃ.* Sic ed. Veneta. Lasc. *ανδάνουσα.* Sic etiam H. Stephanus [r]). Ceterae quas vidi omnes ante Genevensem P. Stephani *ἀνδάνουσα*, quod exhibent Musgraviana et major Beckiana, licet Commeliniana et Barnesiana, unde derivatae sunt eae editiones, recte *ἀνδάνουσα* exhibeant. Apud Sophoclem Ant. 89. Aldus *μάλιστ' ἀδεῖν*, schol. Rom. *μάλιστ' ἀδεῖν*, pleraeque edd. *μάλισθ' ἀδεῖν.* Ibid. 501. *οὕτω δὲ καὶ σοὶ τἄμ' ἀφανδάνοντ' ἔφυ.*

*Ibid.* Genitivus *πολιτῶν* post *ἀνδάνουσα* multis conjecturis locum dedit. Canterus Nov. Lect. II. 21. *φυλῇ* vel *ψυχῇ πο-*
79 *λιτῶν* [s]). Barnesius *φυγῇ πολίταις.* Reiskius *φυῇ* aut *φύτλῃ*

r) Titulus ejus editionis est: *Tragoediae selectae Aeschyli, Sophoclis, Euripidis. Cum duplici interpretatione Latina, una ad verbum, altera carmine. Enniana interpretationes locorum aliquot Euripidis. An. M. D. LXVII Excudebat Henr. Stephanus, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographus.* Octo complectitur tragoedias; Euripidis Hecubam, Iphigeniam priorem, Medeam, Alcestidem; Sophoclis Ajacem, Electram, Antigonam; Aeschyli Prometheum.

s) Canteri conjecturarum melior est *ψυχῇ*. Tragicus enim *φύλῃ* potius quam *φυλῇ* dixisset. Hoc procul dubio nesciebat Barnesius, qui de Cantero ait: *Sed has ejus conjecturas damnat codex Heinsio-Scaligerianus.* Is codex, cujus frequens apud Barnesium mentio, nihil aliud est quam editionis Canterianae exemplum, quod ex Ed. Bernardi

τῶν. Piersonus Verisim. p. 58. φυγὰς πολίταις. Musgravius πολιτῶν. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. p. 40. φύσει τῶν. Denique Jacobsius Animadv. in Eurip. p. 21. φύσει ταις. Vulgatam defendere conatur Portus, qui praeter comparat Demosthenis verba Olynth. II. p. 21. D. ὡς ἔστι αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ ν, ὧν ἦμέν ποτε κύριοι, φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν. πόλεις καὶ τόπους dixisset, nisi inter haec verba et φαί- αι προϊεμένους interposuisset ὧν ἦμέν ποτε κύριοι. Hanc tructionem, de qua dixit Matthiae Gramm. Gr. §. 426. 2. §. 474. c. tragicis satis familiarem fuisse nemo nescit, vel Porsonum legerit ad Or. 1645. (1629.) Ἑλένην μὲν, ὺ διολέσαι πρόθυμος ὤν, | ἥμαρτες, ὀργὴν Μενέλεῳ ποιού- ς. | ἥδ' ἐστὶν, ἣν ὁρᾶτ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς. Sed hujusmodi pla genitivum πολιτῶν non confirmant. Nam primo, ex uod accusativus pro nominativo, genitivus aut dativus accusativo usurpatur, non recte colligitur genitivum pro ro usurpari posse. Aptius exemplum praebet noster He- 67. Ἄπαιρ'. ἐγὼ δὲ τούσδε, κἂν σὺ μὴ θέλῃς, | ἄξω κομί- οὗπέρ εἰσ' Εὐρυσθέως. Id est, ut suo loco monui, ἄξω ων Εὐρυσθεῖ, οὗπέρ εἰσι δοῦλοι. Deinde, ut concedamus me Graece dici πολιτῶν μὲν ὧν ἀφίκετο χθόνα ἀνδάνουσα, tari potest an recte dicatur ἀνδάνουσα μὲν πολιτῶν ὧν ἀφί- χθόνα. Exempla quae ad confirmandam vulgatam scri- am desiderantur, hujusmodi sunt: πόλεων καὶ τόπων φαί- αι προϊεμένους, ὧν ἦμέν ποτε κύριοι: *Vestra est urbem quam* o. Brunckius edidit φυγῇ πολίτας. *Constructio est*, inquit,

otheca in Bodleianam hujus emiae venit. In prima pagina tum exhibet: *Danielis Heinsii gato Jos. Scaligeri.* Haud pau- Scaligeri conjecturas in mar- scriptas exhibet, quarum ple- ae aut memoravit aut tacite tavit Barnesius. [Vid. Elmslei. ech. v. 261. in addendis. *ED.* .] Quod autem dicit Barne- Canteri conjecturas a codice ari, ita explicandum est. Can- erba sunt: *Emendavimus hunc Novarum Lectionum lib.* II. xxi. Quibus adscripsit Scaliger m. Habemus etiam alias Sca- i conjecturas, quae Barnesio ae fuisse videntur. Exhibet xemplum ed. Hervagianae se- cundae, quod etiam olim Ed. Bernardi fuit. Ad ea tituli verba ΕΥ- ΡΙΠΙΔΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΟΚΤΩ- ΚΑΙΔΕΚΑ adscripsit sive Scaliger sive alius quispiam *Accedunt huc lectiones Hieronymi Magii ex codice veteri.* Supra scriptum est: *Gerardus Vossius emit me sibi in auctione librorum Illustris Viri Josephi Scaligeri, cujus manu multo plurima hic emendantur.* Scaligeri conjecturae cum codicis lectionibus confusae leguntur, ita tamen ut plerumque facile ab iis distingui possint. Ex alterutro horum librorum derivatae sunt omnes Scaligeri in hanc fabulam conjecturae in annotatione mea memoratae.

ἀνδάνουσα μὲν πολίταις, ὧν χθόνα ἀφίκετο φυγῇ. Ita v. 908. ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ. Ἀνδάνειν accusativum regere monet apud Euripidem Or. 1607. Οὐ γάρ μ' ἀνδάνουσιν αἱ κακαί. Sed ibi pronomen omittunt plerique libri scripti et impressi. Dicitur quidem ἀρέσκειν τινὰ, *placere alicui*. Sed recte monet Wyttenbachius, non utendum esse ea constructione ad defendendum ἀνδάνειν τινά. Beckius Barnesii conjecturam φυγῇ πολίταις admisit. Sic etiam Porsonus, qui πολιτῶν e scripturae compendio male intellecto natum putat. Omnes Rom. φυγῇ πολιτῶν, sed in A. αις supra scripsit recentior quidem manus, sed quae multas lectiones haud contemnendas annotavit. Matthiae φυγῇ πολιτῶν, ut vulgo. Hos omnes fugit, pro dativo φυγῇ reponendum esse nominativum φυγή. Schol. τὸ δὲ ἀνδάνουσα, ὀρθὴ ἀντὶ δοτικῆς, ἀντὶ τοῦ ἀνδανούσῃ. Hoc vult grammaticus, ἀνδάνουσα φυγὴ per appositionem dici pro ἀνδανούσῃ φυγῇ. Ita noster infra v. 1217. πεῖται δὲ νεκροὶ παῖς τε καὶ γέρων πατὴρ | πέλας, ποθεινὴ δακρύοις συμφορά. Heracl. 70. ἱκέται δ' ὄντες ἀγοραίου Διὸς, | βιαζόμεσθα, καὶ στέφη μιαίνεται, | πόλει τ' ὄνειδος καὶ θεῶν ἀτιμία. Or. 1105. Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν. Hic dicitur λύπην πικρὰν propter accusativum Ἑλένην. Si Ἑλένη τέθνηκε dixisset poëta, addidisset Μενέλεῳ λύπη πικρά.

13, 4, 5. αὐτή τε—δεσποτῆ.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXIV. p. 441 = 525.

13. αὐτή τε πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι.] Sic Rom. C. D. E. Sed Rom. A. B. αὐτή τέ, quae scribendi ratio in codd. frequens est. Stobaeus αὐτὴ δέ, quod recte admisit Beckius, neglexit Porsonus. Opponuntur ἀνδάνουσα μὲν φυγὴ et αὐτὴ δέ. Apud Apollonium Lexico Homerico v. Συμφερτὴ non legitur hic versus, ut ait Porsonus, sed verba tantum αὐτὴ πάντα συμφέρουσα. Ejus igitur auctoritas neutri parti accedit.

*Ibid.* Rom. C. D. E. συμφέρουσα. Rom. A. B. ξυμφέρουσα, minus recte. Vide ad v. 2. Significat ὁμοφρονοῦσα, ni fallor. Sophocles El. 1464. τῷ γὰρ χρόνῳ | νοῦν ἔσχον, ὥστε συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν. Ibid. 946. Ὁρῶ. ξυνοίσω πᾶν ὅσονπερ ἂν σθένω. Idem ξυνοίσομαι Oed. C. 641. nisi legendum ξυνοίσομεν. Vide ad v. 1349. [In hoc versu et sequentibus respexit Euripides ad Homerum Od. Z. 182. οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον, | ἢ ὅτ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον | ἀνὴρ ἠδὲ γυνή. *Ex Addendis.*]

14. ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,] *Legendum, ni fallor,* ἅπερ, inquit Musgravius. Inutilem hanc conjecturam censet Porsonus, qui e Pseudogregorio v. 32. ἧπου non male se habere affirmat. Si vera sunt quae de ἧπου ad v. 1275. dicturus sum, hic usurpari non potuit.

*Ibid.* Aldus *γίγνεται* v. 14. 758. *γίγνομαι* v. 693. *γιγνώσκειν* v. 225. *γιγνώσκων* v. 547. *γιγνώσκω* v. 905. Idem *γινώσκεις* v. 84. Lasc. *γινώσκεις* v. 84. *γινώσκων* v. 547. In ceteris *γν* habet. Omnes Rom. Mag. *γίνεται* v. 14. Rom. A. B. C. *γ* ubique omittunt, praeterquam v. 547. ubi solus A. *γινώσκων*. Par. A. etiam ubique fere in his fabulis *γίνομαι* et *γινώσκω* exhibet, auctore Brunckio. Prava quidem scriptura, sed longe antiquior ullo qui hodie exstet codice.

17. *προδοὺς γὰρ αὐτοῦ τέκνα, δεσπότιν τ' ἐμὴν,*] Omnes Rom. *αὐτοῦ*. Lasc. *αὐτοῦ*. Sic etiam edd. recentiores jam inde a Barnesiana.

18. *γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται,*] Ed. Commeliniana typographi errore *Ἰήσων*, quod in Musgraviana manere passus est is qui speciminum corrigendorum curam susceperat. Recte *Ἰάσων* Canteriana, quam expressit Commelinus, necnon Genevensis P. Stephani, quae a Commeliniana expressa est. Vix opus erat ut moneret Brunckius hanc scripturam in membranis exhiberi.

19. *γήμας Κρέοντος παῖδ', ὃς αἰσυμνᾷ χθονός.*] Hesychius: *Αἰσυμνᾷ. βασιλεύει, ἄρχει. Εὐριπίδης Μηδείᾳ.* Praeter Euri- 81
pidem neminem novi qui verbum *αἰσυμνᾶν* usurparit. Schol. *αἰσυμνᾶν ἐστι τὸ ἡγεῖσθαι καὶ ἄρχειν. ἰδίως δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης ὑπὸ Κυμαίων* (ed. Ven. *κυμέων*) *αἰσυμνήτην τὸν ἄρχοντα λέγεσθαι.* Cumaeorum igitur *Αἰσυμνάτας* Atheniensium *Ἄρχοντι* respondebat. Argumentum Sophoclis Oedipi Tyranni: *ὁ δ' Ἀριστοτέλης ἐν Κυμαίων Πολιτείᾳ τοὺς τυράννους φησὶ τοπρότερον Αἰσυμνήτας προσαγορεύεσθαι. εὐφημότερόν γ' ἐκεῖνο τοὔνομα.* Plura dabunt interpretes Hesychii v. *Αἰσυμνῆται.*

21, 2. *βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀναπαλεῖ δὲ δεξιᾶς, | πίστιν μεγίστην,*] Omnes Rom. *ἀναπαλεῖ δέ*. Pseudogregorius v. 50. *ἀναπαλεῖ* omissa particula, vel potius absorpta in prima proximae vocis syllaba. Olim malui *ἀναπαλεῖ τε*, scilicet ut *τῷ μὲν* responderent verba *κεῖται δ' ἄσιτος* v. 24. Vide ad v. 190. 259. 406. Sed nunc video vulgatam emendatione non egere. Duplex oppositio est; primo inter *βοᾷ μὲν ὅρκους* et *ἀναπαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίστιν*, deinde inter hanc integram sententiam et *κεῖται δ' ἄσιτος, σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι.* Noster Hipp. 473. *ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν, | λῆξόν θ' ὑβρίζουσ'· οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις | τάδ' ἐστί, πρείσσων δαιμόνων εἶναι θέλειν· | τολμᾷ δ' ἐρῶσα. θεὸς ἐβουλήθη τάδε.* Plerique libri *λῆξον δ' ὑβρίζουσ'*, quod non admisit Valckenarius. *Nam ad illud μὲν*, inquit, *respondet in* v. 476. *τόλμα δ' ἐρῶσα, et bene junguntur λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν, λῆξόν θ' ὑβρίζουσ'.* Fallitur vir summus. Etiam si abesset *μὲν*, *λῆξον δ' ὑβρίζουσα* post *λῆγε κακῶν φρε-*

νῶν dixisset Euripides t). De qua re vide ad verba φίλτατόν δέ μοι κάρα v. 1039. Eodem jure legendum ut vulgo ἀναπαλεῖ δὲ nostro loco. Idem enim significant βοᾷ et ἀναπαλεῖ, quorum utrumvis utrique sententiae membro aeque conveniret.

*Ibid.* Rom. C. E. δεξιάς. Rom. A. B. D. Par. A. Pseudogregorius v. 95. δεξιᾶς, quod admisit Brunckius. Ita quoque legendum viderat Jortinus apud Musgravium. Matthiae δεξιὰς revocavit, quod mea sententia non est scripturae diversitas consulto admissa, sed merus librariorum error, ut ἀρεταὶς in Rom. C. v. 819. Sophocles Oed. C. 1632. θός μοι (vel μου) χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις. Phil. 813. Ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν.

24. κεἰται δ' ἄσιτος, σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι.] Rom. A. Par. A. (monente Brunckio) ἀλγηδόσι. Rom. B. C. Mag. ἀλγηδόσιν. Rom. D. E. Par. D. Lasc. Schol. ad v. 96. ἀλγηδόνι, quod admisit Porsonus. Matthiae vero ἀλγηδόσι revocavit. Quo minus refert, eo difficilius est eligere. Pluralem retineo, propterea quod praeter Aldum eum exhibent tres praecipui codd. Rom. A. C. Par. A. Ceterum Schol. ad v. 96. ἀφεῖσ'.

[26. ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς ἦσθετ' ἠδικημένη.] Ἐπεί, ex quo, monente Porsono ad v. 136. ἐπεί μοι φίλια κέκρανται. Noster Or. 77. καίτοι στένω γε τὸν Κλυταιμνήστρας μόρον, | ἐμῆς ἀδελφῆς, ἣν, ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον | ἔπλευσ', ὅπως ἔπλευσα, θεομανεῖ πότμῳ, | οὐκ εἶδον. Ex Addendis.]

27, 8. οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ', οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς | πρόσωπον.] Rom. C. ἀπαλλάσσουσα. Idem φυλάσσεσθε v. 101. γεναῖος v. 754. συγνώμη v. 796. δυσεβεῖ v. 1254. Plura hujusmodi vitia in
82 codd. Rom. occurrunt v. 158. 282. 704. 738. 977. 999. 1186. 1295. 1350. 1356. Aldus ἀφυσαμέναν v. 814. ἐσπάρασ v. 1186. cetera emendate. Lasc. vero χαράσσου v. 154. ἀπόλυμαι v. 272. ἀπαγγέλουσί μοι v. 282. πλημελὲς v. 300. ἀπαλάσσου v. 712. δυσεβοῦσι v. 738. ἀπενέπω v. 795. συγνώμη v. 796. ἀφυσαμέναν v. 814. ἀγγέλων v. 977. δυσεβεῖ v. 1254. δυσεβέστατον v. 1295. δυσεβοῦς v. 1350.

28, 9. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος | κλύδων, ἀκούει νουθετουμένη φίλων.] Conjicit Valckenarius ad Hipp. 504. ὡς δὲ πέτρος ἐνθαλάσσιον | κλύδων. Receptam defendit noster Andr. 538. ab ipso Valckenario allegatus: Τί με προσπίπτεις, ἁλίαν πέτραν | ἢ κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετεύων; Qua significatione nihil refert utrum πέτρα an πέτρος dicatur. At scriptura a Valckenario proposita postulat, ni fallor, ut πέτρα scribatur. Praeterea recte monet

t) Ibid. 1258. ὑποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα, | θρᾴων δὲ κάρηνα, δεινὰ δ' ἐξευδὼν πλέων. Incertus sum, utrum θρᾴων δὲ an θρᾴων τε legendum.

Porsonus, accusativum *κλύδωνα* valde inconcinnum esse, sequente scilicet genitivo *φίλων*.

50. *ἦν μήποτε στρέψασα πάλλευκον δέρην,*] Rom. B. *ἦν μήποτε στρέψασα.* Rom. C. E. *ἤν μήποτε στρέψασα.* Rom. A. ante corr. *ἦν μήποτε στρέψασαν.* Rom. A. a corr. D. *ἤ μήποτε στρέψασα.* In Rom. A. scriptum *γρ. ἦν.* De sententia vide ad *ἀποιμώξῃ* v. seq.

*Ibid.* Rom. C. D. E. *πάλλευκον δέρην.* Rom. A. B. *παλλευκον δέρην.* Cujus scripturae alterum exemplum vide ad v. 1153. Mag. Put. ex Hec. 500. *πάλλευκον κάρα.*

51. *αὐτὴ πρὸς αὐτὴν πατέρ' ἀποιμώξῃ φίλον,*] Rom. A. C. D. E. *πρὸς ανὐτήν.* Lasc. *πρὸς αὐτήν.* Sic etiam H. Stephanus, Barnesius, et sequentes.

*Ibid.* Rom. C. D. E. *ἀποιμώξῃ.* Rom. A. B. *ἀποιμώζει.* Alii scilicet *ἦν μήποτε ἀποιμώξῃ*, alii *ἤ μήποτε ἀποιμώζει* legerunt. Haec scriptura, etiam si commodum sensum praeberet, admitti non posset. Graece enim diceretur *ἢ οὔποτε στρέφουσα.* In vulgata *ἦν μήποτε* accipiendum pro *πλὴν ὅτ' ἄν*, constructione minus usitata. Quo sensu nescio an praestet *ἀποιμώζῃ* [u]). Nec male se habet *ἀποιμώζει*, modo legatur *εἰ μήποτε.* [Hujus verbi scripturam saepe corruperunt librarii. Edidit Aldus apud Euripidem Hipp. 1314. *Δάκνει σε, Θησεῦ, μῦθος, ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος,* | *τοὐνθένδ' ἀκούσας, ὡς ἂν οἰμώξῃ πλέον.* Lascaris aliique *οἰμώξῃς.* Alc. 657. *σὺ δ' ἐκπεσὼν στέγας, καὶ παρεὶς ἄλλῳ θανεῖν* | *νέῳ γέρων ὤν, τόνδ' ἀποιμώξεις νεκρόν;* Lascaris *ἀποιμώξῃ.* Recte Monkius *ἀποιμώζεις.* Aristophanes Ran. 753. *ΑΙ. Τὸ δὲ μὴ πατάξαι σ' ἐξελέγξαντ' ἄντικρυς,* | *ὅτι δοῦλος ὢν ἔφασκες εἶναι δεσπότης.* | *ΞΑ. Οἴμωξε μέντ' ἄν.* Brunckius *Ὤἰμωξε. Ex Addendis.*]

53. *μετ' ἀνδρὸς, ὅς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει.*] Rom. A. ante corr. *ὅσφε νῦν*, a corr. *ὅσφε νιν.* Rom. B. *ὅς σφέ νιν*, C. *ὅς αφὲ νῶν*, D. *ὡς σφε νῦν*, E. *ὅ αφε νῦν.* Omnes male. Recte Lasc. ut Aldus *ὅς σφε νῦν.*

*Ibid.* Schol. *Ἀτιμάσας ἔχει. Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ἠτίμησε. καὶ Σοφοκλῆς* (Fragm. Inc. lxxxv.) *Παῖδας γὰρ οὓς ἔφυσ' ἀναλώσας ἔχει. καὶ πάλιν· Εὐφημίαν μὲν πρῶτα κηρύξας ἔχω.* Copiose de hoc Atticismo dixit Valckenarius ad Phoen. 712. breviter Matthiae Gramm. Gr. §. 559. 6.

54. *ἔγνωκε δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο,*] Rom. D. *ἔγνωκε δὲ τάλαινα.* Pseudogregorius v. 52. *ἔγνω καὶ ἡ τάλαινα.* Idem v.

u) Quotiesc in verborum terminationibus permutentur ξ et χ, quid attinet dicere? Miror Doricum *ἁρπάξητε* apud Sophoclem Ant. 511. nulli editori displicuisse.

947. *ἔγνω γὰρ ἡ τάλαινα.* Versum ut vulgo legitur citat Eustathius p. 1093, 26. a Porsono allegatus.

83 34. Pseudogregorius v. 52. 947. *συμφορῶν*, quae solennis est varietas. Vide ad hujus fabulae v. 53. 1148. 1202. His accedant exempla nonnulla ex aliis fabulis. I. Euripides Or. 60. *ἔστι δ' ἔσω | πλαίουσ' ἀδελφὴν, συμφορὰν τε δωμάτων.* Ita Aldus. Alii a Porsono ad v. 154. memorati, necnon Barnesius in margine, *συμφοράς.* II. Ibid. 154. *Τίνα τύχων εἶπω; τίνας δὲ συμφοράς;* Ita ex conjectura Porsonus. Recte vulgo, *τίνα δὲ συμφορὰν;* Legendum vero v. 141. *τίθετε, μὴ ψοφεῖτε, μὴ 'στω κτύπος.* Vulgo minus recte *μηδ' ἔστω κτύπος.* Nec multo melius Seidlerus de Versibus Dochm. p. 200. *μηδὲ κτυπεῖτ'.* III. Hipp. 458. *στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι.* Pseudogregorius v. 1062. *συμφοραῖς*, monente Porsono ad nostrum locum. Vide Med. 1164. IV. Ibid. 1255. *Αἱ αἱ, κέκρανται συμφοραὶ νέων κακῶν.* Ita olim soloece legebatur. Monkius me auctore *κέκρανται ξυμφορὰ* reposuit. Vide Med. 156. V. Ibid. 1389. *Ὦ τλῆμον, οἵᾳ ξυμφορᾷ ξυνεζύγης.* Brunckius e duobus codd. *οἵαις ξυμφοραῖς.* Pseudogregorius v. 802. *οἵᾳ συμφορᾷ*, monente Porsono. In his omnibus locis plurali melior est singularis.

55. *οἷον πατρῴας μὴ 'πολείπεσθαι χθονός.*] Sic Rom. C. Lasc. B. Sed Rom. A. B. D. E. Lasc. A. *μὴ ἀπολείπεσθαι*, quam meliorem scribendi rationem esse monui ad Heracl. 460. *Ἀπολείπεσθαι* autem non *deserere* significat, ut a plerisque redditum est, sed *privari*, ut in Or. 216. *ἀμνημονῶ γὰρ, τῶν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν.* [Sophocles El. 1167. *καὶ γὰρ ἡνίκ' ἦσθ' ἄνω, | ξὺν σοὶ μετέσχον τῶν ἴσων· καὶ νῦν ποθῶ | τοῦ σοῦ θανόντα μὴ ἀπολείπεσθαι τάφου. Ex Addendis.*] Neque metro neque sententiae minus consuluisset Euripides, si nostro loco scripsisset *μὴ στερηθῆναι.* Ita Iph. T. 1057. *καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν, | ἢ μηδὲν εἶναι, καὶ στερηθῆναι πάτρας.*

36. *στυγεῖ δὲ παῖδας οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται.*] Lasc. B. *εὐφρένεται*, et v. 161. *διακνεομένους.* Lasc. A. *εὐφραίνεται* et *διακναιομένους.* Rom. D. *νάπεσι* v. 3.

37. *δέδοικα δ' αὐτὴν, μή τι βουλεύσῃ νέον.*] Rom. C. Pseudogregorius 488. 1072. 1169. *νέον.* Rom. A. B. D. E. Lasc. *κακόν.* In Rom. A. B. scriptum, *γρ. νέον.* Altera scriptura nata e v. 311. ubi libri omnes *μή τι βουλεύσῃς κακόν.*

39. *ἐγῷδα τήνδε,*] Aldus *ἐγ' ᾠδα.* Lasc. *ἐγῴδα*, Rom. D. *ἐγὼ δέ.* Par. A. *ἐγῷδα.* Quam scripturam exhibet Aldus Phoen. 723. Idem *ἐγῷδα* apud Sophoclem Oed. C. 452. ut nostro loco Lascaris. Nescio an rectius.

*Ibid. δειμαίνω δέ νιν,*] Sic Rom. C. Sed Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. *δειμαίνω τέ νιν*, quod admisit Brunckius.

40. *μὴ θηκτὸν ὦσῃ φάσγανον δι' ἥπατος,* | *σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἑστρωται λέχος,*] Laso. A. *εἰς βᾶς*, B. *εἰσβᾶσ'*. Eadem fere verba infra v. 575. *ἢ θηκτὸν ὦσω φάσγανον δι' ἥπατος*, | *σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἑστρωται λέχος*. Fuisse etiam videntur, qui verba *σιγῇ—λέχος* post v. 278. collocarent, ut suo loco declarabo. Nostro loco minus conveniunt, ut recte monet Musgravius. Metuit nutrix ne liberos interficiat Medea. Vide v. 56. 91. 101. 179. Qua sententia neque *σιγῇ δόμους εἰσβᾶσα* dixisset, neque *ἵν' ἑστρωται λέχος*, *τὸ γυμνήσιον λέχος* scilicet. Recte igitur haec verba a Musgravio jam uncinis in- 84
clusa omisisse mihi videtur Brunckius, nec video quibus rationibus adductus ea revocarit Matthiae. Mutato quidem versuum ordine non male legi posset: *δεῖμαίνω τέ νιν*, | *μὴ θηκτὸν ὦσῃ φάρμακον δι' ἥπατος*, | *ἢ καὶ τύραννον* (id est, Creontis filiam, ut mox videbimus) *τόν τε γήμαντα κτάνῃ*, | *σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἑστρωται λέχος*. Sed non opus est ut bis legantur haec verba, quae melius infra v. 374. (ubi a scholiasta agnoscuntur) quam hic legi mihi videntur. Plura hujus *παιριεργίας* exempla vide v. 298. 455. 768. 974. 1208.

41. *ἢ καὶ τυράννων τόν τε γήμαντα κτάνῃ*,] Rom. C. *τυράννων*. [Hinc non male Scaliger in exemplo suo Hervagianae secundae *τυράννω*, patrem scilicet et filiam. *Ex Addendis.*] Rom. A. (qui ante corr. *τόνδε γήμαντα* habet) B. D. E. Laso. Mag. *τύραννον*, quod exhibent omnes edd. recentiores et nonnullae veteres. Schol. *Τυράννους. τὸν Κρέοντα φησί. τὸ δὲ ἑξῆς, ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ. δεινὴ γάρ.* Repone, *τύραννον δὲ τὸν Κρέοντα φησί.* Verba sunt a superioribus male divulsa, quod saepissime huic grammatico accidit. Creontem hic intelligi putant interpretes recentiores ad unum omnes. Quorum sententia si vera est, nulla omnino Creontis filiae mentio est, quam Medeae multo majori odio quam patrem fuisse res ipsa satis declarat. Fieri non potest quin filiae potius quam patri necem a Medea parari suspicata sit anus quae hic loquitur. Eam suspicionem Creonti in mentem venisse ostendunt ejus verba v. 277. *Δέδοικά σ'* (*οὐδὲν δεῖ παραμπίσχειν λόγους*) | *μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν.* Quapropter auctor sum ut vocabulum *τύραννον* posthac Anglice reddatur *the princess*. Eandem interpretationem praebent codd. Romani. In A. legitur gl. *θηλυκῶς τὴν γλαύκην* a prima manu, *τὴν* a diversa. In B. *τὴν* et *ἤτοι τὴν γλαύκην*. Ambiguitatem quodammodo tollunt verba *τόν τε γήμαντα*, quorum sensus est, *et qui eam in matrimonium duxit*. Verba *γήμας τύραννον* leguntur infra v. 847. Si Creontem significaret *τύραννον*, *τόν τε νεωστὶ γήμαντα* vel tale quid dixisset poëta.

42. *κἄπειτα μείζω συμφορὰν λάβῃ τινά.*] Schol. *συμφορὰν*

ra ᾖσεται pro οἶσεται, quam ab eo Var. Lect. 1
ám, a Canteroque praeter alios laudatam, P
admisit, multisque similis erroris exempli
). Subauditur ᾠδήν. Noster Herc. 180. τὸν καὶ
ἐκώμασε. Ibid. 680. ἔτι τὰν Ἡρακλέους | καλλί
664. ἀλλ' ἐπάειδε | καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ. I
etus. Addo Phoen. 1719. Οὐ εἰμὶ, μοῦσαν ἃ
ον οὐράνιον ἔβαν, | παρθένου κόρας | αἴνιγμ' ἀσύ
5, 6, 7. ἀλλ' οἵδε παῖδες—φιλεῖ. Haec leguntu
m Tit. LXXVIII. p. 455=535. ubi ed. Trin
παῖδες. Sic τοῖς γε pro τοῖσδε Aldus v. 1101. T
n v. 46. propter ὁμοιοτέλευτον omittit.

5, 6. ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι | στείχ
ius: Τροχοὶ ὀξυτόνως καὶ Τρόχοι βαρυτόνως διαφ
Ἀττικοῖς, φησὶ Τρύφων ἐν δευτέρᾳ περὶ Ἀττικῆς
μὲν γὰρ περιφερεῖς τροχοὺς ὁμοίως ἡμῖν προφέρο
τες· τρόχους δὲ βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους. ε
γὰρ, ὥς φησιν, ἐν μὲν (vulgo μὲν ἐν) Ἀλόπῃ
iv.)· Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον | στε
(vox corrupta) ἐκ τρόχων πεπαυμένον· ἐν δὲ Μη
παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι. Postrema verba i
ὁμοιοτέλευτον omissa, e scripto cod. Musei Bri
: Porsonus. Suspicor autem Tryphonem nostr
ων sed τροχῶν legisse, ejusque sententiam fu
virorum τρόχους in Alopa, alios puerorum
ea. Hinc esse puto, quod priori exemplo
lteri δὲ praeposuit. Rectius, ut mihi videt
loco iudicavit Schol. Ἐκ τρόχων. βαρυτόνως,

Item Photius: *Τροχὸν, δρόμον. Εὐριπίδης Μηδείᾳ, ἄλλοι δὲ παῖδες ἐκ τροχῶν πεπαυμένοι.*

47. *νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.*] *Cogitavi aliquando οὐκ ἀλγεῖν*, ait Reiskius, *sed amplio.*

48. *Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς.*] Alexis apud Athenaeum p. 485. E. *εἶτα τετρακότυλον ἐπεσόβει κώθωνά μοι, | παλαιὸν οἴκων κτῆμα.* Ita Porsonus pro *πλέον οἴκου κτῆμα.* Nonius Marcellus c. iv. p. 650. Eliminare *est* exire. *Ennius Medea Exsule:* Antiqua herilis fida custos corporis, | quid sic extra aedeis exanimata eliminas? Idem c. i. p. 504. eadem verba affert, etiam ex Medea Exsule.

49, 50. *τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν | ἑστηκας,*] Scaliger *τί πρὸς πύλαισι ταῖσδ'.* Praestat *τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν*, id est, *οὕτως ἄγουσα ἐρημίαν.* Ita v. 875. *ὄψιν τίρσιναν τήνδ' ἔπλησε δακρύων.* Vide ad v. 154. 672.

50. *αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;*] Ita recte ed. Cantabrigiensis ab ipso Porsono correcta. Lipsiensis prior typographi errore *αὐτὴν*, quod ex ea in Londinensem a. 1812. admissum est. Altera Lipsiensis recte *αὐτή.* Lipsienses editiones curavit Schaeferus, ipso fatente Meletem. Crit. p. 66.

*Ibid.* Rom. A. ante corr. C. D. E. *θρεομένη.* Rom. A. a corr. B. *θεωμένη.* Alibi forsitan scriptum reperiatur *θεομένη.* Hesychius: *Θρεομένη. θρηνοῦσα.* Idem: *Θρεόμενον. ὀλοφυρόμενον.* Vide Aeschylum Suppl. 117. Theb. 78. Ag. 1174. Cho. 970. (modo recte ibi legatur *θρεομένοις* [y])), Euripidem Hipp. 563. ubi gl. apud Valckenarium *λαλούσης*, rectius fortasse quam Hesychius. Nam *θροῶ* a *θρέομαι* derivatum saepe *λέγω* significat. 86

51. *πῶς σου μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει;*] Rom. D. E. *σου*, ut omnes edd. ante Porsonum. Rom. A. B. C. *σοῦ.* De his parcius.

52. *Τέκνων ὀπαδὲ πρέσβυ τῶν Ἰάσονος,*] Alii *ὀπαδὸς* scribunt, alii *ὀπαδός.* Aldus *ὀπαδὲ* v. 52. *στείχουτ' ὀπαδῶν* v. 1088. *ὀπαδῶν* Or. 1126. *χωρεῖτ' ὀπαδοὶ* Hipp. 108. *στείχουτ', ὀπαδούς τ'* Alc. 615. *σύμπεμπ' ὀπαδῶν* Iph. T. 1208. *στείχετ' ὀπαδοὶ* Heracl. 1055. *ὀπαδοὶ* Hel. 1197. *ὀπαδοῖς* Herc. 950. Contra *ὀπαδῶν*

y) Verba *τὸ πᾶν ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομένοις* non sunt temere sollicitata. Idem metrum v. 958. *πρατεῖται πως τὸ θεῖον παρὰ τὸ μή*, modo scribatur *πρατεῖ τε*, ut sententiae causa scribendum censuerunt nonnulli. V. 963. fortasse legendum: *ὥσαν' ἐμὰν δόμοις (πολὺν ἄγαν χρόνον | χαμαιπετὴς ἕκυθ')* *ἰάν. | τάχα δὲ παντελὴς χορὸς ἀμελ-ψεται | πρόθυρα δωμάτων, ὅτ' ἂν ἀφ' ἑστίας.* Audacter renono *χορὸς* pro *χρόνος*, dubitanter *ἰάν* pro *ἀεί.* Legitur *ἰάν*, *vocem*, Pers. 940. ubi consulendus Blomfieldius. Dixit Aeschylus *χαμαιπετὴς βάσις* Ag. 989.

Med. 529. Alc. 134. Iph. A. 1463. *ὀπαδὸν* Hipp. 1151. Lascaris *ὀπαδῶν* Med. 529. *ὀπαδὸν* Hipp. 1151. In Med. 52. 1088. Hipp. 108. Alc. 134. 615. lenem spiritum exhibet.

53, 4. *χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὸ δεσποτῶν | κακῶς πίνουντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.*] Haec habent Aelianus de Nat. Anim. VII. 28. Stobaeus Tit. LXII. p. 384=257. et sine ultimis tribus verbis Eumathius sive Eustathius VIII. p. 314. omnes a Porsono allegati. Rom. A. B. E. Stobaeus, *ξυμφορά*. Rom. C. Aelianus, *συμφορά*. Rom. D. *ξυμφορᾷ*. Quam scripturam agnoscit etiam Rom. A. qui *ἐν* ab eadem manu suprascriptum habet. Gl. in eodem *ὑπάρχουσι* spectat ad aliam scripturam *συμφοραὶ*, quam exhibent Eumathius (qui *τῶν δεσποτῶν*) et Pseudogregorius v. 1247. Vulgatam confirmat noster Bacch. 1026. *ὡς σε στενάζω, δοῦλος ὢν μέν, ἀλλ' ὅμως | χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν.* Ubi repraesentandum suspicatur Porsonus nostrae fabulae v. 54. Non opus, modo subaudiatur *κακά*.

*Ibid.* Aldus *πίνουντα* v. 54. *πινόντων* v. 834. *πίνειν* v. 1164. *προσπίνει* v. 1174. *πίνειν* v. 1224. *προσπίνει* v. 1235. *πινόντ'* v. 1237. *πίπτει* v. 1253. Lasc. A. *πίνωντα*, B. *πίνουντα*, v. 54. *πινώντων* v. 834. *πίνει* v. 1253. Rom. A. *πινόντα* v. 54. *πινόντων* supra scripto *ω* v. 834. *προσπίπτει* (γρ. *καὶ προσπίνει*) v. 1174. *πίτνειν* ante corr. *πίνειν* a corr. v. 1224. *πίτνοντ'* ante corr. *πινόντ'* a corr. supra scripto *ῶν* v. 1237. *πίτνει* ante corr. *πίνει* a corr. v. 1255. Rom. B. *πινόντα* v. 53. *πινώντων* v. 834. *προσπίπτει* v. 1174. *πίνει* v. 1253. Rom. C. *πινόντα* v. 54. *πίπτει* v. 1164. *πίνουντ'* v. 1237. *πίνει* v. 1253. Hi omnes in locis silentio praetermissis cum Aldo consentiunt. Eadem diversitas etiam in Rom. D. E. Nostro loco scriptura sex modis variatur. Rom. D. *πίτνοντα*. Rom. A. B. C. *πινόντα*, quod admisit Matthiae. Pleraeque edd. *πίνουντα*. Rom. E.
87 Aelianus, *πίνωντα*. Stobaeus *πίπτοντα*. Eumathius *πίτνουσι*. Unice verum est *πίτνοντα*, de qua forma dixi ad Heracl. 77.

55. *ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ' ἐμβέβηκ' ἀλγηδόνος,*] Brunckius *ἐς τοῦτ'*. Idem *εἰς φίλους* v. 83. *ἐς ναυὰ* v. 233. *εἰς τυράννους* v. 302. *εἰς τοσοῦτον* v. 365. *εἰσβᾶσ'* v. 374. *εἰς τὸ δεινὸν* v. 397. *ἐς μὲν* v. 402. *ἐς τυράννους* v. 441. *εἰς γάμους* v. 534. *ἐς ταὐτὸ* v. 551. *ἐς τοσοῦτον* v. 556. *ἐς λέχος* v. 558. *εἰς τοῦτο* v. 705. *ἐς ὄψιν* v. 758. *εἰς πάντα* v. 803. *ἐς φίλους* v. 867. *ἐς τὸ λῷον* v. 881. *εἰσῆλθέ μ'* v. 901. *ἐς χέρας* v. 926. *ἐς χεῖρ'* v. 943. *ἐς φόνον* v. 947. *ἐς δόμους* v. 1021. *ἐς πατρὸς* v. 1146. *εἰσβολὰν* v. 1231. Edidisse videtur quod in membranis repererat. Aldus in his omnibus diphthongum habet. Lascaris *ἐσμὲν*, *sumus*, v. 402. *ἐς φόνον* v. 947. *ἐς πατρὸς* v. 1146. Cetera ut Aldus. Porsonus *ἐς* v. 758. 1146. in aliis *εἰς*. Matthiae ubique *ἐς*, quod mea sententia non

nisi metri caussa admittendum est. Vide Praefat. ad Sophoclis Oed. Tyr. p. 9. Aldus in Euripidis Medea nunquam sine necessitate ἐς edidit. Lascaris bis sine necessitate, ut paullo ante monui, ter etiam metro repugnante. Vide v. 695. 956. 1500. Semel quoque v. 260. εἰς contra metrum edidit. Codicum Rom. scripturam neque diligenter enotatam habeo, neque si haberem, operae pretium esset eam cum lectore communicare. Si exstarent Euripidis tragoediae ipsius manu scriptae, ubique fortasse legeretur ΕΣ. Ea enim aetate pro diphthongo ει plerumque scribebant Ε, ut ΧΕΡ pro χείρ. Non igitur scriptura differebant ἐς, ἔσω, ξένος, ἐναίλιος, ab εἰς, εἴσω, ξεῖνος, εἰνάλιος. Non mirum, si haec ambiguitas librarios saepe fefellit.

56, 7. ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ | λέξαι μολούσῃ δεῦρο *Μηδείας* τύχας.] Philemon apud Athenaeum p. 288. D. a Musgravio allegatus: ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ | λέξαι μολόντι τοὖψον ὡς ἐσκεύασα. Theognetus apud eundem p. 104. C. πεφιλοσόφηκας, γῇ τε κοὐρανῷ λαλῶν, | οἷς οὐθέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων. Cicero Tuscul. III. 26. *Sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui delectat, ut illa apud Ennium nutrix:* Cupido cepit miseram nunc me proloqui | coelo atque terrae Medeai miserias. Noster Iph. T. 42. ἃ καινὰ δ' ἦμεν νὺξ φέρουσα φάσματα, | λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴτε δὴ τόδ' ἔστ' ἄκος. V. 56. omittit Rom. B.

*Ibid.* Omnes Rom. Par. A. Lasc. B. μολούσῃ. Lasc. A. μολούσαν. Par. E. Mag. Put. Pseudogregorius v. 57. μολοῦσαν, quod supra scriptum legitur in Rom. A. Dativum agnoscit Schol. τὸ σχῆμα σολοικοφανές, διὰ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς πτώσεως. Addit Rom. A. μολούσῃ γὰρ ἀντὶ τοῦ μολοῦσα. Dativum μολόντι usurpat Philemon, cujus παρῳδίαν modo attuli. Alterum ejusdem constructionis exemplum praebet noster a Brunckio allegatus Iph. A. 491. ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης | εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ. Musgravius μ' ὑπῆλθε per elisionem dictum putat. Eadem est Brunckii sententia, qui μολούσῃ in textu exhibet, μολοῦσαν vero in annotatione probat, ea scilicet constructione qua dicitur infra v. 796. σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν | τάδ' ἐστὶ, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς. Sed hodie inter omnes fere eruditos convenit, dativum *μοι* elisionem pati 88
non posse, licet cum quibusdam vocibus per crasin coalescere possit [2]). De qua re aptum disputandi locum praebet Sopho-

2) Pervulgata sunt μαντευομένῳ μοὐχρησεν et similia, in quibus diphthongi ου et ου cum vocali ε crasin faciunt. Rarius cum ε, ut σοὐπιεθεν apud Aeschylum Cho. 927, σοὐπιεθεν apud Aristophanem Thesm. 165. Cujus generis si plura legerentur, auctor essem ut re-

cles ἐμοὶ εἰσέβη, dicere fortasse potuit Euripid
adem significatione. [Wyttenbachius Bibl. Cr
4. hujus constructionis exempla nonnulla e pr
scriptoribus dedit. *Ex Addendis.*] Porsonus
t, Matthiae μολούσῃ revocavit, alias fortas
rus. Nam Iph. A. 492. celato lectore ἐννοούμ
ue ei vitio verto, quod sententiam mutavit.
duo loca mutuo se defendere videntur. Ne
um est quod legitur apud Sophoclem Oed. T. 3
ἐννέπω σε τῷ κηρύγματι, | ᾧπερ προεῖπας, ἐμμ
ας | τῆς νῦν προσαυδᾶν μήτε τούσδε μήτ' ἐμὲ, |
ἀνοσίῳ μιάστορι.
6, 7. Rom. A. B. C. Μηδείας. In Rom. A. supr
adem manu ἢ δεσποίνης. Rom. D. E. Lasc. C
quod admisit Porsonus. Sic etiam schol. ad Pl
August. apud Valckenarium. Arsenius δεσπ
esius Μηδείας e vulgatis tragici exemplaribus
li vitio, ut mihi quidem videtur, vulgo legitu
pro δεσπότης Tro. 1126. Vide Mus. Crit. C
5. [a])

etur apud Euripidem Iph. A.
πείθειν ἐπᾴδουσ', ὥστε μοὐ-
ῖν πέτρας. [Non tamen lege-
uppl. 328. ὡς οὔτε ταρβῶ σὺν
ιοὐρμωμένῳ. De quo vide
andum. *Ex Addendis.*] Ra-
tiam cum α. Vulgo legitur
Sophoclem Phil. 933. πρὸς
κατρώων, τὸν βίον μή μου

ἀποπαύσω. Male vulgo
παύσω cum elisionis si
in initio verborum nu
pud Atticos patitur n
perspectis, non temere
est, μοι cum ὑπῆλθε
coalescere non posse,
id nostro loco fieri non
tum est articulum cum

59. *Ζηλῶ σ'.*] Sic Rom. A. ante corr. B. C. D. E. Sed Rom. A. a corr. *ζηλοῦσ'* suprascripto *γρ. ῶ*. Infelix sane conjectura. Plena oratio est *ζηλῶ σε τοῦ νοῦ* vel *τῶν φρενῶν*. Sophocles El. 1027. *Ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, τῆς δὲ δειλίας στυγῶ.* Nostro loco per ironiam dicitur pro *οἰκτείρω σε τῆς ἀνοίας*. Eodem sensu *μακαρίως ἔχεις φρενῶν* dixit Dionysius tyrannus loco supra p. 74. allato. [Affert h. v. scholiastes Thucydidis VI. 30. p. 365. ed. Bekker. *ED. LIPS.*]

*Ibid. ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ.*] Pseudogregorius v. 1175. *μέσον*. Suidas v. *Μεσῶ* vulgatam diserte agnoscit. Aeschylus Pers. 435. *Εὖ νυν τόδ' ἴσθι, μηδέπω μεσοῦν κακόν.* Aristophanes Ran. 954. *κἄπειτ' ἐπειδὴ ταῦτα ληρήσειε, καὶ τὸ δρᾶμα | ἤδη μεσοίη, ῥήματ' ἂν βόεια δώδεκ' εἶπεν.* Falso dicitur a nonnullis, decimum quintum mensis diem *πέμπτην μεσοῦντος* appellatum esse. Veteres *πέμπτην ἐπὶ δέκα.* 89

60. *Ὦ μῶρος, εἰ χρὴ δεσπόταις εἰπεῖν τόδε,*] Omnes Rom. et Par. Lasc. Mag. *δεσπότας*, quod admisit Musgravius.

62. *Τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ;*] Rom. C. D. E. *ὦ γεραιέ*. Rom. A. B *ὦ γηραιέ*. Hanc formam non nisi metri caussa usurpasse videntur tragici. Librarii etiam metro repugnante. Infra v. 1181. Rom. A. *χρῄζων γηραιὸν ἐξαναστῆσαι δέμας.* Nec melius *γηραιὰ* v. 132.

*Ibid. μὴ φθόνει φράσαι.*] Aeschylus Theb. 486. *κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδέ μοι φθόνει λέγων.* Vide an legendum, *μηδέ μοι φθόνει λέγειν.*

64. *Μὴ πρὸς γενείου κρύπτε σύνδουλον σέθεν.*] Sic Rom. A. B. C. E. recte. Rom. D. *σύγγονον.*

66. *Ἤκουσά του λέγοντος,*] Sic Rom. A. B. D. E. Sed Rom. C. *ἤκουσα τοῦ λέγοντος.* Schol. *Ἤκουσά του. ἤκουσα, φησὶ, τινὸς λέγοντος τῶν ὠτακουστῶν, προσποιουμένῳ μὴ ἀκούειν.* Incertum utrum *προσποιούμενος* an *προσποιουμένη* scripserit. Nam mox addit: *ὅπου, φησὶν, εἰθισμένοι εἰσὶ πεσσεύειν, προελθὼν ἤκουσα, ἀντὶ τοῦ προελθοῦσα. καὶ τὸ οὐ δοκεῖν, ἀντὶ τοῦ οὐ δοκοῦσα.* Credidit scilicet haec nutricis esse verba.

*Ibid. οὐ δοκῶν κλύειν.*] Brunckius, *simulans me non audire.* Citat Valckenarium ad Hipp. 462. *πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, | νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν;* [Noster Iph. T. 955. *κἀγὼ ξελέγξαι μὲν ξένους οὐκ ἠξίουν, | ἤλγουν δὲ σιγῇ, κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι.* *Ex Addendis.*] Ita quoque Pherecrates apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 460. *ἀτόπως παθίζων, κοὐδὲ γιγνώσκειν δοκῶν.* Aristophanes Ran. 572. *Καὶ τὸ ξίφος γ' ἐσπᾶτο, μαίνεσθαι δοκῶν.* Nostri, *pretending to be mad.*

τά μοι, neque conjecturae adhuc poenitet. Hermannus Doctr. Metr. p. 85. *Πυλάδην* sine suspicione citat.

67. *πεσσοὺς 'προσελθών*,] Scaliger *πεσσοῖς*. Utrumque bonum, sed vulgata melior. *Πεσσοὶ* autem, auctore scholiasta, hic non est calculorum ludus, sed locus ubi calculis ludebatur. Ejus verba ita leguntur in ed. Ven. *Πεσσοὺς προσελθεῖν.*) *ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους. πεσσοὺς γὰρ νῦν τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν. ὡς ὄψον καὶ μύρα ἔνθα ταῦτα συνήθως ἐστί.* Dissentit ab eo Reiskius: *Πεσσοὶ non est nomen loci ubi* talis luditur, *sed sunt columellae saxeae, quibus area fontis et suggestus ejus, qui procul dubio fuit saxeus cingebatur.* Reiskio respondet Piersonus ad Moeridis verba p. 351. *Σῆσαμος καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ τόπος οὗ ἐπωλεῖτο.* Ita locus ubi pila ludunt Gallice *jeu de paume* dicitur. [Cratinus Archilochis apud Suidam v. *Διὸς ψῆφος: ἔνθα Διὸς μεγάλου θῶκοι πεσσοί τε κυλοῦνται.* Hoc exemplum attulit Gaisfordius. *Ex Addendis.*]

67, 8. *ἔνθα δὴ παλαίτατοι | θάσσουσι*,] Omnes Rom. ceterique fortasse omnes *παλαίτατοι*. Pseudogregorius v. 1178. *παλαίτεροι*, quod a Piersono ad Moerin p. 552. Musgravioque probatum admisit Brunckius. Matthiae vero *παλαίτατοι* revocavit. Qui si comparativum sententiae convenientiorem, superlativum autem librorum consensu defendi putavit, vereor ne plus aequo eorum auctoritati tribuerit. *Omnino frequentissime in libris veteribus superlativum et comparativum permutantur*, ait Hermannus ad Vigerum n. 56. Multo saepius, ut mihi videtur, superlativum pro comparativo quam comparativum pro superlativo mendose exhibent libri. Allegat Hermannus n. 57. Homerum Od. *Λ*. 481. *σεῖο δ', Ἀχιλλεῦ, | οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὐδ' ἄρ' ὀπίσσω.* Quo exemplo confirmari putat vulgatam scripturam apud Euripidem Andr. 6. *νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ | ἐμοῦ πέφυκεν, ἢ γενήσεταί ποτε.* Mihi vero utrobique mutandae videntur duae literae. Nostrae fabulae v. 726. retinui *ἀσφαλέστερα*, licet Lasc. et scripti plerique *ἀσφαλέστατα* exhibeant. V. 1208. male in uno cod. legitur *δυσμενεστάτῃ*. V. 530. fluctuant libri inter *κάλλιον, βέλτιον* et *βέλτιστον*, quorum optimum est *κάλλιον*, pessimum *βέλτιστον*. V. 647. cod. Flor. *κάλλιστον* pro *κάλλιον*. Plura aliunde congerere supersedeo. Nostro loco sententiae convenientius esse *παλαίτεροι* quam *παλαίτατοι* inde apparet, quod *πρεσβύτεροι, γεραίτεροι, νεώτεροι*, et similia usurpantur, potius quam *πρεσβύτατοι, γεραίτατοι, νεώτατοι*.

68. *σεμνὸν ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ*,] Noster Suppl. 391. *στρατὸς δὲ θάσσει καξερύζεται παρὼν | Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνὸν ὑγρᾶς πηγῆς ὄδε.* De fonte Pirena omnia pervulgata sunt. [Athenaeus p. 156. E. *τοῦ δείπνου δὲ χρονίζοντος, λόγος ἐγένετο, ποῖον τῶν ὑδάτων ἡδιστόν ἐστιν. καὶ τῶν μὲν ἐγκωμιαζόντων τὸ ἀπὸ τῆς Λέρ-*

[redacted]



ἄλλων δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Πειρήνης, ὁ Καρνεῖος κατὰ Φιλόξενον
ν, τὸ κατὰ χειρῶν. Ex Addendis.]
59. ὡς τούσδε παῖδας γῆς ἐλᾶν Κορινθίας] Aldus ἐλᾷν v. 69.
ν v. 258. εἰσορᾷν v. 259. περᾷν v. 267. δρᾷν v. 495. 725.
r. 121. 143. Idem δρᾶν v. 565. 795. τιμᾶν v. 643. ἐρευνᾶν
052. ζῆν v. 780. 900. Lasc. A. ζῆν, Lasc. B. ζῇν, v. 121. 143.
nde Lascaris δρᾶν v. 565. 725. 795. ζῆν v. 780. 900. Hic
ra omnia per diphthongum scripta exhibet, necnon δρᾷν
046. ubi Aldus τολμήσω pro δρᾶν μέλλω. In Praefatione
ophoclis Oed. T. p. 8. inconsiderate dixi Aldinam Euri-
s editionem hos infinitivos sine ι subscripto exhibere. In
is tribus fabulis necnon in priore parte quartae diphthon-
plerumque exhibet, in sequentibus simplicem vocalem.
lios grammaticos taceam, diphthongum probat Herman.
ad Vigerum n. 168. simplicem vocalem F. A. Wolfius
lectis Literariis T. I. p. 419. Apud Platonem Euthyphrone
. D. membr. Bodl. εἰ μὲν οὖν ὃ νῦν δὴ ἔλεγον· μέλλοιέν μου
γελᾶν, ὥσπερ σὺ φῄς σαυτοῦ, οὐδὲν ἂν εἴη ἀηδές, παίζον-
καὶ γελῶντας ἐν τῶι δικαστηρίωι διαγαγεῖν.
70, 1. σὺν μητρὶ μέλλει τῆσδε κοίρανος χθονὸς | Κρέων.] Rom.
. μέλλει, quod minime malum est. Euripides Or. 1556.
σα γὰρ δὴ τὴν ἐμὴν ξυνάορον, | ὡς οὐ τέθνηκεν, ἀλλ' ἄφαν-
οἴχεται. Rom. A. B. D. μέλλοι, quod paullo melius est.
ter Or. 471. ἐπὶ γὰρ τῷ Κλυταιμνήστρας τάφῳ | χοὰς χεόμε-
, ἔκλυον ὡς εἰς Ναυπλίαν | ἥκοι ξὺν ἀλόχῳ, πολυετὴς σεσωσ-
ς. Ibid. 899. λαοὶ δ' ἐπερρόθησαν ὡς καλῶς λέγοι, | οἱ δ' οὐκ
νουν. Phoen. 1471. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, | οἱ μὲν πατά-
πρόσθε Πολυνείκη δορὶ, | οἱ δ' ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέ-
Indicativum in his locis exhibent libri nonnulli, opta-
m Porsonus. De constructione dixit Matthiae Gramm.
§. 529. 2.
Ibid. Rom. A. B. C. D. κοίρανος. Rom. E. τύραννος, so-
ni errore, cujus alia exempla vide in annotatione ad v. 91
. 1266. Vide etiam Aeschylum Prom. 957. Ag. 558. Eu-
idem Iph. T. 1080. Aristophanem Ach. 471. [b])
72. βουλοίμην δ' ἂν οὐκ εἶναι τόδε.] Rom. omnes τόδε. Sed
pro var. lect. Pseudogregorius v. 1183. τάδε, quod admisi.
nfusa haec vide v. 79. 155. 863. 1024. Etsi non multum
ert, plurale in hac sententia praestare videtur.

) Confusa reperiuntur non so-
κοίρανος et τύραννος, verum
m τύραννος et βασιλεύς. Tra-
is incertus (in satyrico, ut vi-
r, dramate) apud Schol. ad
hoclis Oed. C. 1376. χαλκῷ δὲ
μαρμαίροντες ἀλλήλων χρόα | σφά-
ξοιεν ἀμφὶ κτήμασιν βασιλικοῖς. Le-
gendum, σφάζοιεν (vel potius σφά-
ξειαν) ἀμφὶ κτήμασιν τυραννικοῖς.
Minus recte Brunckius κτήμασιν
τοῖς βασιλικοῖς.

ὁμασι. Aldus etiam παραστῶσιν v. 525. παισ
νσιν v. 553. ἐστὶν v. 682. μεθέστηκεν v. 868. 8
v. 909. ὄμμασιν v. 1006. 1008. πᾶσιν v. 10
32. ἔβλαστεν v. 1225. μεθέστηκεν v. 1262. δώμασ
σιν v. 1269. ᾤκησεν v. 1526. ἐστὶν v. 1536. εὕρ
ιτις μέλλουσι v. 555. ἐκτραφῶσι recte v. 909.
πᾶσι v. 1075. ἔρνεσι v. 1182. εὗρε recte v.
s ν habet. Idem ἀνθρώποισιν v. 1005. οἷσιν v.
v. 1177. Aldus rectius ἀνθρώποισι, aeque b
ισε. Uterque μεταβάλλουσι v. 120. ἴσοισι v. 12
ῖ. ἐστι v. 1052. εἶσι v. 1058. quibus nunc addi
ld. Romanis solus A. sibi constat, quippe qu
ic fabula ν ante consonam addat. B. et C. nu
omittunt. Addit uterque v. 24. 76. 120. 868. 1
1269. 1526. 1536. Solus B. v. 525. 856.
1106. 1177. 1182. 1292. 1511. Solus C. 121
1066. 1252. Ed. Musgravii οἶδεν ante conso
opinor, invito. Nam eadem τέκνοισι ante voc
efieldii de hac re sententiam fuisse nemo igno
consonam addi ν, neque in carminis legem p
e Euripidem, si nostro loco scripsisset, κοὐκ
δώμασι φίλος. *Ultimam enim pedis Iambei syllaba*
*tura brevis, non dubitant tragici passim produc*
*lla finiatur verbum.* Ita Wakefieldius Silv. Cri
respondet Burneius Censurae Menstruae Au
K. p. 313.
77, 8. *Ἀπωλόμεσθ' ἄρ', εἰ κακὸν προσοίσομεν | νέ*
*ἀπωλόμεσθ' ἄρ* sine elisione. Deinde Lasc.

Plura de hac re vide ad Heracl. 169. [Athenaeus p. 156. E. *καὶ τῆς τραπέζης παρατεθείσης ἐδειπνοῦμεν, καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν. ἡ δ' ἐπεισορέει.* Ex Addendis.]

*Ibid.* Notandum *πρὶν ἐξηντλῆσθαι*. Noster *πρὶν κατεξάνθαι* dixit Phoen. 1152. *πρὶν κεκυρῶσθαι* El. 1069. Aristophanes *πρὶν διεῤῥυηκέναι* Vesp. 1151. *πρὶν καὶ τεθύσθαι* Av. 1055. *πρὶν ἐμπεπρῆσθαι* Lys. 322. *πρὶν καὶ γεγονέναι* Ran. 1216. Inter *πρὶν δειπνῆσαι* et *πρὶν δεδειπνηκέναι* hoc interest, quod *δεδειπνηκέναι* a coenante, *δειπνῆσαι* vero a coenaturo dicitur. Ab utroque diversum ut *πρὶν δειπνεῖν*, quod non *priusquam coenavero* significat, sed *priusquam coenatum eo*. Sed haec discrimina non semper servantur.

79, 80. *Ἀτὰρ σύ γ' (οὐ γὰρ καιρὸς εἰδέναι τάδε | δέσποιναν)*] Pseudogregorius v. 1238. *ἀτὰρ—τάδε*. Rom. C. *αὐτὰρ—τάδε*. Rom. A. B. D. E. Lasc. *ἀτὰρ—τόδε*.

80. *ἡσύχαζε, καὶ σίγα λόγους.*] Lasc. A. (si scripturam recte exhibet Seidlerus) *λόγοις*. Omnes Rom. Lasc. B. Par. A. Pseudogregorius v. 1239. *λόγον*, quod admisit Brunckius.

81. *Ὦ τέκνον, ἀκούεθ' οἷος εἰς ὑμᾶς πατὴρ;*] Rom. A. B. E. Lasc. A. *ὑμᾶς*. Lasc. B. *ὑμᾶς*. Rom. C. D. *ἡμᾶς*.

82. *ὄλοιτο μὲν μή, δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός·*] Euripides El. 1245. *Φοῖβός τε, Φοῖβος—ἀλλ' ἄναξ γὰρ ἔστ' ἐμὸς, | σιγῶ· σοφὸς δ' ὢν, οὐκ ἔχρησέ σοι σοφά.* Hec. 1236. *αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν | τοιοῦτον ὄντα. δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ.* Similis reticentiae specimen praebet Sophocles Trach. 383. *Ὅλοιντο μήτοι πάντες οἱ κακοὶ, τὰ δὲ | λαθραῖ ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέπον τ' αὐτῷ κακά.*

*Ibid.* Lasc. A. *ὄλοιτο μὲν δή*. Lasc. B. ut vulgo.

*Ibid.* Praeter Aldum Lasc. et Rom. A. *δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός*. Omnes etiam edd. El. 1245. *ἄναξ γὰρ ἔστ' ἐμός*. Si vera sunt quae de accentu τοῦ ἐστὶ dixit Hermannus, aliud est *δεσπότης γάρ ἐστ' ἐμὸς*, aliud *δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός*. Ait enim in libro de Emend. Rat. Gr Gramm. c. xxiii. p. 84. *Verbum ἐστὶν enim duas habet significationes, unam, quae simpliciter copulae, quam logici vocant, munere fungitur, et praedicati alicujus accessionem requirit, ut τοῦτο ἐστὶν ἀληθές; alteram, quae ipsa in se conclusum habet praedicatum, ut ἔστι θεός*. Priori significatione *ἐστὶ* vel *ἐστι* scribendum censet, altera *ἔστι*. Sive vera est haec regula, sive falsa, nostro loco scribendum videtur *δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός*. Iidem libri qui hic *γὰρ ἔστ'*, infra v. 1052. *ἀλλὰ γάρ ἐστι μοῦσα καὶ ἡμῖν* habent, ubi Porsonus *ἀλλὰ γὰρ ἔστιν* reposuit. Aldus *ῥᾴδιον γὰρ ἔστι σοι* Hec. 755. *ἦ γάρ ἐστιν—ἀφιγμένος* Or. 737. *οὐ γάρ ἐστιν ἡττεος* Phoen. 952. *χρυσὸς γάρ ἐστιν* Rhes. 169. *οὐ γάρ ἐστι Λοξίας* Tro. 356. *θεὸς γάρ ἐστι* Ion. 428.

83. *ἀτὰρ καπὸς γ' ὢν εἰς φίλους ἀλίσκεται.*] Ita Rom. C. rec-

te. Rom. A. B. D. E. *κακὸς ὤν*, omissa particula, quae metro
95 quidem necessaria est, nec sententiae inutilis, propterea quod praecessit *ἀτάρ*. Vide Aeschylum Prom. 1010. Euripidem Hipp. 728. 1250. 1398. Iph. T. 719. Tro. 416. Aristophanem Ach. 447. (ubi *γε* pro *καὶ* tacite reposuit Brunckius) 782. Vesp. 147. 150. 1505. Av. 144.

84. *Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; ἄρτι γινώσκεις τόδε.*] Fluctuant libri tam scripti quam impressi inter *γινώσκεις* et *γινώσκει*. Rom. A. B. D. E. Lasc. B. Par. omnes, *γινώσκεις*. Rom. C. Burn. Lasc. A. *γινώσκει*, quod pro mendo typographico accepit Musgravius. In Rom. A. annotatum ab eadem manu *γρ. καὶ γινώσκει*. In Rom. B. supra scriptum *ει*. Praeter Aldum, *γινώσκεις* habent Hervagius ed. prima, Brubachius, H. Stephanus. Ceterae omnes *γινώσκει* ante Musgravium, qui *γινώσκεις* revocavit. Qui *γινώσκεις* habent, notam interrogationis post *θνητῶν* aut habent aut habere debent. Qui *γινώσκει* legunt, eam non agnoscunt. Schol. *Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν. οὕτως ἀναγνωστέον, τίς δ' οὐχὶ θνητῶν. καὶ στικτέον. εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς, ἄρτι γινώσκεις τόδε. διὸ καὶ μετὰ τοῦ σ γραπτέον, οἷον, τίς οὐκ ἔστι κακὸς εἰς φίλους, εἶτα τὸ ἄρτι γινώσκεις τόδε, οἷον, ἄρτι ἔγνωκας ὅτι ἑαυτοὺς μᾶλλον φιλοῦσιν ἢ τοὺς πέλας. οἱ δὲ ὑποκριταὶ τοῦτο ἀγνοήσαντες, τὸ τῆς ἀντιδιαστολῆς μετατιθέασιν εἰς τὸ, τίς δ' οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γινώσκει σαφῶς.* Histriones scilicet, cum in exemplaribus suis scriptum reperissent, *Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γινώσκει τόδε*, atque hoc *ἄρτι* a sententia alienum esse vidissent, audacter reposuerunt, *Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γινώσκει σαφῶς.*

85. *ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ.*] Scripsit Euripides *τῶν πέλας*, ni fallor, ut legisse videtur scholiastes, cujus verba modo attuli. Ita Aeschylus Prom. 335. Suppl. 588. Eum. 416.[c]) 507. Sophocles Oed. C. 803. Ant. 479. Aj. 1151. Phil. 340. El. 551. Aloadis viii. 3. Euripides Hipp. 441. Heracl. 2. Hel. 739. 921. Ion. 1248. Herc. 192. 591. 730. Alcmena xii. 1. Bellerophonte xxiii. 1. Dictye xiv. 3. Rhadamantho ii. 6. Incert. ccxiv. Eodem sensu reperitur *τῶν πλησίον* apud nostrum Hec. 982. *Σῶσόν νιν αὐτὸν, μηδ' ἔρα τῶν πλησίον*[d]).

c) Vulgo, *λίγειν δ' ἄμορφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς, | πρόσω δικαίων ἦδ' ἀπουσαιεῖ θέμις. Lege omnino τὸν πέλας*, inquit Heathius. Mihi magis placet, *λίγειν δ' ἄμορφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς*. Ita v. 478. *ὅμως δ' ἄμορφον ὄντα σ' αἱρούμεθα πόλει*. Utrobique verba *ἄμορφον ὄντα* sine reprehensione significant. Ibid. 681. *Τί γάρ; πρὸς ὑμῶν πῶς τεθθεῖ' ἄμορφος ὤν;* Singulari casu accidit, ut vox ter in una fabula ab Aeschylo usurpata, extra eam apud Atticos poëtas non extet.

d) Notanda ellipsis articuli haud ubivis obvia, *τῶν πλησίον* pro *τῶν τῶν πλησίον*.

Ubi varietas a Porsono memorata τοῦ πλησίον meam conjecturam confirmare videtur. Aristophanes τοῖς πλησίον dixit Eccl. 16. 561. τοῖς πλησίοισιν Lys. 472. Singulari τῷ πέλας utitur Herodotus III. 142. ἐγὼ δὲ τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω. Thucydides I. 32. καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν, νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη. Sed utrumque locum corruptum esse suspicor. Bis apud Theognidem legitur τὸν πλησίον, v. 221. 611.

86. οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν,] Janus Gulielmius Verisim. I. 16. a Musgravio allegatus, οἱ μὲν διὰ κλέος, 94
οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν. Reiskius, οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ τοῦ κέρδους χάριν. Musgravius versum intercidisse censet, legi tamen posse *in loco paene desperato*, οὐ μὴν δικαίας οἶδε Κύπριδος χάριν. id est, *non tamen gratus est ob pudicum conjugium*, Jason scilicet. Brunckius vero: *Hic versus nec emendatione, nec explicatione indigere mihi videtur, sed litura; spurius est et addititius.* Noster Herc. 633. πάντα τ' ἀνθρώπων ἴσα. | φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν, | οἵ τ' οὐδὲν ὄντες. Pro φιλοῦσι παῖδας finge poëtam dixisse φιλοῦσ' ἑαυτοὺς, et nostri loco sententiam habebis, qui Musgravio et Brunckio ita obscurus visus est, ut ille versum excidisse, hic hunc ipsum spurium esse crediderit. Probos etiam homines suae rei studere auctor est Sophocles Oed. C. 309. τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος; Verba autem οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν significant οἱ δὲ καὶ ἀδίκως. Apud tragicos contraria sunt δίκη et κέρδος. Noster Heracl. 2. ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ· | ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον, | πόλει τ' ἄχρηστος, καὶ ξυναλλάσσειν βαρὺς, | αὑτῷ δ' ἄριστος. Hypsipyla Fr. vi. κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον. Sophocles Oed. T. 889. εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως.

87. εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ;] *Εἰ hic loci est* quandoquidem, inquit Reiskius. Brunckius, *εἰ hic est pro ἐπεί.* Alii aliter interpretantur. Nemo autem animadvertit, saltem nemo monuit, Euripidem, si εἰ dixisset, scripturum fuisse, εἰ τούσδε γ' εὐνῆς ἕνεκα μὴ στέργει πατήρ*). Quaerenda

*) Reisigius p. 115. *In his cogitatione comprehendenda sunt verba οὐ στέργει, tanquam si dixisset μισεῖ. Elmsleyus Museo Cantabrigiensi soloecismum credit esse εἰ—οὐ, et dici oportere εἰ—μὴ—. Sed εἰ idem fere est atque ἐπεὶ, et hoc modo εἰ—μὴ στέργει ne dici quidem potuisset.* Quamvis huiusmodi praecepta exemplis potius quam argumentis confirmanda sint, ne unum quidem cujuspiam scriptoris locum attulit Reisigius, in quo εἰ subjectum habeat οὐ. Nonnulla ejusmodi reperiri posse non dubito, in unum ipse casu incidi. Tragicus apud Aristotelem Rhet. II. xxiii. p. 574. E. Εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν |

igitur alia particula, quae et meliorem sensum reddat, gativam οὐ sine soloecismo sibi subjici patiatur. Scri τούσδε γ'. Similia error in Hipp. 1007. καὶ δὴ τὸ σῶφρο μὸν οὐ πείθει σ' ἴσως. Ubi εἰ δὴ omnes edd. ante Musgra καὶ μὴ pessime Valckenarius et Brunckius. Καὶ nostr est *even so*. Qua significatione nescio an praestaret ὡς. lector.

88. Ἴτ' (εὖ γὰρ ἔστω) δωμάτων εἴσω, τέκνα.] Quidq hoc versu dicturus sum pertinet etiam ad v. 310. Λέγε σας μαθεῖν, ἀλλ' εἴσω φρενῶν. Aldus utrobique εἴσω, rumque in hac versus sede. Vide Or. 280. 1231. 1624. 1572. Phoen. 269. 727. Suppl. 723. 1196. Iph. T. 65. priore loco ἔσω, altero εἴσω. Priore loco cum Aldo co unt Rom. C. D. E. cum Lascari Rom. A. B. Par. A. loco Rom. omnes, ni fallor, εἴσω. Brunckius utrobiq edidit, Porsonus (qui ἔσω Or. 1231. Phoen. 727.) prior tum loco, Matthiae iterum utrobique, ego neutrobique. sententia, ita se res habet. Nemo ignorat multas esse quae duas habeant formas, unam communem, etiam a cis usurpatam, alteram poëticam, tragicorum propriam. mae communes, exempli gratia, sunt γόνατα, δούλειος, μόνος, ξένος, ὄνομα, πλείων, φῶς, χεῖρες; poëticae γο δούλιος, κεῖνος, μοῦνος, ξεῖνος, οὔνομα, πλέων, φάος, χ Formas poëticas satis multas in senariis usurpant tragic ea lege, ut communis in eadem sede collocata metro ad tur. Jure igitur a Reisigio p. 43. reprehensus mihi v Porsonus, quod scripserit Phoen. 1403. (1397.) πλέων ὀρῶσιν ἐσάλασσ' ἰδρώς. Quamquam non assentior Re hanc formam tragicis omnino abjudicanti. Sunt aute mae communes εἰς et εἴσω, poëticae vero ἐς et ἔσω, quas ci non omnino usurpant, tragici non nisi metri lege c

95

ἀκουσίως δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν (edd. vet. πίπτειν, f. πίτνειν), | οὐδ' εἴ γ' ἀναγκασθείς τις εὖ δράσει τινά, προσῆκόν ἐστι τῷδ' ὀφείλεσθαι χάριν. Lego, Ἐπεὶ γὰρ οὐδὲ etc. [Εἰ μὴ pro ἐπεὶ οὐ praeter alios usurpat noster Andr. 204. οὐκ ἐξ ἡμῶν σε φαρμάκων στυγεῖ πόσις. | ἀλλ' εἰ ξυνεῖναι μὴ 'πιστήδεια πρόσει. *Ex Addendis.*]

f) Noster Heracl. 151. Καὶ μὴν στολήν γ' Ἕλληνα καὶ ῥυθμὸν πέπλων | ἔχει. τὰ δ' ἄλλα (praestat fortasse ἔργα, quod reperi in tribus codd.) βαρβάρου χερὸς τάδε. Ita vulgo. Hodie malim et χεῖρας v. 219. Recte omn v. 845. Ἰόλαος ἐμβῆναί νιν ἵ δίφρον. Diversa ratio est in 1701. Ἰερὸς Κόλωνος, δῶμα πέλας θεοῦ. Parestat hic non quia iambum in quin praebet, sed quia tragici cunt ἵππιον θεὸν, ἵππειον δῶ, ἵππιον Ἄργος, ἱππεία ναν, ἱππείαν Ἀμαζό α, et In his etiam comici altera mam usurpant. Aristophan 83. Νὴ τὸν Ποσειδῶ τοῦτ ἵππειον.

Quam longissime a veritate abest Brunckii sententia tum alibi passim declarata, tum ad Aeschyli Prom. 478. (477.) *Id autem usu percepisse mihi videor, Atticos poëtas εἰς et εἴσω fere non adhibuisse, nisi ubi metri necessitas cogeret; alias ἐς et ἔσω praetulisse.* Atqui nemo hodie ignorat, ne metri quidem caussa ἔσω a comicis usurpari[g]). Tragici vero cum utramque usurparint, haud absurda est sententia, in quinta senarii sede propter iambum ἔσω ab iis praelatum esse. Ita censuisse videtur Porsonus, licet plerumque εἴσω retinuerit. Sed persuasum habeo, nihil omnino interesse utrum in hac sede legatur φεύγειν an φυγεῖν, μίμνειν an μένειν, ut pluribus ad v. 941. declarabo. Nulla igitur caussa est, quare in ea ἔσω potius quam εἴσω exhibeamus.

89. σύ θ' ὡς μάλιστα τούσδ' ἐρημώσας ἔχε,] Rom. C. σύ θ'. Rom. A. B. D. E. Lasc. σὺ δ', quod admisit Brunckius.

91. ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην] Aeschylus Cho. 273. ἀποχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον. Id est, ἀγριούμενον, *efferatum*. Nostro loco ταυρηδὸν βλέπουσαν. Ita mox v. 184. καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης | ἀποταυροῦται δμωσίν.

92. τοῖσδ', ὥς τι δρασείουσαν.] Τοῖσδ' cum ταυρουμένην jungendum, non cum δρασείουσαν, post Dawesium p. 264. Heathiumque monet Brunckius. Ita jam recte distinctum in ed. Musgravii. Superiores post ταυρουμένην interpungunt. Male quidem, nisi legatur τούσδ' ὥς τι δρασείουσαν. Aristophanes Pac. 61. Ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις πόθ' ἡμῶν τὸν λεών; Sed praestat ταυρουμένην τοῖσδ'. 96

*Ibid.* Lasc. A. ὥς τὶ δρασείουσαν, B. ὡς τί δρασείουσαν, utrumque male. Lasc. etiam Πιτθεὺς τίς ἐστι v. 666. consentiente Rom. A. qui δεινὴ τίς ὀργὴ v. 507. ξυμφορὰ τίς εἰς λέχος v. 558. aliaque fortasse similia habet. Recte Lasc. δεινή τις ὀργὴ, ξυμφορά τις εἰς λέχος. Idem post voces paroxytonas passim τίς vel τί pro τις vel τι habet. Ita ἔχθραν τίς αὐτῇ v. 44. πόρος τίς v. 255. δράσειν τί ante dist. v. 284. εἰδέναι τί ποικίλον

g) Dixi Musei Crit. Cantabr. T. I. 180. *Sed neque ἔσω pro εἴσω usurpant comici, neque εἴσω, si bene memini, pro ἔνδον.* Longe diversam mihi sententiam tribuit Reisigius p. 318. *Tragici usurparunt utrumque, ἔσω pariter atque εἴσω: nec puto satis explorate Elmsleyum Atticorum omnino esse alterum negasse.* Quasi ego de Atticis in universum locutus sim. Ex comicis ἔσω usurpare videtur Hermippus Ἀρτοπώλισιν: Φέρε νυν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω, | καὶ θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου. E Lexico Comico priorem versum affert scholiastes ad Med. 995. utrumque Suidas aliique grammatici v. Ἀγῆλαι. Verba ἰοῦσ' ἔσω alii aliter scripta exhibent. Mihi vero unice verum videtur ἰοῦσ' ἐγώ. Aristophanes Plut. 768. Φέρε νυν ἰοῦσ' εἴσω κομίσω καταχύσματα | ὥσπερ νοκνήκοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ.

v. 295. *χαίρων τίς αὐτῶν* v. 592. *οὐ φίλων τίς οὐ πόλις τίς* v. 659. *ἔχω τί κἀγώ* v. 1101. In plerisque quidem locis haec scribendi ratio neminem fallere potest. Est tamen ubi ambiguitatem creet. Vide ad v. 487. 552.

92. 3. *οὐδὲ παύσεται | χόλου (σάφ' οἶδα)*] Rom. C. *παύεται*. *Ibid.* Lasc. *χόλον*, quod natum videtur e v. 168. *οὐκ ἔστιν ὅπως ἔν τινι μικρῷ | δέσποινα χόλον καταπαύσει.* Constructionem defendere videtur Sophocles Ant. 883. *Ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν | ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν;* Ubi accusativus pendet a participio *λέγων*, quod in infinitivo *ἔχειν* continetur.

93. *πρὶν κατασκῆψαί τινα.*] Sic Aldus. Sed Lasc. *πρὶν κατασκῆψαι τινά.* V. 163. uterque *ἔν τινι.* V. 562. Ald. *θωπεῦσαι πότ' ἄν.* Lasc. *θωπεύσαι ποτ' ἄν.* V. 560, uterque *ἄλλοθέν ποθεν.* V. 654. Ald. *δαίμονός τινος.* Lasc. *δαίμονος τινος.* V. 727. uterque *σκῆψιν τιν'.* V. 785, Ald. *ὄψεταί ποτε.* Lasc. *ὄψεται ποτέ.* V. 93. Rom. A. C. *κατασκῆψαι τινα.* Ceteri tres quid habeant nescio. Praestat altera scriptura, quam ubique exhibui,

*Ibid.* Schol. *κατασκῆψαι δὲ ἀντὶ τοῦ βλάψαι, ἀπὸ τοῦ περαυνοῦ τοῦ σκηπτοῦ. οἷον, περαυνῶσαι.* Hesychius: *κατασκῆψαι. κατασπεῖραι.* Interpretatio ad *κατασκεδάσαι* pertinere videtur. Rectius Photius: *κατασκήψαντος. ἐμπεσόντος.* Noster Hipp. 1416. *Ἔασον. οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον | θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας | ὀργαὶ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν κάρα.* Herodotus VII. 134. *Τοῖσι δὲ ἂν Λακεδαιμονίοισι μῆνις κατεσκῆψε Ταλθυβίου τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος.* Idem VIII. 65. *Δημάρητε, οὐκ ἔστι ὅκως οὐ μέγα τι σίνος ἔσται τῇ βασιλῆος στρατιῇ.——καὶ ἢν μέν γε κατασκήψῃ ἐς τὴν Πελοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε βασιλέϊ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔσται.* Thucydides II. 49. *κατέσκηπτε γὰρ (ἡ νόσος) καὶ ἐς αἰδοῖα, καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας.* Patet ex his exemplis dici *κατασκῆψαι εἴς τινα* et *κατασκῆψαί τινι*, ut *ἐμπεσεῖν εἴς τινα* et *ἐμπεσεῖν τινι.* Nostro loco scribendum suspicor *τινι.* Schol. ad v. 105. interpretatur *δίκην ἐγκατασκῆψαι τινί.* Constructio est: *οὐδὲ παύσεται χόλου, πρὶν ἂν κατασκήψῃ τινὶ ὁ χόλος.* Sic enim malo quam *πρὶν ἂν αὐτὴ κατασκήψῃ τινὶ τὸν χόλον.* Quamquam ne hoc quidem absurdum. Noster infra v. 1500. *τὸν σὸν δ' ἀλάστορ' εἰς ἐμ' ἔσκηψαν θεοί.* Aeschylus Eum. 83. *ὑμεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον | σκήψητε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν | τεύξητε*[h]). Si certum esset be-

97

h) Male vulgo *σκήψησθε.* Media forma aliena ab hac significatione est. Error natus est e vicino *θυμοῦσθε.* Similem exhibet Aldina in Heracl. 875. *καὶ πόλιν κακοῖς | ὄψεσθε, πλήρους δ' ἐμβατεύσεσθε χθονός.* Recte Musgravius e cod. G. *ἐμβατεύσετε.* Sic etiam cod. E. et noster Rom. C. Aristophanes Av. 1015. *Ὥσπερ ἐν Δα-*

ne Graecum esse *ἐμπεσεῖν τινα*, non esset quare de *κατασχεῖν τινα* dubitaremus[i]).

95. In his anapaestis Dorica Medeae tribuit Aldus *δύστανος* v. 95. *ὀλοίμαν* v. 96. *τλάμων* v. 110. *πατρὸς* v. 112. *κεφαλᾶς* v. 142. *κατολυσαίμαν* v. 144. *βιοτὰν* v. 145. *μεγάλα* v. 157. *ἐνθεαμένα* v. 159. *νύμφαν* v. 160. Ancillae sive nutrici *μάτηρ* v. 97. *θνατοῖς* v. 127. *τάκει βιοτὰν* v. 139. *παραθαλπομένα* v. 141. *θνατοῖς* v. 167. *ἐμὰν* v. 182. *ὁρμαθῇ* v. 186. *βοᾶν* v. 198. Lasc. A. B. *τλήμων* v. 110. *θνητοῖς* v. 127. Lasc. A. etiam *μητρὸς* v. 112. *θνητοῖς* v. 167. Cetera ut Aldus. Nutrici tribuit Aldus *ἀρχῆς* v. 105. *οἰμωγῆς* v. 106. *ψυχὴ* v. 109. *τλῆμον* v. 114. *ᾗδ'* v. 139. *τήνδ'* v. 183. *λεαίνης* v. 184. *μούσῃ* v. 193. Nihil tale in Medeae verbis occurrit. *Doricas formas in impressis receptas*, inquit Brunckius, *non agnoscunt membranae in his anapaestis.* Communes igitur formas plerumque reposuit, servata tamen Dorica v. 139. (ubi *τήκει βιοτὰν*) 141. 142. 144. 145. 157. 198. Porsonus et Matthiae omnia ut Aldus. Ego vero in Medeae verbis Doricas formas servavi, nutrici autem communes ubique restitui. Quae post scenam magno animi affectu commota dicit Medea, *μέλος* esse videntur, ideoque recte Doricas formas accipiunt. Quae autem nutrici tribuuntur, utpote sermoni propiora, communi lingua concepta sunt. Quae in his leguntur Dorica, a grammaticis invecta puto, haud secus atque in chori anapaestis *ἀπειροσύνην* v. 1062. *αἴδαν* v. 1079[k]). Ceterum non est silentio praetereundum, Porsonum

*καλέμενοι | ξενηλατοῦντας, καὶ κεκινημένα τινες | πληγαὶ ανγναὶ κατ' ὄσσων.* Imo, *ξενηλατοῦσι*, ut *λέγουσι*, *they say*. Thucydides III. 40. *ἄλλως δὲ γνόντες, τοῖς μὲν οὐ χαριοῦσθε, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε.* Legendum *δικαιώσετε*.

i) Sophocles Oed. C. 942. *σὺ δὲ εἰς τοσ' αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοις | ζῆλος ξυναίμων, ὅστ' ἐμοῦ τρέφων βίᾳ.* Praeter Aldum, accusativum habent tres codices a Brunckio collati. Euripides Iph. A. 808. *σὺν δαιτὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως | τῇδε στρατείᾳ Ἑλλάδ', οὐκ ἄνευ θεῶν.* Nemo est qui Ἑλλάδ' libentius pro accusativo quam pro dativo acceperit sit. Vide tamen an scripserit poëta, *οὐκ ἄνευ θεῶν τινος*, omisso Ἑλλάδ', quod salva sententia abesse potest. Ita Aeschylus Pers. 164. *ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινος* Euripides Bacch. 762. *ἐτραυμάτιζον, κἀπενώτιζον φυγῇ | γυναῖκες ἄνδρας, οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.* Idem *ἄνευ θεῶν του* Phoen. 1608.

k) Sic etiam *ἀπολωλορμένα* Hec. 103. *ἀφαμένα* ibid. 107. *Βλάνων* ibid 119. *ὀρφανὰν* pro *ὀρφανὸν* ibid. 150. *φονιωσομένων* ibid. 152. In Euripidis Telepho jurgium fuit inter Agamemnonem et Menelaum hoc metro scriptum. Hinc Fr. iii. *Ἴθ' ὅπως χρήζεις. οὐκ ἀπολοῦμαι | τῆς σῆς Βλίτης οὕνεκα.* Verba sunt Agamemnonis. Sic etiam Fr. xx. *Σπάρτην ἔλαχες. ταύτην πόμπευε. | τὰς δὲ Μυκήνας ἡμῖν ἴδιᾳ.* Prior versus in proverbium transiit. Male Cicero ad Att. iv. 6. *Σπάρταν ἔλαχες. ταύταν πόμπευε.* Simili vitio in Jasonis Medeaeque rixa vulgo legitur *ξυναπάσῃ* v. 1559.

in Hippolyto, si eam fabulam edidisset, majorem licentiam sumturum fuisse quam in Medea. Nam in Phaedrae anapaestis, quos ex ejus recensione exhibuit Monkius, communis forma pro Dorica ubique reposita est.

*Ibid. Δύστανος ἐγὼ, μελέα τε πόνων.*] Sic Lasc. B. Sed Rom. 98 D. E. Lasc. A. Burn. *ἰὼ δύστανος ἐγώ.* Rom. A. B. C. *ἰὼ δύστηνος ἐγὼ*, quod tacite admisit Brunckius. Schol. ad Aristophanis Pac. 1012. *ὦ δύστηνος ἐγώ.* Mag. *δύστηνος ἐγώ.* Porsonus ut vulgo *δύστανος ἐγώ.* Recte additum videtur *ἰώ*, quod extra versum est. Aeschylus Theb. 876. *Ἰὼ δυσαδελφότατας πασῶν ὁπόσαι | στρόφον ἐσθῆσιν περιβάλλονται.* Pers. 911. *Ἰὼ δύστηνος ἐγὼ στυγερᾶς μοίρας | τῆσδε κυρήσας ἀτεκμαρτοτάτης.* Sic etiam Euripides Suppl. 1114. Iph. A. 590. El. 988.

96. *ἰώ μοι μοι, πῶς ἂν ὀλοίμαν;*] Aristophanes Pac. 1009. *κἄτα Μελάνθιον | ἥκειν ὕστερον εἰς τὴν ἀγορὰν· | τὰς δὲ πεπρᾶσθαι, τὸν δ' ὀστυζεῖν· | εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας· | Ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχειρωθεὶς | τὰς ἐν τευτλοισι λοχευομένας· | τοὺς δ' ἀνθρώπους ἐπιχαίρειν.* Schol. *Ἐκ Μηδείας. μήποτε ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μηδείας παράγει* (vulgo *παραγράφει*) *ἐκεῖνα. ὦ δύστηνος ἐγὼ, μελέα τε πόνων, πῶς ἂν ὀλοίμαν. οἱ δὲ αὐτοῦ τοῦ Μελανθίου φασὶν εἶναι Μήδειαν, ἐξ ἧς ταῦτα. Ὀλόμαν, ὀλόμαν* dixit Euripides Iph. T. 151. ubi Aldus *ὠλόμαν, ὠλόμαν*, haud secus atque apud Aristophanem. Verba quae *παρῳδεῖ* comicus, Jasonis in Melanthii Medea fuisse videntur[1]).

*Ibid.* Rom. C. D. E. *πῶς ἂν ὀλοίμαν.* Rom. A. B. *πῶς ἂν ὀλύμαν.* Horum B. alterum *λ* subscriptum habet, ut sit *ὀλλύμαν.* Rom. D. *ὄλλυσθε* pro *ὄλοισθε* v. 112.

97. *Τόδ' ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες.*] Plenius Aristophanes Ach. 41. Lys. 240. *τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ 'λεγον.* Idem saepius nude *τοῦτ' ἐκεῖνο* dixit, monente post alios Reisigio p. 279. Noster Or. 802. *Τοῦτ' ἐκεῖνο* (*ὃ λέγεται* scilicet). *πᾶσθ' ἑταίρους, μὴ τὸ συγγενὲς μόνον.* Hel. 622. *Τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο. συμβεβᾶσιν οἱ λόγοι |*

1) De Melanthio tragico consulendus in primis Fabricius Biblioth. Gr. T. II. p. 510. qui Philoclis tragici filium eum facit, nescio quo auctore. Nihil tale legerat apud Aristophanem ejusque interpretes Pac. 803. 808. Av. 151. neque apud Suidam locis ab ipso indicatis, neque apud Plutarchum T. II. p. 41. C. p. 50. C. p. 144. B. p. 651. D. p. 655. D. neque apud Athenaeum p. 6. C. 343. C. p. 542. A. Ex his testimoniis constat eum gulositate famosum fuisse, eoque nomine multam ridendi materiam comicis praebuisse. Ipsius quoque facete quaedam dicta afferuntur. Ita gibbosum quendam demagogum non *προεστάναι* sed *προπεπυφέναι τῆς πόλεως* dixit. Ex ejus tragoediis unus exstat versus, (*ὁ δυμὸς*) *τὰ δεινὰ πράσσει τὰς φρένας μετοικίσας.* Quo his utitur Plutarchus de Cohibenda Ira p. 455. F. de Sera Numinis Vindicta p. 551. A. Paullo aliter *πράσσει τὰ δεινὰ* Tzetzes ad Hesiodum p. 82.

*εἰ τῆσδ' ἀληθεῖς.* Vide an legendum Ion. 554. *Τοῦτ' ἐκεῖν' ἴν' ἐσπάρημεν.*

97, 8. *μάτηρ | κινεῖ κραδίαν,*] Rom. C. Lasc. B. *μάτηρ.* Rom. A. B. D. *μῆρ.* Rom. E. Lasc. A. *μήτηρ.* Sic *ματρὸς, μρὸς, μητρὸς* v. 112. De qua varietate consulendus Valckenarius ad Phoen. 11.

*Ibid.* Rom. A. E. Lasc. B. *κραδίαν.* Rom. B. D. *κραδίην.* Rom. C. Lasc. A. *καρδίαν.* Ante Euripidem *κραδία* in anapaesto usurparat Aeschylus Prom. 880. *κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει.*

98. *κινεῖ δὲ χόλον*] Aristophanes Vesp. 402. *Εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολὴν, | ἥνπερ ἡνίκ' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν;* Inter *κινεῖν χόλον* et *κινεῖν χολὴν* nihil interesse videtur.

99. *σπεύσατε θᾶσσον δώματος εἴσω,*] Sic Rom. C. Lasc. B. Sed 99
Rom. A. B. E. Lasc. A. *σπεύδετε θᾶσσον.* Rom. D. *σπεύδετε θᾶττον.*

100. *καὶ μὴ πελάσητ' ὄμματος ἐγγὺς,*] Lasc. A. *πελάσαητ'* (sic). Vide ad *ἐστάλλης* v. 651. Lasc. B. recte *πελάσητ'.*

101. *μηδὲ προσέλθητ', ἀλλὰ φυλάσσεσθ'*] Rom. C. *φυλάσεσθε,* ut jam monui ad v. 27. Rom. A. B. *φυλάσσεσθε.* Rom. D. E. Lasc. A. Par. A. B. D. *φυλάσσεσθ',* quod reposuit Musgravius. Lasc. B. Par. E. Mag. Put. *φυλάσσετε.*

102, 3. *ἄγριον ἦθος, συγγεράν τε φύσιν | φρενὸς αὐθάδους.*] Etsi ita satis bene, melius esset, opinor, *ἀγριόν τ' ἦθος.* Copulae in priore membro omissae exempla vide v. 569. 1076. 1119. His accedant Aeschylus Ag. 810. (ubi legendum, *κἀρτ' ἀπόμουσός τ' ἦσθα γεγραμμένος, | οὔτ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων*) Sophocles Oed. C. 850. Phil. 1294. 1314. 1415. Euripides Hipp. 205. Andr. 424. (*εἰς ξύμβασιν δὲ χρῆν σε σήν τε παῖδ' ἄγειν*) Suppl. 87. (*Τίνων χόον τ' ἤκουσα καὶ στέρνων πνύπον*) Tro. 43. Bacch. 740. Aristophanes Lys. 551. (*Ἀλλ' ἥνπερ ὅ νε γλυκύθυμος ἵμερος, χἠ Κυπρογένεια Ἀφροδίτη*) [m].

104. *ἴτε νῦν, χωρεῖθ' ὡς τάχος εἴσω.*] Sic Rom. C. E. Sed Rom. A. B. *ὡς ταχος ἔσω.* Rom. D. *ὡς ταχιστ' εἴσω.*

105, 6. *δῆλον ὅ' ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον | νέφος οἰμωγῆς,*] Musgravius legendum putat *δηλοῖ, ostendit.*

*Ibid.* Rom. C. *ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον.* Rom. A. B. D. Lasc. Par. A. B. D. E. *ἀρχῆς ἐξαιρόμενον.* Rom. E. *ἀρχῆς ἐξαιρούμενον.* Rom. A. praepositionem supra scriptam habet a prima manu. Canteri conjecturam *ἐξ ἀρχῆς αἰρόμενον* inutilem censet Barnesius (*Φοίβῳ ἴσος ὁ Βαρνέσιος*), quia scilicet praepositiones hoc modo abundare soleant. Sed metri quoque ratio-

m) Idem Vesp. 469. *Ἔοθ' ὅπως ἄνευ μάχης καὶ τῆς κατοκλίας βοῆς, | εἰς λόγους ἔλθωμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς;* Malim *ἄνευ μάχης τε καὶ κατοκλίας βοῆς.* Deinde vide an legendum *ἔλθοιμεν.* De qua constructione consulendus Hermannus ad Sophoclis Aj. 1206. (1221.)

nem habendam esse monet Heathius. Musgravius igitur Canteri conjecturam admisit, multo melius Brunckius codicum scripturam. Praepositionem delendam punctis infra positis jamdiu monuerat Scaliger.

106, 7. ὡς ταχ' ἀνάψει | μείζονι θυμῷ.] Rom. omnes, ni fallor, ἀνάψει. Par. E. Schol. pro var. lect. ἀνάξει. Lasc. B. in textu ἀνάψει, in margine γ. ἀνάξει, quam varietatem ab omnibus fere suis codd. agnosci ait Musgravius. Non video quem sensum praebeat ἀνάξει. Potius legerem ἀνάξει ab ἀνάσσω sive ἀναΐσσω, quod apud Euripidem saepe occurrit. Sed recte se habere videtur ἀνάψει, quod activum pro passivo appellat Musgravius, item Matthiae Gramm. Gr. §. 496. 4. Fortasse constructio hujusmodi est: δῆλον δ' ὡς ταχ' ἀνάψει μείζονι θυμῷ (ἡ Μήδεια) νέος οἰμωγῆς ἀρχῆς ἐξαιρόμενον.

*Ibid.* Lasc. μείζονι. Idem v. 356. κλύδονα, v. 1164. νικομένη.

107, 8, 9. τί ποτ' ἐργάσεται | μεγαλόσπλαγχνος, δυσκατάπαυστος | ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν;] Verba μεγαλόσπλαγχνος——κακοῖσιν leguntur apud Stobaeum Tit. XX. p. 172=107. Forsitan fuerint qui verba τί ποτ' ἐργάσεται a sequentibus separarent.

*Ibid.* Lasc. μεγαλόσπλαχνος. Idem σπλάχνον v. 215.

*Ibid.* Lasc. B. δεηχθεῖσα κακοῖσιν. Sic ἐγείματο v. 257. Omnes Rom. Lasc. A. δηχθεῖσα κακοῖς ἡ τῆς Μηδείας.

110. Αἳ αἳ,] Rom. C. αἳ αἳ. Lasc. B. αἵ αἵ. Lasc. A. ἔ ἔ. Rom. D. E. ἔ ἔ. Rom. A. B. ἔ ἔ αἳ αἳ. Par. A. ἔ ἔ ἔ ἔ. Brunckius αἳ αἳ αἳ αἳ. Matthiae ut Aldus. Vide v. 142. Utrobique extra versum est αἳ αἳ, ut ἰὼ v. 95. Sic etiam Hipp. 208. ubi Aldus ἔ. ἔ.

110, 1. ἔπαθον τλάμων, ἔπαθον μεγάλων | ἄξι' ὀδυρμῶν.] Rom. A. B. D. E. Lasc. A. ἔπαθον τλήμων, ἔπαθον μεγάλων. Rom. C. ἔπαθον τλάμων μεγάλων. Lasc. B. ἔπαθον τλήμων μεγάλων.

114. Ἰὼ μοι μοι. ἰὼ τλῆμον.] Rom. C. τλῆμον. Rom. A. D. E. Lasc. τλήμων, quod admisit Porsonus. Matthiae τλῆμον revocavit.

115, 6. τί δέ σοι παῖδες πατρὸς ἁμπλακίας | μετέχουσι;] Porsonus diserte τί δὲ σοὶ παῖδες. Vulgata, quam revocavit Matthiae, paullo melior mihi videtur, saltem non deterior. Ordo est: τί δὲ παῖδες πατρὸς ἁπλακίας μετέχουσί σοι; Infra v. 970. Porsonus ut vulgo, Λέσποιν', ἀφεῖνται παῖδες οἵδε σοὶ φυγῆς. Phoen. 1541. πάτερ, οὐκέτι σοι τέκνα λείψουσι | φάος.

*Ibid.* Reposui ἁπλακίας, quam formam Aeschylo octies restituit Porsonus, apud Euripidem vero vulgatam non mutavit. De hac scriptura consulendus in primis Burneius in censura

Aeschyli Glasguensis (*Monthly Review*, Feb. 1796. p. 152.), quem laudat Monkius ad Ale. 247. (241.), ubi nunc recte legitur, ὅστις ἀρίστης ἁπλακὼν ἀλόχου. Metro necessarium est etiam ἁπλακὼν Iph. A. 124. ἁπλακήματα apud Aeschylum Eum. 937.

*Ibid.* Rom. E. κατέχουσι pro μετέχουσι.

116. τί τοῦσδ' ἔχθεις;] Rom. C. Lasc. A. ἔχεις.

118—129. δεινὰ τυράννων—ἀπέδωκεν.] Philosophatur nutrix more Euripideo, sed valde ἀπροσδιονύσως, ut mihi quidem videtur. Quid enim cum Medeae conditione commune habent quae de regum animo dicit? Homerica loca Il. *A.* 80. *B.* 196. allegat scholiastes.

118. δεινὰ τυράννων λήματα,] Rom. A. B. E. λήματα. Rom. C. D. λήμματα. Infra v. 174. quatuor Rom. λῆμα, solus D. λῆμμα. Apud Sophoclem El. 1426. in Aldina legitur, μηκέτ' ἐμφοβοῦ | μητρῷον ὡς σε λῆμμ' ἀτιμάσῃ ποτέ.

118, 9. καί πως | ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες,] Sic Rom. C. D. E. Sed Rom. A. B. πολλῶν κρατοῦντες. In A. supra scriptum ὰ a prima manu. Sensus est, auctore Musgravio, *pauca aliorum voluntate, pleraque sua agentes.* Pessime vertit Portus: *Levi de causa initio suscipientes*, postea *diu retinentes.* Utraque interpretatio in scholiis exstat.

121, 2. τὸ γὰρ εἰθίσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισι | κρεῖσσον ἔμοιγ' οὖν,] Brunckius τὸ δ' ἂῤ εἰθίσθαι. Vulgatam, quam revocavit Matthiae, diserte agnoscit Schol. Τὸ γὰρ εἰθίσθαι. ὁ γὰρ ἀντὶ τοῦ δέ. Ejusdem sententiae glossema in membranis reperit Brunckius. *Sed nunquam γὰρ*, ait, *significationem particulae δὲ induit.* Qua regula utens tria Sophoclis loca corrumpit, Oed. C. 985. Phil. 161. El. 950. Non raro γὰρ dici, ubi δὲ exspectasses, monet Hermannus ad Vigerum n. 543. 6. Plura ad v. 560. 101

122, 3. εἰ μὴ μεγάλως, | ὀχυρῶς τ' εἴη καταγηράσειεν.] Haec scriptura cum vulgata interpunctione sensum facit valde incommodum. Reiskius post superiora verba plene distinguendum, deinde scribendum ὀχυρῶς γ' εἴη monuit, hac scilicet significatione: *Si non licet in magnis rebus et splendida fortuna consenescere, saltem liceat tuto.* Ita fere Buchananus, qui τ' pro τοι accepisse videtur: *Si non regifico splendore, at | tuto consenuisse licebit.* Musgravius ad superiorem sententiam tantum κρεῖσσον, ad hanc vero retulit ἔμοιγ' οὖν. Deinde in annotatione ὀχυρῶς εἴη, particula non mutata sed omissa. Sed praestat ὀχυρῶς γ' εἴη, quam emendationem nulla Reiskii mentione facta sibi vindicat Brunckius, quem sequuntur Porsonus et Matthiae. Musgravio fortasse displicebat γε bis in tam brevi sententia positum. Sed hoc saepe fit, ubi utrobique

sententiae utile est. Cum ἔμοιγε, *mihi quidem*, conferantur Iasonis verba v. 529. εἰ δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις. Alterum *ye saltem* significat.

124, 5. τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν | τοὔνομα νικᾷ,] Herodotus III. 80. a Porsono allegatus: πλήθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην.

126, 7. τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' | οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς.] Rom. C. Lasc. B. ὑπερβάλλοντ', rejecto tamen τ in sequentem versum, ut fere semper in veteribus libris. Rom. A. B. D. E. Lasc. A. ὑπεοβάλλοντα.

*Ibid.* Lasc. A. recte οὐδέτα. Lasc. B. Mag. οὐθένα, quod serioris Atticismi esse monet Porsonus.

*Ibid.* Rom. C. D. E. Lasc. θνητοῖς. Rom. A. B. βροτοῖς.

*Ibid.* Haec explicant plerique quasi sensus sit, ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς, tritissima sententia. Hos ita reprehendit Brunckius: *Perperam haec vulgo accipiuntur. Subauditur verbum παρέχειν, aut simile quid. Καιρὸν non* tempus *sed* opportunitatem *significat.* Brunckium reprehendit Hermannus Dissertatione de Ellipsi et Pleonasmo p. 131. *Immo δύναται, ut saepissime, idem significat quod δυνατά ἐστιν. Et quoniam recte dicitur οὐδὲν δύνασθαι, poëta pro οὐδὲν καίριον δύναται dixit οὐδένα καιρὸν δύναται.* Ne haec quidem explicatio magnopere mihi placet. Multo minus Musgravii conjectura, *οὐδένα καιρὸν ἀδείματα θνατοῖς. Οὐδένα καιρὸν* est οὐκ εἰς καιρὸν, ἀκαίρως. Noster Hel. 486. καιρὸν γὰρ οὐδὲν ἦλθες. Id est, *intempestive enim accessisti.* Nostro loco non est *intempestive*, sed *immoderate, supra modum.* De qua significatione si quis dubitat, consulat lexicographos praecipue H. Stephanum v. *Καιρός. Δύναται* est ἰσχύει, σθένει, ut alibi passim. Verba igitur *οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς* significant *plus aequo valent mortalibus*, id est, *potentiores quam expedit reddunt homines*, ad tempus scilicet. Pergit enim poëta: μείζους δ' ἄτας, ὅτ' ἂν ὀργισθῇ | δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν.

128, 129. μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ | δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν.] Fridericus Iacobs, homo peringeniosus, sed quo vix quisquam plures infelices inutilesque conjecturas protulit, ὄγκοις ἀπέδωκεν legendum contendit Animadversionibus in Eurip. p. 25. Admisit hanc conjecturam Zimmermannus.

130. Ἕλινον φανὰν, ἕλινον δὲ βοὰν] Ita noster Alc. 107. Ἔθιγες ψυχῆς, ἔθιγες δὲ φρενῶν. In tragico sermone hospes sit necesse est, qui hac tautologia offendatur.

131. τᾶς δυστάνου Κοκλίδος.] Rom. C. E. Lasc. B. τᾶς δυστάνου. Lasc. A. τὰς δυστάνου. Rom. A. B. τῆς δυστάνου. Rom. D. τᾶς δυστήνου. Alii fortasse τῆς δυστήνου. Hujusmodi varietates non sine delectu aliquo commemorandae viden-

tur, ubi scriptura extra dubium posita est. Vix ullam Doricam formam exhibet Aldina, quam constanter servent scripti codices. Ubi Doricam in textu habent, saepe communem supra scriptam exhibent.

*Ibid.* Suspicor nonnihil post *Κολχίδος* excidisse. Non male suppleretur *οἰκτράν*. Vel, ut etiam *ταυτολογωτέρα* fiat oratio, *Ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν, | τᾶς δυστάνου Κολχίδος αὐδάν.*

152. *οὐδέ πω ἤπιος.*] Minus recte, meo quidem judicio, haec interrogative accipiunt Brunckius, Beckius, Porsonus, Matthiae.

*Ibid.* Aldus et Lasc. *ἤπιος*. Aldus etiam *ἠπίους* Tro. 53. *ἠπιώτατος* Bacch. 859. Sed *ἠπιωτέρα* Alc. 311.

152, 3. *ἀλλ' ὦ γεραιὰ, | λέξον.*] Rom. C. D. *γεραιά*. Rom. A. B. *γηραιά*. Rom. E. *γερεά*. Vide ad v. 62, *Γεραιὸς* mediam corripit apud Euripidem Herc. 115. 447. 901. et alibi passim.

*Ibid.* Reiskius *λῆξον*, *desine*. Videtur enim ei chorus Medeam alloqui. Quasi Medeae conveniat *ὦ γεραιά*.

153, 4. *ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελά | θρου βοὰν ἔκλυον.*] Schol. *Ἀμφίπυλον.*) *τὸ ἔχον δύο πύλας καὶ εἰσόδους, μίαν μὲν τὴν αὐθεντικὴν, ἑτέραν δὲ ἣν Ὅμηρος λέγει ὀρσοθύρην* (Od. X. 126.). *ἐγὼ οὖν, φησὶν, ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου οὖσα, ἤκουσα φωνῆς ἔσω τοῦ μελάθρου.* Malim, *ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου μελάθρου οὖσα, ἤκουσα φωνῆς ἔσω.* Non suam sed Medeae domum *ἀμφίπυλον μέλαθρον* appellat chorus. Quam duo ostia habere fingit poëta, quo facilius clamores ejus ad vicinarum aures perveniant. Dicitur *ἐπ' ἀμφιπύλου* eadem constructione qua *ἑστεῶτες ἐπὶ τῶν θυρέων* apud Herodotum V. 92, 3. Adjectivum *ἀμφίπυλος* non nisi ex hoc loco citant lexicographi. Sed *οἶκον ἀμφίθυρον* dixit Sophocles Phil. 159.

*Ibid.* Lasc. A. *εἴσω*. Lasc. B. recte *ἔσω*.

*Ibid.* Rom. C. E. *βοάν*. Rom. A. D. *βοήν*. Malim *γόον*. Metrum enim dactylicum esse videtur. *Βοὰν* e v. 130. facile irrepere potuit. *Γόον* in re simili habet noster Alc. 86. *Κλύει τις ἢ στεναγμὸν ἢ | χερῶν κτύπον κατὰ στέγας, | ἢ γόον, ὡς πεπραγμένων;* Suppl. 86. *Τίνων γόον τ' ἤκουσα, καὶ στέρνων κτύπον, | νεκρῶν τε θρήνους, τῶνδ' ἀνακτόρων ἄπο | ἠχοῦς ἰούσης;* El. 1210. *Σάφ' οἶδα. δι' ὀδύνας ἔβας, | ἰήϊον κλύων γόον | ματρὸς, ἅ σ' ἔτικτε.*

154, 5. *οὐδὲ συνήδομαι, | γύναι, ἄλγεσι δώματος.*] Rom. C. Lasc. B. *γύναι*. Rom. A. B. D. E. Lasc. A. *ὦ γύναι*, conjecturam meam confirmantes. Saepius *ὦ* male addunt quam omittunt librarii. Omittunt tamen haud raro. Praeter nostrum locum vide 1229. Iph. T. 856. Ion. 415. 925. 103

156. *ἐπεὶ μὴ φίλα κέκραται.*] Rom. A. ante corr. C. D. E.

Lasc. A. Par. A. B. D. Burn. Schol. *ἐπεί μοι φίλον κέκραντται.* Rom. A. a corr. *ἐπεὶ μὴ φίλον κέκραντται.* Sed *μὴ* supra scriptum habet *μοι.* Rom. B. habet *κέκραντται* primis tribus vocibus humiditate deletis. Manent accentus a correctore minio picti". Lasc. B. *ἐπεί μοι φίλα κέκραται.* Put. *ἐπεί μοι φιλία κέκραται.* Musgravius *ἐπεὶ μὴ φίλ' ἃ κέκραντται.* Brunckius *ἐπεὶ μὴ φίλια κέκραντται.* Dixisset Euripides, ni fallor, *ἐπεὶ οὐ φίλια κέκραντται.* Reponendum igitur *ἐπεί μοι*, in quo consentiunt omnes fere codices. Deinde non male Put. *φιλία κέκραται.* Comparat Porsonus *φιλίας ἀναπίρνασθαι* apud Euripidem Hipp. 254. *φιλίας συνεκρήθησαν* et *φιλίην συνεκεράσαντο* apud Herodotum IV. 152. VII. 151. *νεοκρᾶτα φίλον* apud Aeschylum Cho. 342. Sed plerique libri *κέκραντται*, unde librariorum errore fluxisse videtur *κέκραται*, ut *πέφαται* pro *πέφανται* v. 752. Itaque scripsi, *ἐπεί μοι φίλα κέκραντται.* Non minus bene dicitur *φιλίαν κραίνειν* quam *ἔριν κραίνειν*, quod legitur apud nostrum Andr. 478.

137, 8. *Οὐκ εἰσι δόμοι. φροῦδα ταὦ ἤδη.* | *ὁ μὲν γὰρ ἔχει δῶμα τυράννων.*] Rom. C. *δῶμα.* Rom. A. B. D. E. Lasc. Cott. aliique proculdubio plerique, *λέκτρα*, quod lectore non monito admisit Musgravius, quem sequuntur Brunckius, Porsonus, Matthiae. Beckius vero *δῶμα* revocavit. In superioribus verbis, quae metro adversantur, ad conjecturam omnes confugiunt. Scaliger *ἡ μὲν γὰρ ἔχει*, quae scriptura sententiam pessumdat, neque metro satisfacit. Musgravius in annotatione *τὸν μὲν γὰρ ἔχει*, quod receperunt Brunckius et Beckius. Porsonus *ὁ μὲν γὰρ ἔχει*, ut vulgo, sed *φροῦδα γὰρ ἤδη ταὦ* pro *φροῦδα ταὦ ἤδη.* Citat scholiastae verba: *ἀπὸ δὲ ἀρσενικοῦ εἰς οὐδέτερον μετέστη. φροῦδα γὰρ τάδε. τὰ οἰκήματα λέγει.* Distinguendum: *φροῦδα γὰρ τάδε, τὰ οἰκήματα λέγει.* Ipsius grammatici est *γὰρ*, ut alibi passim. Ita ad v. 56. *οὐρανὸν γὰρ νῦν λέγει τὸν ἀέρα.* Ad v. 67. *πεσσοὺς γὰρ νῦν τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν.* Ad v. 119. *τὸ γὰρ πολλὰ, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολύ.* Ad v. 126. *τὸ γὰρ λῷστα, ἀντὶ τοῦ λῷστον.* Ad v. 172. *ὀμφὴν γὰρ νῦν τὴν φωνὴν λέγει.* Ad v. 749. *εἰς ὁδὸν γὰρ, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὴν τῆς νίκης ἀρχὴν ἐληλύθαμεν.* Ad v. 880. *τὸ γὰρ παρεμπολᾶν ἀντὶ τοῦ περδαίνειν τίθεται.* Haec exempla satis ostendunt Porsoni conjecturam *φροῦδα γὰρ ἤδη τάδε* scholiastae auctoritate minime niti. [Addit scholiasten ad Aeschyli Cho. 320. *Προσθοδόμοις.*) *τοῖς πρότερον ἐπηγμένοις δόμοις. νῦν γὰρ οὐκ εἰσὶ δόμοι. φροῦδα γὰρ τάδε ἤδη. Vides nostrum versum*, inquit, *sed ita citatum, ut ad hunc usque diem inter Scholiastae verba latuerit.* Hujus quidem grammatici testimonium paullo plus ponderis habet. Sed animadvertendum, eum non *φροῦδα γὰρ ἤδη τάδε* exhibere, sed *φροῦδα γὰρ τάδε ἤδη*, quod nihil aliud est quam

γὰρ explicationis caussa vulgatae scripturae additum. Quo errore nullus est frequentior. Vide ad v. 248. 897. Simili modo γὰρ addit Aldus Phoen. 962. Bacch. 317. 477. Diphilus apud Stobaeum Tit. XCV. p. 514=585. *Πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν εὐτυχέστερον.* | *τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ.* Delendum γὰρ, monente Hermanno Elem. Doctr. Metr. p. 135. Frustra igitur Porsonus *φροῦδα γὰρ ἤδη τάδε.* [*Ex Addendis.*] Matthiae, nescio quo auctore, *φροῦδα ταδ' ἤδη.* | *χὠ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων.* Malim *καὶ ὁ*, sine crasi. Vide nostrum Hipp. 246. Iph. A. 5. 15. El. 1317. Sed particulas *καὶ μὲν γὰρ* ita conjunctas in tragicorum scriptis non inveni. Ceteris conjecturis accedat mea, cui non multum ipse tribuo, *καὶ δὴ γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων.* Duo verba *ὁ μὲν* ex altero membro supplenda, ut apud Homerum Il. X. 157. *τῇ ῥα παρεθρῴσκων, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων.* Hanc ellipsin Atticis familiarem fuisse ostendunt Porsonus ad Or. 891. Matthiae Gramm. Gr. §. 288. d. maxime vero Schaeferus ad Bosium p. 187=204. Noster Herc. 634. *φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν,* | *οἵ τ' οὐδὲν ὄντες χρήμασιν δὲ διάφοροι.* | *ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. πᾶν δὲ φιλότεκνον γένος.* Hoc exemplum attulit Schaeferus, qui v. 570. 1036. ejusdem fabulae praetermisit. Ita intelligendus Aristophanes Eq. 597. *πριάμενος πρόβατα, οἱ δὲ καὶ σκόροδα καὶ πρόμμυα.* Particulae *καὶ δὴ γὰρ* conjunctae leguntur infra v. 1076. *καὶ δὴ γὰρ ἄλις βίοτόν θ' εὕρον.* Hanc conjecturam dignam quae cum lectore communicetur existimo, indignam vero quae in textum admittatur. Adoptavi igitur Musgravii conjecturam *τὸν μὲν γὰρ ἔχει. Sed rectius, opinor*, inquit Porsonus, *servabitur nominativus, ut ὁ μὲν et ἡ δὲ accuratius opponantur.* Mutatio casus, si opus esset, sexcentis exemplis defendi posset, e quibus unum tantum afferam. Noster Or. 1402. *τῷ μὲν ὁ στρατηλάτας πατὴρ ἐκλῄζετο.* | *ὁ δὲ παῖς Στροφίου, κακόμητις ἀνήρ.* Quod addit Porsonus, Jasonem rectius dici *ἔχειν* quam *ἔχεσθαι*, fortasse verum est, si legatur *λέκτρα*. Sin autem legatur *δῶμα*, Creontis regia rectius Jasonem habere dicitur, quam ab eo haberi. Noster Herc. 614. *ΑΜ. Ἦ καὶ κατ' οἴκους ἐστὶν Εὐρυσθέως ὁ θήρ;* *ΗΡ. Χθονίας νιν ἄλσος Ἑρμιόν τ' ἔχει πόλις.* Jasonem in Creontis regia habitasse ostendunt ejus verba v. 950. *δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων;* Revocavi igitur *δῶμα*, licet plerique libri *λέκτρα* exhibeant. In hac saltem fabula Aldinus liber *πολλῶν ἀνταξίως ἄλλων* est. Quis enim nescit quoties veram scripturam contra omnes fere codices et ed. Lascarinam exhibeat? Exempla sunto *ἔρος* v. 150. *φίλων* v. 241. *ἀμείνων* v. 467. *σύγγνωσθ' ἂν ἦν σοι* v. 478. *Ἑλληνίδων* v. 496. *ἴσμεν* v. 658. *δεινότατον* v. 641. *γονάτων τε τῶν σῶν* v. 693. *ὧν ἀναγίλλῃ* v. 704. *τέ μοι ζῆν κέρδος* v. 780. *σὸν σπέρμα* v. 798.

παρεμπολῶντι γ'. v. 880. τί δῆτα λίαν v. 899. θύμασιν v. 1022. μοιρίαν v. 1196. δόμους v. 1203.

139, 40. ἦδ' ἐν θαλάμοις τάκει βιοτὰν | δέσποινα,] Aldus ἧδ'. Lasc. ἢ δ'. Primus H. Stephanus ᾗ δ'. Hanc varietatem plerumque silentio praeteribo.

*Ibid.* Scripsit Euripides, ni fallor, τήκει βίοτον. Dorica τάκει et βιοτὰν nata videntur e v. 145. 156. Brunckius in Par. A. reperisse videtur τήκει βιοτάν. Romani τάκει βιοτὰν ut vulgo.

140, 1. φίλων οὐδενὸς οὐδέν | παραθαλπομένα φρένα μύθοις.] Rom. C. D. E. παραθαλπομένα. Rom. A. B. παραθαλπομένη.

142. Αἴ αἰ,] Lasc. A. αἴ αἴ. Lasc. B. αἴ. αἴ. τάλαινα.

142, 3. διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία | βαίη.] Rom. C. D. E. κεφαλᾶς. Rom. A. B. Schol. ad v. 166. κεφαλῆς. [Hierocles in Aurea Carmina p. 126. ὅρα Μήδειαν τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὰ καθ' αὑτὴν ὀδυρομένην. ἥτις ἀβουλήτως τοὺς οἰκειοτάτους προδοῦσα δι' ἔρωτα ἔκτοπον ἀνδρὶ ξένῳ ἑαυτὴν ἐνεχείρισεν, ἔπειτα ὀλιγωρουμένη ὑπὸ τούτου, ἀφόρητα πάσχειν οἴεται, καὶ ἐκ τῆς οἰήσεως ταύτης ἀκούεις οἷα βοᾷ· διά μου κεφαλῆς φλὸξ οὐρανία βαίη. καὶ πρόειδεν εἰς ἔργα παρανομα. Hoc attulit Gaisfordius. *Ex Addendis.*]

143. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;] Rom. D. τί δέον μοι. Aeschylus Prom. 746. Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει | ἔρριψ' ἐμαυτὸν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας; Vide etiam nostrae fabulae v. 780.

144, 5. φεῦ φεῦ, θανάτῳ καταλυσαίμαν | βιοτὰν στυγερὰν προλιποῦσα.] Euripides Fragm. Inc. cx. εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν καλόν, | εἰς ἀρετὰν καταλυσαμένους βίον. Observent tirones, βιοτὰν tam a καταλυσαίμαν quam a προλιποῦσα regi. Quae constructio frequens apud tragicos.

146. Ἄϊες, ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς,] Hesychius: Ἄϊες. ἐπύθου. Nostrum locum citant interpretes. Potuissent et Hipp. 362. Ἄϊες ὤ, ἔκλυες ὤ, ἀνάκουστα τᾶς | τυράννου πάθεα μέλεα θρεομένας.

*Ibid.* Schol. τὸ ἄϊες ὁ Δίδυμος ὡς πρὸς τὰς τοῦ χοροῦ φησὶ λέγεσθαι, ἠκούσατε, καὶ οὐ πρὸς τὸν Δία. ἐν ἤθει οὖν τὸ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς. Didymi sententia est, verba ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς esse meram exclamationem, ut ἰὴ ἰὲ Δάλιε παιὰν apud Sophoclem Oed. T. 154. Huic sententiae magnam vim addit noster Or. 1495. ἃ δ' ἐκ θαλάμων ἐγένετο | διαπρὸ δωμάτων ἄφαντος | (ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς καὶ νύξ) | ἤτοι φαρμάκοισιν, ἢ μαγων τέ | χναισιν, ἢ θεῶν κλοπαῖς.

147, 8. ἰαχὰν, οἵαν ἃ δύστανος | μέλπει νύμφα;] Superiorem versum Medeae tribuebat Apollodorus Tarsensis. De qua re vide ad v. 166. Hinc ἰαχὰν ἄϊον, τὰν δύστανος eum legisse suspicatur Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. p. 48. Ego potius

credam eum *οἵαν ἰαχὰν* duabus vocibus transpositis legisse, nisi forte putabat *ἰαχὰν οἵαν* idem significare.

*Ibid.* Versus 147. antistrophicus est 171. *ἔλθοι, μύθων τ' ἀὐδαθέντων.* Si certum esset *ἰαχὰν* mediam apud Atticos semper producere, facile reponi posset *ἀχὰν*, ut monui ad Heracl. 752. De voce *ἠχὴ* consulendus instar omnium Piersonus ad Moerin p. 175. Dorica forma *ἀχὰν* restituenda Aeschylo Theb. 921. *Δώμων μᾶλ' ἀχὰν ἐς οὓς προπέμπει | δαικτὴρ γόος.* Librî *ἀχώ, ἀχὴν, ἀχά.* Omnes etiam *αὐτοὺς* pro *οὓς.* Sed *ἰαχὰν* media correpta defendit noster El. 707. *κάρυξ ἰάχει βάθροις.* Cui versui respondet 721. *πείσας ἄλοχον φίλαν.* Ubi gratum mihi fecisset Euripides, si *ἄκοιτιν* scripsisset. Verum in hac voce, ut in *φάρος* aliisque quibusdam, nonnihil licentiae poëtis Atticis concedendum videtur. Participium *διαλακήσασα* tertiam producit apud Aristophanem Nub. 409. Subjunctivus *λακήσῃς* primam corripit Pac. 381. a)

149—52. *τίς σοι ποτὲ—λίσσου.*] Idem ordo versiculorum v. 425—8. Vide Gaisfordium ad Hephaestionem p. 317.

149, 50. *τίς σοι ποτὲ τᾶς ἁπλήστου | κοίτας ἔρος, ὦ μαιαία,*] Omnes Rom. Lasc. A. Par. A. *τί, quare,* quod a Reiskio quoque ex conjectura propositum admisit Brunckius. In Rom. A. gl. a prima manu *διὰ τί*, var. lect. a diversa *τίς*. Schol. in lem- 106
mate *τί* habet, in interpretatione *τίς*. Lasc. B. etiam *τίς*. Hoc revocavit Matthiae, cui assentior. Simili errore libri nonnulli *πρό σ' ἀπέχθεσθαι* v. 285. Sententiae quidem nihil interest, sed paullo exquisitius videtur *τίς*. Musgravii conjectura *τίς σ' ὅς ποτε* nihil valet. Ceterum *τί τοι*, quod Porsono tribuit Matthiae, vitium typographicum est edd. Lipsiensium.

*Ibid.* Rom. C. *ἀπλήστου.* Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. *ἀπλάστου*, quod admisit Brunckius. In Rom. B. supra scriptum *ή*. Nescio an nimis Doricum sit *ἀπλάστου*. Schol. *ἀπλήστου* habet, et *ἀκορέστου* explicat. Sed fortasse scripsit Euripides *τᾶς ἀπλάστου κοίτας*, eodem sensu quo *τᾶς ἀνάνδρου κοίτας* v.

a) *Δραχμή* priori producta quinquies apud comicos reperitur. I. Aristophanes Vesp. 689. *αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμὴν, πᾶν ὑπαρος ἔλθῃ.* II. Pac. 1200. *νυνὶ δὲ πεντήποντα δραχμῶν ἁμπολῶ.* Hanc scripturam temere ab aliis sollicitatam ipse etiam corrigendo corrupi ad Ach. 178. p. 120. III. Plut. 1050. *Ὁπότε προσίοιμ' ἐγὼ δραχμὰς αἰτῶσαν.* Male Reisigius p. 112. *ὁπότε προσίοιμ' ἐγὼ δραχμαῖσιν αἰτῶσαν.* Vix sanum mihi videtur quod vulgo legitur Lys. 761. *Ἐγὼ δ' ὑπὸ τῶν γλαυκῶν γε τάλαις' ἀπόλλυμαι.* IV. Philippides apud Athenaeum p. 230. B. *καὶ κάπτουσιν χαλκῶν τριῶν ἐν τρυβλίῳ | ἄγοντες πεντήποντα δραχμὰς ἀργυρᾶ.* V. Antiphanes p. 299. E. *τούτων δὲ δραχμὰς τεττάρων τοῦ δώδεκα | ἢ πλέον ἀναλώσασιν ὀσφρέσθαι μόνον.* Si unum tantum de his quinque exemplis exstaret, quis vulgatam scripturam defendere auderet?

423, Ἄπλατον proprie est id cui nemo πελάζει, πλάθει sive πλησιάζει. Quae verba cum eorum derivatis frequenter de conjugio usurpantur. Aeschylus Prom. 896. μηδὲ πλαθείην γαμέτᾳ τινὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ. Sophocles Trach. 17. πρὶν τῆσδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε. Idem Phil. 677. Ixionem appellat τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διός. Euripides Andr. 24. κἀγὼ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον, | πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδί, δεσπότῃ δ' ἐμῷ. Hinc πλᾶτις, uxor, apud Aristophanem Ach. 132. Ubi Schol. Καὶ τῇ πλάτιδι. τῇ γυναικί, παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην. Est autem solenne mendum ἄπληστος aut ἄπλαστος pro ἄπλατος. Incertus Rhes. 309. Στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐν ψήφου λόγῳ | θέσθαι δυναίμην, ὡς ἄπλαστον ἦν ἰδεῖν. Recte ἄπλατον Piersonus ad Moerin p. 25. quem vide. Aeschylus Prom. 370. τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον | θερμοῖς ἀπλήστου βέλεσι πυρπνόου ζάλης, | καίπερ κεραυνῷ Ζηνὸς ἠνθρακωμένος. Hic ἀπλάτου reponunt viri docti ex Pindaro Pyth. I. 40. τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἀγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί. Legendum suspicor apud eundem tragicum Eum. 53. ῥέγκουσι δ' οὐ πλατοῖσι φυσιάμασι. Vulgo οὐ πλαστοῖσι, non fictis, sensu minus commodo.

*Ibid.* Omnes Rom. praeter E. qui versum omittit, item Lasc. ἔρως. Sic etiam edd. H. Stephani, P. Stephani et Barnesii. Ceterae quas inspexi ante Barnesium, necnon Musgravius, ἔρος habent. Brunckius et Beckius ἔρως. Porsonus et Matthiae iterum ἔρος. Sophocles El. 197. δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρως ὁ πτείνας. Accusativum ἔρον saepius apud Euripidem extare monet Valckenarius ad Hipp. 449. Plura dabunt viri docti ad Hesychium v. Ἔρον, Monkius ad Hipp. 337.

151. σπεύσεις θανάτου τελευτάν;] *Malim* σπεύδεις, inquit Musgravius. Omnes Rom. σπεύσεις, sed A. supra scriptum habet δ. Schol. τὸ δὲ σπεύσεις θανάτου τελευτάν, ἀντὶ τοῦ ἐπείξει καὶ ἐμβαλεῖ σοι θάνατον. Idem paullo ante, ὃς σπεύδεις θάνατον ἐπιπέμψαι.

*Ibid.* Barnesius θανάτοιο. De qua scriptura vide quae dicturus sum ad v. 428.

152. *Μηδὲν τόδε λίσσου.*] *Μηδὲν* pro μή. Comparat Musgravius Aristophanem Ran. 437. *Μηδὲν μακρὰν ἀπέλθῃς.* [Aptius exemplum praebet noster Andr. 88. *Οὐ δῆτα. μηδὲν τοῦτ' ὀνειδίσῃς ἐμοί. Ex Addendis.*]

153. *εἰ δὲ σὸς πόσις καινὰ λέχη σεβίζει,*] Rom. A. B. D. E. εἰ 107 δὲ σὸς πόσις. Rom. C. εἰ δὲ σοὶ πόσις. Quae scriptura speciem tantum variae lectionis habet. Scripsisset enim librarius εἰ δέ σοι πόσις, si vulgatam de industria mutasset.

*Ibid.* Lasc. A. καινὰ λέχη σεβίζει ut vulgo. Lasc. B. καινὰ σεβίζει λέχη.

154. *κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου.*] Sic Rom. A. B. C. E. Lasc. A. Eustathius p. 633, 43. Quam scripturam agnoscit scholiastes, qui male interpretatur *ἐκείνῳ τόδε τὸ ἁμάρτημα μὴ λογίζου*, deinde melius *μὴ χαλέπαινε*. Lasc. B. *κείνῳ τόδε μὴ χαρᾶσσου*. Rom. D. *κείνῳ τόδε μοι χαράσσου*. Par. A. *κείνῳ τόδε χαράσσου* cum gl. *λογίζου*. Rectius esset *ὀργίζου*. Hesychius a Musgravio allegatus: *Κεχαραγμένος, ὠργισμένος*. Herodotus VII. 1. *καὶ πρὸν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι διὰ τὴν ἐς Σάρδις ἐσβολήν*. Sed vix aequum viris doctis videtur, a Medea exigere ut ne omnino irascatur. Heathius igitur *κείνῳ τόδε μὲν χαράσσου* reponit. Cujus scripturae vestigia apud schol. ad v. 152. exstare putat. Musgravius in annotatione *δεινῶς τοδὶ* (pro *τόδε* metri caussa) *μὴ χαράσσου*. Edidit Brunckius, quem sequitur Beckius, *κείνῳ λίαν μὴ χαράσσου*. Porsonus vulgatam revocavit, in annotatione vero corrigit *κείνῳ τόσον μὴ χαράσσου*, quod admisit Zimmermannus. Matthiae *τόδε* ut vulgo. Reete. Verborum *τόδε μὴ χαράσσου* sensus *μὴ οὕτως ὀργίζου*, is ipse scilicet quem praebent virorum doctorum conjecturae. De hac pronominis significatione vide ad v. 49. 672. 875.

155. *Ζεύς σοι τάδε συνδικάσει.*] Rom. C. *τάδε*. Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. *τόδε*, quod admisit Brunckius. Male, cum tantulo intervallo praecedat alterum *τόδε*. Vide ad v. 72.

*Ibid.* Lasc. B. *συνδικάσει*. Omnes Rom. Lasc. A. Par. A. *συνδικήσει*, ut legendum censet Musgravius. Diversa sunt *συνδικάζειν* et *συνδικεῖν*, ut *συνδικαστὴς* et *σύνδικος*. Hesychius: *Σύνδικοι. οἱ ἐν ταῖς δίκαις βοηθοί* o). Aeschylus Eum. 579. a Musgravio allegatus: *Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον* (*ἔστι γὰρ δόμων | ἐκτὸς ὅδ' ἀνὴρ, καὶ δόμων ἐφέστιος | ἐμῶν· φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος*) | *καὶ συνδικήσων αὐτός* p). Aeschines in Timarchum p. 263. B. *ἐάν τις Ἀθηναίων, φησὶν, ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι,——μηδ' ἱερωσύνην ἱερώσασθαι,——μηδὲ συνδικησάτω, φησὶ, τῷ δημοσίῳ, μηδὲ αἰχμάτω ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε*. Schol. ad nostrum locum: *σὺν*

o) Hoc sensu Jesus Christus humani generis apud patrem *παράκλητος* dicitur a Joanne Ep. I. ii. 1. Eadem significatione usurpatur *συνήγορος* a scriptoribus recentioribus. Hesychius: *Συνήγορος. προσπάτης*. Recte quidem pro illorum temporum consuetudine. Sed antiquitus *συνηγόρου* officium erat non reum sed accusatorem (*κατήγορον*) consilio suo et eloquentia adjuvare. Quos defensores secum adducebat reus, *σύνδικοι* appellabantur. Vide ad Aristophanis Ach. 685.

p) Malim, *ἔστι γὰρ δόμων | ἐκτὸς ὅδ' ἀνὴρ, καὶ δόμων ἐφέστιος | ἐμῶν*. Bis tantulo intervallo *δόμων* usurpare non potuit poëta. Deinde rectius fortasse *αὐτὸς* quam *αὐτός*. Vide ad Sophoclis Oed. T. 458.



BIBLIOTHECA OXFORD

*δίκη δὲ, ἀντὶ τοῦ σὺν τῷ δικαίῳ ἐπεξελεύσεται.* Male scriptum, neque recte explicatum. Brunckius *συνδικάσει* defendit, imo metro necessarium esse ait. Versus antistrophici 179. men-
103 sura in vulgatis libris est – – ⏑⏑ – –, hujus e Brunckii sententia – – ⏑⏑ – ⏑⏑ –. Haec non optime congruunt.

156. *μὴ λίαν τάκου.*] Sophocles El. 1171. *Θνητοῦ πέφυκας πατρὸς, Ἠλέκτρα, φρόνει· | θνητοῦ δ' Ὀρέστης. ὥστε μὴ λίαν στένε* q). Euripides Alc. 868. *Γυνὴ θυραῖος ἡ θανοῦσα. μὴ λίαν | πένθει. δόμων γὰρ ζῶσι τῶνδε δεσπόται.* Andr. 1234. *καὶ πρῶτα μέν σοι τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς | μηδὲν τι λίαν δυσφορεῖν ἐπήνεσα.* [Hel. 1435. *Μὴ νυν ἄγαν σὸν δάκρυσιν ἐκτήξῃς χρόα. Ex Addendis.*] Aristophanes Nub. 415. *μήτε φυγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖ.* Ibid. 714. *Μή νυν βαρέως ἄλγει λίαν.* His exemplis utar ad v. 899.

*Ibid. ὀδυρομένα τὸν εὐνέταν.*] Musgravius in annotatione *δυρομένα*, quod admisit Brunckius, apposito tamen elisionis signo, quod delevit Porsonus. Hunc vide ad Hec. 728. Ita se res habet. Verbum *ὀδύρομαι* metro vel numeris nocet apud Aeschylum Prom. 271. Pers. 584. Sophoclem Oed. T. 1218. Euripidem Hec. 740. Med. 156. Andr. 597. Utraque forma aeque convenit apud Aeschylum Prom. 643. Theb. 662. Sophoclem Oed. C. 1439. Ant. 693. Aj. 327. 385. Euripidem Suppl. 770. Iph. T. 482. Apud Euripidem vero Phoen. 1750. ex necessitate legitur, *Ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι;* Verbalia *ὀδυρμὸς*, *ὄδυρμα* et similia nunquam o amittere videntur.

*Ibid.* Brunckius metri caussa *εὐνήταν* scripsit. Quae forma licet analogiae non repugnet, non magis usurpata est quam *ἱκήτης*, *γαμήτης*, *εὐεργήτης*, *κυνηγήτης*. Quamquam masculinum *εὐνήτης* a feminino *εὐνήτρια* defendi videtur, quod exstat apud Sophoclem Trach. 294. Quod si quis a masculino *εὐνέτης* femininum *εὐνέτρια* derivari censeat, sciat omnia hujus formae feminina apud Atticos antepenultimam longam habere, ut *θεάτρια*, *ποιήτρια*, *συκοφάντρια*, *ψάλτρια* r). Non Attice locutus est Joannes Chrysostomus T. XI. p. 115. a Bastio ad Gregorium p. 260. citatus, cum *δραπέτριαν* dixit. Cratinus fabulam suam *Δραπέτιδας* inscripsit. Sic non *προδότριαν* sed

q) Fingamus apud Sophoclem legi, *θνητοῦ πέφυκας πατρὸς, Οἰδίπους, φρόνει.* Interpretes certatim *πεφυκὼς* reponerent, comparantes Ant. 996. *Φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.* Hoc tironibus argumento sit, elegantiorem quam appellant lectionem non semper esse veriorem.

r) A feminino *psaltria* novum masculinum *psaltrium*, ut *poëtrium*, *sycophantrium*, effinxit Famianus Strada Bello Belgico, propterea a Scioppio derisus Infamia Famiani p. 81.

πρόδοτον dixerunt veteres [a]). Ceterum nostro loco εὐνέταν revocavit Matthiae. In hoc metro epitritus primus et dijambus satis bene sibi respondent. Noster Phoen. 1302. πάτερον ἄρα τέκνων ὀλόμενον ἰαχήσω; Ibid. 1316. ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος ἔνεκ' Ἐριννύων. Vide etiam Cycl. 500. 508. 516.

158. λεύσσεθ' ἃ πάσχω,] Ita Rom. C. recte. Rom. A. B. D. Lasc. A. λεῦσεθ'. Rom. E. λεύσεσθ'. Lasc. B. λεύσασθ'. Ambiguum est, utrum λεύσσετε indicativus sit an imperativus. Eadem ambiguitate laborat Sophocles Ant. 940. λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι, | τὴν βασιλίδα τὴν μούνην λοιπὴν, | οἷα πρὸς 109
οἵων ἀνδρῶν πάσχω, | τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα. Utraque interpretatio bona. Aeschylus Prom. 92. ἴδεσθέ μ' οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός. Ibid. 1092. ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω. Noster Hec. 1114. Ὦ φίλται', ἠσθόμην γάρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν | φωνῆς ἀκούσας, εἰσορᾷς ἃ πάσχομεν; Phoen. 614. Ὦ πάτερ, κλύεις ἃ πάσχω; Si λεύσσετε indicativus est, altera quaestio oritur, utrum sententia interrogativa sit, necne. Edd. pleraeque notam interrogationis habent hic et ad verba ὁρᾷς ἃ πάσχεις v. 398.

158, 9, 60. μεγάλοις ὅρκοις | ἐνθησαμένα τὸν κατέρατον | πόσιν;] Communem formam ἐνθησαμένη e solo Rom. C. enotavi.

160, 1. ὃν ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐσίδοιμ' | αὐτοῖς μελάθροις διαπωλουμένους,] Rom. B. C. D. E. αὐτοῖς μελάθροις. Rom. A. αὐτοῖς τοῖς μελάθροις. Grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 466. Αὐτοῖς τοῖς ταλάροις ἐσθίειν τὸν τυρόν. σύντραφον τοῖς Ἀθηναίοις ἄνευ τῆς σὺν προθέσεως λέγειν αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις, αὐτοῖς τοῖς ταλάροις. Alius ibid. p. 150. Αὐτῇ νηΐ, αὐτοῖς ἵπποις, αὐτοῖς ἀνθρώποις. ταῦτα χωρὶς ἄρθρου. Neutra regula semper vera est. Praepositionem addit Euripides Ion. 31. λαβὼν βρέφος νεογνὸν ἐκ κοίλης πέτρας, | αὐτῷ ξὺν ἄγγει, σπαργάνοισί θ', οἷς ἔχει, | ἔνεγκ' ἀδελφῷ (malim ἔνεγκε Δελφῶν) ταμὰ πρὸς χρηστήρια, | καὶ θὲς πρὸς αὐταῖς εἰσόδοις δόμων ἐμῶν. Sed hoc raro fit. Longe saepius additur articulus. Aristophanes αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξι dixit Eq. 845. αὐτοῖσι τοῖσι καινθάροις Vesp. 1440. αὐτοῖς τοῖς ταλάροις Ran. 568. αὐτοῖς τροχοῖς τοῖς σοῖσι Nub. 1305. Sic etiam Eupolis apud Schol. ad Aristophanis Av. 1568. ταδὶ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας | αὐταῖσι ταῖς πήμασιν ἀκολουθοῦσί μοι. Plura exempla dedit Schaeferus ad Bosium p. 467=464. Nostro quidem loco articulus quem addit Rom. A. metro repugnat. Verba αὐτοῖς μελάθροις Anglice

a) Hesychius: Ἀναγίτρια. ἡ ταῖς τιτθούσαις ὑπηρετοῦσα γυνή, παρὰ Ταραντίνοις οὕτως λεγομένη, ἣν Δίτταν καλοῦσιν. Vide interpretes ad hanc gl. et Ἀγίτρια et Ἀναγωγεῖς. Vera scriptura fortasse est Ἀναγίστρια.

reddi possunt *house and all.* Frequentissimus est hic pronominis αὐτὸς usus, quando alicujus hominis aut rei interitus aut pernicies significatur. Aeschylus Prom. 219. ἐμαῖς δὲ βουλαῖς, *Ταρτάρου μελαμβαθὴς | κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον, | αὐτοῖσι συμμάχοισι.* Ibid. 1045. *χθόνα δ' ἐκ πυθμένων | αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα πραδαίνει.* Noster Or 1515. *Οὐ γὰρ, ἥτις Ἑλλάδ' αὐτοῖς Φρυξὶ διελυμήνατο;* [Hipp. 1540. *τοὺς γε μὴν | κακοὺς | αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν. Ex Addendis.*] Suppl. 925. *Καὶ μὴν τὸν Οἰκλέους γε γενναῖον τόκον | θεοὶ, ζῶντ' ἁναρπάσαντες εἰς μυχοὺς χθονὸς | αὐτοῖς τεθρίπποις, εὐλογοῦσιν ἐμφανῶς.* Iph. 554. *ἐλθόντες αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις | ξυναρπάσουσι* (malim ξυναρπάσοντες) *καὶ κατασκάψουσι γῆν.* Cycl. 700. *Οὐ δῆτ', ἐπεί σε, τῆσδ' ἀπορρήξας πέτρας, | αὐτοῖσι συννάυταισι συντρίψω βαλών.* Herc. 1306. *ἄνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αὐτοῖσιν βάθροις | ἄνω κάτω στρέψασα.* Aristophanes Thesm. 824. *τοῖς δ' ἡμετέροις ἀνδράσι τούτοις | ἀπόλωλεν μὲν πολλοῖς ὁ κανὼν | ἐκ τῶν οἴκων αὐτῇ λόγχῃ.* Ran. 478. *τῷ νεφρῷ δέ σου | αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένῳ | διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι.* Ibid. 566. *Τί δαί; τὸ πολὺ τάριχος οὐκ εἰρηκά πω, | μὰ Δί', σὺδὲ τὸν τυρόν γε τὸν χλωρόν, τάλαν, | ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς πελάροις κατήσθιε.* Ex hac significatione oritur, quod hic loquendi modus in imprecationibus frequentatur, ut nostro loco. Aristophanes Eq. 2. *κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν | αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.* Ibid. 6. *Κάκιστα δῆθ' οὗτός γε πρώτιστος Παφλαγόνων | αὐταῖς διαβολαῖς.* Pac. 1287. *Κάκιστ' ἀπόλοιο, παιδάριον, αὐταῖς μάχαις.* Av. 1257. *Διαῤῥαγείης, ὦ μέλ', αὐτοῖς ῥήμασιν.* Ran. 228. *Ἀλλ' ἐξύλοισθ' αὐτῷ κοάξ. | οὐδὲν γὰρ ἔσθ' ἄλλ' ἢ κοάξ.* Hinc legendum suspicor Vesp. 1449. *Οἴμ' ὡς ἀπολῶ σ' αὐτοῖσι τοῖσι κανθάροις.* Vulgo *οἴμ' ὡς ἀπολεῖς.* Dicitur *οἴμ' ὡς τεθνήξεις* Ach. 590. [Plura de hac constructione Monkius ad Hipp. 1184. (1189.) *αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα. Ex Addendis.*]

162. *οἵ γε μὲ πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν.*] Rom. D. *πρόσθε.* Contrario vitio Rom. A. B. *πρόσθεν* v. 188. Ceteri Rom. utrobique recte. [Vide an legendum apud Euripidem Ion. 972. *Τὸν πρόσθεν ἀδικήσαντά σ' ἀποτίνου θεόν.* Quamquam vulgatam *πρῶτον* non improbo. *Ex Addendis.*]

163, 4. *ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην | αἰσχρῶς.*] Hesychius: *Ἀπενάσθη. ἀπῳκίσθη.* Idem: *Ἀπενάσσατο. ἀπῴκησεν.* Scribendum *ἀπῴκισεν*, modo Attica glossa sit. Apud Homerum, Hesiodum ceterosque veteres, qui activam formam *ἔνασσε* usurpant, media *ἐνάσσατο* et passiva *ἐνάσθη* idem significant, ut *χρωσάμενος* et *χρωσθείς.* Attici vero *ἐνάσατο* pro *ἔνασσε* usurpant. Sic *ἀπενάσσατο* apud Euripidem Iph. T. 1259. *κατανασσαμένη* apud Aeschylum Eum. 952. Passivum *ἀπενάσθη*

habet noster etiam Iph. T. 175. κατενάσθην Phoen. 215. κατέναθεν Aristophanes Vesp. 660. Sic enim Invernizius pro κατένασθε.

164. τὸν ἐμὸν κτείνασα κάσιν.] Schol. Τιμαχίδας ἐπὶ τὰ πρόσχεσα πᾶσιν ἐνεχθεὶς, τὸν Ἄψυρτον φησὶ λέγειν αὐτὴν, τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνόματι. ὁ δὲ Φερεκύδης (p. 122.) διὰ τοῦ ξ ὀνομάζει αὐτόν. Δικαιογένης δὲ ἐν τῇ Μηδείᾳ Μεταπόντιον αὐτὸν ὀνομάζει. ἀνηρῆσθαι δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ὑπὸ Μηδείας, οἱ δὲ ὑπὸ Ἀργοναυτῶν. Αἴων δὲ ὁ βήτωρ οὐ σφαγῆναι ἀλλὰ διαφθαρῆναι αὐτὸν φαρμάκοις. Ex hoc scholio discimus Medeae personam in Euripidis Aegeo fuisse, ut jam monui p. 66. Deinde praeter hujus grammatici testimonium, nullam Dicaeogenis Medeae mentionem repererunt Fabricius et Harlesius Bibl. Gr. T. II. p. 295.

165. Κλύεθ' οἷα λέγει,] Menelai, ni fallor, in Euripidis Telepho verba fuerunt, Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει, quibus utitur Aristophanes Eq. 810. Plut. 601. Quod ait scholiastes ad Eq. 806. verba ὦ πόλις Ἄργους e Telepho sumta esse, e Medea vero κλύεθ' οἷα λέγει, minus recte dictum videtur.

165, 6. κἀπιβοᾶται | Θέμιν εὐκταίαν,] Reiskius Θέμιν εὐναίαν, *justitiam conjugalem.* Ruhnkenius apud Piersonum ad Moerin p. 157. Θέμιν Ἰχναίαν. Sed πατρὸς εὐκταίαν Ἐριννὺν dixit Aeschylus Theb. 729. monente Musgravio.

166, 7. Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων | θνατοῖς ταμίας νενόμισται.] Schol. τῶν διαβεβοημένων ἐστὶ ζητημάτων καὶ τοῦτο, πῶς ἡ μὲν Μήδεια τὴν Θέμιν καὶ τὴν Ἄρτεμιν βοᾶται (v. 157.), ἡ δὲ πρεσβύτις ἀντὶ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν Δία φησὶν αὐτὴν ἐπιμαρτύρασθαι. Hujus nodi quatuor solutiones affert grammaticus. Prima est Apollodori Tarsensis, qui Medeae tribuendum censuit v. 146. Αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς, qui vulgo recte choro tribuitur. Secunda est Didymi, qui in verbis διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία βαίη v. 142. Jovem implicite invocari putabat. *Quis enim,* ait, *fulmen in eam immittere poterat, nisi Jupiter?* Tertia est, interrogationis signum post ἐπιβοᾶται ponendum esse, deinde subaudiendum ὄμνυμι, quasi per Themin et Jovem juret nutrix, Medeam diu iratam fore. Quartam solutionem ceteris meliorem ad verba τὰν Ζηνὸς ὀρκίαν Θέμιν v. 205. affert gram- 111
maticus, ὅτι διὰ τῆς Θέμιδος τὸν Δία ἐπεκαλεῖτο, διὰ τὸ εἶναι Διὸς τὴν Θέμιν. Nemo hodie, opinor, has turbas excitaret, neque eam Euripidi licentiam negaret, quae oratoribus conceditur, ut censeantur dixisse quod non dixerint.

*Ibid.* Rom. C. Lasc. B. θνατοῖς. Rom. A. B. D. E. Lasc. A. θνητοῖς.

168, 9. οὐκ ἔστιν ὅπως ἔν τινι μικρῷ | δέσποινα χόλον κατα-

παύσει.] Rom. C. D. E. οὐκ ἔστιν. Rom. A. B. κοὐκ ἔστιν. Eadem varietas v. 1057. Utrobique praestat οὐκ sine καί.

*Ibid.* Rom. C. Schol. σμικρῷ. Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. Mag. μικρῷ, quod admisit Brunckius. *Vulgatum quidem* σμικρῷ, inquit, *in metrum non peccat, sed versum minus concinnum facit.*

171, 2. μύθων τ' αὐδαθέντων | δέξαιτ' ὀμφὰν,] Musgravii conjecturam αὐδαέντων memorasse satis est. Deinde Rom. D. δέξεταιτ' (sic) ὀμφάν.

173, 4. εἴπως βαρύθυμον ὀργὰν | καὶ λῆμα φρενῶν μεθείη;] Omnes Rom. εἴπως. Sed in A. a prima manu adscriptum γρ. καὶ ἢ πῶς. Var. lect. a diversa ὅπως.

175, 6. μήτοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον | φίλοισιν ἀπέστω.] Haec vulgo nutrici tribuuntur, cujus verba chori orationem interrumpunt. Omnia choro tribuenda esse vidit Tyrwhittus, cujus sententiae a membranis confirmatae obsecutus est Brunckius. [Plato de Rep. VII. p. 533. A. τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολείποι. *Ex Addendis.*]

*Ibid.* Rom. A. B. D. E. μήτοι. Rom. C. Par. A. μή μοι [t]).

177, 8. ἀλλὰ βᾶσά νιν δεῦρο πόρευσον οἴκων | ἔξω, φίλα, καὶ τάδ' αὔδα.] Rom. A. βᾶσα νῖν. Rom. B. C. βᾶσα νῖν. Lasc. βᾶσα νῦν.

*Ibid.* Omnes fere interpretes τάδε referunt ad sequentia verba, σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι τοὺς εἴσω, quasi dicere jubeatur ancilla, *Propera, priusquam aliquid mali facias iis qui intus sunt.* Ita enim ea verba reddit Portus, cujus versionem servarunt Barnesius et Musgravius. Sed luce clarius est, sensum esse, *propera tu* (ancilla scilicet), *priusquam aliquid mali faciat Medea.* Ita Buchananus: *heus propera, | ne designet quicquam asperius | hos adversum, quos habet intus.* Sic etiam Bothius in versione Teutonica: *Eil', eh drinnen ihr Rachgeist noch gefrevelt.* Τάδε igitur ad superiora verba πῶς ἂν ἐς ὄψιν τὰν ἁμετέραν ἔλθοι etc. referendum est. Ita Jocasta Phoen. 571. σοὶ μὲν (Eteocli) τάδ' αὐδῶ. σοὶ δὲ, Πολύνεικες, λέγω, etc. Hoc admisso, omnia bene se haberent, nisi metro quoque consulendum esset. Versus enim 178. quartam syllabam producit, quae brevis est in strophico 154. κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου. Her-

t) Aeschylus Theb. 71. μή μοι πόλιν γε πρέμνοθεν πανώλεθρον | ἐκθαμνίσητε δῃάλωτον, Ἑλλάδος | φθόγγον χέουσαν, καὶ δόμους ἐφεστίους. Legendum videtur μήτοι πόλιν γε. Idem Prom. 626. Μήτοι με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν. Sophocles Oed. C. 1407. μήτοι με πρὸς θεῶν σφώ γ', ἐὰν αἱ τοῦδ' ἀραὶ | πατρὸς τελῶνται, καί τις ὑμὶν εἰς δόμους | νόστος γένηται, μή μ' ἀτιμάσητέ γε, | ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασι. Ibid. 1439. Μήτοι με δύρου. Ant. 544. Μήτοι, κασιγνήτη, μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ | θανεῖν τε σὺν σοὶ, τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι.

mannus Elem. Doctr. Metr. p. 552. φίλα cum καὶ τάδ' ἄνδα conjungit, ut sit accusativus pluralis, interpretaturque, *nos quoque favere Medeae narra.* Ego neque hanc rationem probo, neque meliorem novi. 118

179, 80. σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι | τοὺς εἴσω.] Rom. A. B. C. Lasc. B. σπεῦσον πρίν τι κακῶσαι. Rom. E. Lasc. A. Par. A. σπεῦσαι πρίν τι κακῶσαι. Rom. D. σπεῦσαι τὶ πρὶν κακῶσαι. Brunckius σπεῦσαι admisit cum hac annotatione: *Σπεῦσαι*, festina. *Sic bene membranae.* Non magis dicitur σπεύδομαι quam χαίρομαι. Porsonus σπεῦσον revocavit. Hic etiam versus non congruit cum strophico 155. Ζεύς σοι τάδε συνδικήσαι. Conjicit Musgravius, σπεῦσον, πρίν ἐς ἢ (fortasse voluit πρὶν ἔς ἢ) κακῶσαι. Hermannus duas conjecturas memorat; unam Seidleri, σπεῦσον, πρὶν καί τι κακῶσαι; alteram suam, σπεῦσον δέ, πρίν τι κακῶσαι. Neutra metro omnino satisfacit. Si πρὶν ἢ apud Atticos poëtas exstaret (nam de prosae orationis scriptoribus nulla controversia est), audacter reponerem, σπεῦσον δέ, πρὶν ἢ κακῶσαι [u]). Addere possem, Porsonum Advers. p. 136. πρίν τι pro πρίνη Hermiae restituisse apud Athenaeum p. 563. E.

*Ibid.* Omnes Rom. εἴσω. Brunckius tacite ἔσω, Matthiae εἴσω ut vulgo. Respondet in stropha λίαν, quod priorem syllabam habet communem.

181. Δράσω τάδ'. ἀτὰρ φόβος εἰ πείσω] Sensus est, ἀτὰρ φοβοῦμαι μὴ οὐ πείσω, *sed vereor ut persuadeam.* Sic etiam Heracl. 791. φόβος γὰρ εἰ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω. Id est, φοβοῦμαι γὰρ μὴ οὐ ζῶσιν, μὴ τεθνηκότες ὦσιν. Confer etiam nostrae fabulae v. 901. Eandem constructionem contrario sensu usurpat noster Andr. 60. καὶ νῦν φέρουσά σοι νέους ἤκω λόγους, | φόβῳ μὲν εἴτις δεσποτῶν αἰσθήσεται, | οἴκτῳ δὲ τῷ σῷ. Id est, φοβουμένη μήτις δεσποτῶν αἴσθηται.

182. δέσποιναν ἐμάν.] Rom. D. Lasc. B. δέσποιναν ἐμάν. Rom. A. B. C. δέσποιναν ἐμήν. Duo verba omittunt Rom. E. Lasc. A. Non male.

184, 5. καίτοι νοκάδος δέργμα λεαίνης | ἀποταυροῦται δμωσίν,] Rom. A. ante corr. ridiculo errore δέρμα λεαίνης.

185, 6. ὅταν τις | μῦθον προφέρων πέλας ὁρμαθῇ.] Lasc. ὅτ' ἄν τις. Idem ὅταν conjunctim v. 15. 128. 259. 260. 508. Praestare videtur ὅτ' ἄν, quam scribendi rationem in codd. antiquis

u) Apud Neophronem, cujus verba ad v. 1024. affectam, vulgo legitur πρὶν ἢ ξαμαρτεῖν. Dixisset Euripides, ni fallor, πρὶν ἐξαμαρτεῖν. Olim legebatur apud Aristophanem Ran. 1215. ὅστις τε, πρὶν μὲν ἦ φῦναι, Ἀπόλλων ἔφη | ἀποστενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν σπεῖ γεγονέναι. Codd. plerique πρὶν φῦναι μὲν ἀπόλλων, unde Brunckius, πρὶν φῦναι μὲν, ὦ πόλλων. Hodie scribimus ἀπόλλων.

frequentem esse monet Porsonus, Bastius quoque ad Gregorium p. 827. Neque obstat quod ὅταν δὲ potius quam ὅτε δ' ἄν in libris reperitur. Nam reperitur etiam ἡνίκ' ἂν δέ, quod in ἡνίκαν δὲ mutatum nemo, opinor, vellet [x]). Aldus vero nostro loco ὅταν τις. Idem τοὐσδέ γ' v. 87. ὅμμά νιν v. 91. οἵ
115 μέ μ' v. 162. ὥστέ σ' v. 613. Πιστεύς τίς ἐστι v. 666. τήνδέ σοι v. 702. ὄλβός ἐστι v. 723. ἔνθά ποθ' v. 810. οἵδέ σοι v. 970. τήνδέ γε v. 1214. Consentit Lasci v. 87. 613. 702. 723. 810. 970. 1214. Idem μή μοί τι v. 210. 278. ἔν τί μοι v. 375. οὔτέ μοι v. 780. οὔτοί ποτ' v. 1028. Horum omnium insolentissima sunt ὅτεών τις, μή μοί τι, οὔτοί ποτ'. In ceteris enim binae syllabae accentu acuto notatae trochaeum faciunt, in his iambum aut spondeum. Cujus scripturae exempla sunt ἴσαί πως Hec. 133. Παῖαι ποτ' (sic enim codd.) Heracl. 1. ὅστις ποθ' apud Sophoclem Oed. T. 224. λάθρά μ' ὑπελθών ibid. 586. Ceterum tam Aldus quam Lascaris ἰώ μοι μοι v. 96. 114. Brunckius utrobique ἰώ μοί μοι. Porsonus priore tantum loco.

186. Rom. C. D. E. προφέρων. Rom. A. B. προσφέρων.

*Ibid.* Rom. omnes, ni fallor, ceterique fortasse plerique ὁρμαθῇ. Barnesius diserte ὁρμάθῃ. Idem ὁρμάθω pro ὁρμαθῶ Andr. 860. E Barnesii sententia *verbum poëticum* ὁρμάθειν in indicem retulit Heslerus, ejusdem scilicet formae cujus ἀμυνάθειν, διωκάθειν, εἰκάθειν, εἰργάθειν, quae omnia apud Atticos scriptores exstant [y]). Incredibilem Barnesii stupidita-

x) Aristophanes Pac. 1179. ἡνίκα δ' ἦν οἶκοι γίνωνται, θρῴων οὐκ ἀνασχετά. Numerosius Rav. ἡνίκ' ἂν δ' οἴκοι γένωνται. [Idem Eccl. 275. περιδεῖσθε τοὺς πώγωνας. ἡνίκ' ἂν δὴ γε | τούτους ἀφορμῶσ' περιῳρμοσμένας, etc. Euripides Iph. T. 1217. ΙΦ. Ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω πεφῶσιν οἱ ξένοι, ΘΟ. Τί χρή με δρᾶν; Hic etiam Aldus ἡνίκα δ' ἄν. *Ex Addendis.*]

y) Rectius ἀμυναθεῖν, διωκαθεῖν, εἰκαθεῖν, εἰργαθεῖν, ut ἀγαγεῖν. Aoristus est ἠμύναθον, neque usquam legitur praesens ἀμυνάθω nisi apud grammaticos. Recte Photius: Ἠμύναθον. ἤμυνα. Euripides Andr. 722. ἢ μὴ ξίφος λαβοῦσ' ἀμυνάθουτό σε | ἔθειρας; Nemo ignorat huic sententiae melius convenire ἀμύναιτο quam ἀμύνοιτο. Aristophanes Vesp. 1197. Ἀπολεῖς μέ. πῇας χάρασας; ἀλλ' οὐ γὴ κάπρον | ἐθηκάθεις ποτ' ἢ λαγών, ἢ λαμπάδα | ἔδραμες, ἀνυρῶν ὅτι νεανικώτατον. Si ἐθηκάθεις praeteritum esset imperfectum, non ἔδραμες sed ἔτρεχες vel ἔθεες dixisset poëta. Frustra igitur διωκάθει Aeschylo Cho. 287. tribuit Porsonus, frustra participium praesentis temporis διωκάθουσα Philemoni apud Athenaeum p. 288. E. Casaubonus. Philemonis versus ope cod. Veneti ita fere scribendi sunt: ὅμοιον ἐγίνετ', ὅρνις ὁπότ' ἂν ἁρπάσῃ | τοῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι· περιστρέφει κύκλῳ | τηροῦσα, καταπιεῖν τε παρασκευάζεται· | ἕτερος διώκειν δὲ ταύτην. ταυτονί γ'. Ἀμυναθεῖν usurpat Aeschylus Eum. 441. Sophocles Oed. C. 1015. Euripides Andr. 1080. Iph. A. 910. Aristophanes Nub. 1526. ubi veterem scripturam ἀμυνάθετέ μοι a Knstero repudiatam revocavit Brunckius. Εἰκαθεῖν Sophocles Oed. C. 1178. 1528. 1534. Ant. 1096. 1102.

tem vide, qui non recordatus sit, haec omnia, necnon τελέθειν, μινύθειν, φθινύθειν et similia, penultimam semper corripere, secus ac suum ὁρμάθη, quod penultimam producit. Musgravius ceterique plerique ὁρμαθῇ ut vulgo. Brunckius et Beckius ὁρμηθῇ, quod admisi.

187, 8. σκαιοὺς δὲ λέγων, κοὐδέν τι σοφοὺς | τοὺς πρόσθε βροτούς, etc.] Plutarchus Conj. Praec. p. 145. C. ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης αἰτιᾶται τοὺς τῇ λύρᾳ χρωμένους παρ' οἶνον. ἔδει γὰρ ἐπὶ τὰς ὀργὰς καὶ τὰ πένθη μᾶλλον τὴν μουσικὴν παρακαλεῖν, ἢ προσελκύειν τοὺς ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὄντας. Idem Sympos. VII. 7. p. 710. E. ὡς τά γε ἄλλα φίλος ὢν Εὐριπίδης ἐμὲ γοῦν οὐ πέπεικε, περὶ μουσικῆς νομοθετῶν, ὡς ἐπὶ τὰ πένθη καὶ τὰς βαρυφροσύνας μετακομιστέας οὔσης. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὥσπερ ἰατρὸν ἐφιστάναι δεῖ τοσοῦσιν ἐσπουδακότα καὶ νήφοντα τὸν λόγον, τὰς δὲ τοιαύτας ἡδονὰς τῷ Διονύσῳ καταμίξαντας, ἐν παιδιᾶς μέρει τίθεσθαι. Haec loca attulit Porsonus. Priorem etiam Scaliger. 114

188. οὐκ ἂν ἁμάρτοις,] Sic Rom. C. D. E. Sed Rom. A. B. Mag. ἁμάρτῃς (vel ἁμάρτης) solocce. In Rom. A. supra scriptum οι [2]).

189, 90. οἵτινες ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις, | ἐπί τ' εἰλαπίναις, καὶ παρὰ δείπνοις] Desunt in Rom. C. verba ἐπὶ μὲν θαλίαις. Deinde Porsonus in ed. Cantabrigiensi ἐπὶ δ' εἰλαπίναις in textu, in annotatione vero: *Pro ἐπὶ δ' malim ἐπί τ'.* Sed in fine libelli errorem suum ipse correxit.

191. εὕροντο, βίου τερπνὰς ἀκοάς.] Alii ηὕροντο scribendum contendunt, alii εὕροντο. Matthiae Gramm. Gr. 167. 6. in εὑρίσκω diphthongum mutari negat, licet reperiatur ἐξημερέθη apud Aristophanem Pac. 128. Adde ηὑμένθη, quod apud Sophoclem Ant. 406. exhibent omnes edd. ante Turnebum. Seidlerus quoque ad Euripidis El. 380. (382.) in hoc verbo augmentum non poni affirmat. In aliis fieri non negat. Infra v. ἐξηύχαιν pro ἐξήυχον libri omnes, nisi qui ἐξηύχουν habent. Exempla omnia hujus scripturae quae apud Euripidem exhibet ed. Aldina, collegi ad Heracl. 505.

196, 7. καίτοι τάδε μὲν κέρδος ἀμείβεσθαι | μολπαῖσι βροτούς.] Rom. C. D. E. μολπαῖσι βροτοὺς. Rom. A. ante corr. μολπῆσι

Trach. 1179. Phil. 1352. El. 361. 396. 1014. Εἰργαθεῖν Aeschylus Eum. 569. Sophocles Oed. C. 862. El. 1271. Euripides Phoen. 1182. De δοκαθεῖν consulendus Ruhnkenius ad Timaeum p. 87. in cujus annotatione vix quidquam desiderarem, si monuisset ἐδώκαθον aoristum esse. Praeter hos quatuor, aoristus est etiam ἐκίαθον, sed ab Atticis non usurpatur.

2) Sophocles Aj. 154. τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἰδὲ, | οὐκ ἂν ἁμάρτοις. κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ | τοιαῦτα λέγων, οἷα ἂν πείθοι. Vide an hic quoque legendum οὐκ ἂν ἁμάρτοις, id est, οὔτις ἁμάρτοι. Sic οὐκ ἂν δύναιο pro δύναιο ἂν.

βροτοῖς, correctus ab eadem manu μολπῆσι βροτούς. Rom. B. etiam βροτοῖς. De μολπῆσι vide ad ζεύγλησι v. 466.

197, 8. ἵνα δ' εὔδειπνοι | δαῖτες, τί μάτην τείνουσι βοάν;] Rom. C. D. E. Schol. βοάν. Rom. A. B. βοήν.

201. Ἰαχὰν αἴαν πολύστονον γόων.] Pseudogregorius v. 808. ἰαχάν. Fortasse legendum ἴαχον media producta, quam formam bis in una fabula usurpat Euripides. Tro. 825. ἃ δέ σε χειναμένα πύρὶ δαίεται. | αἰόνες δ' ἅλιαι | ἴαχον (supplendum βοῶσιν), οἷον οἰωνὸς ὑπὲρ τεκέων βοᾷ. Ibid. 1218. στέναζε, μᾶτερ,——νεκρῶν ἴαχον. Priore loco nomen pro verbo male accipiunt omnes interpretes. De constructione vide Porsonum ad Or. 1035.

*Ibid.* Rom. A. B. C. D. E. ante corr. πολύστονον. Rom. E. a corr. Lasc. Pseudogregorius v. 808. πολυστόνων. *Nescio an melius*, ait Porsonus.

202. λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ βοᾷ] Rom. A. D. Lasc. B. μογερά. Rom. B. C. E. Lasc. A. μογερᾷ. Huc spectat gl. a prima manu in Rom. A. καὶ. Recte vulgo μόγερα, quod pro nominativo singulari accipit scholiastes, rectius Reiskius pro accusativo plurali. Versus est dimeter iambicus, ut 205. 207. Vix opus est ut moneam βοᾷ verbum esse. Constructio ut apud Sophoclem Trach. 49. Δέσποινα Δηάνειρα, πολλὰ μέν σ' ἐγὼ | κατείδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα | τὴν Ἡρακλείου ἔξοδον γοωμένην.

203. τὸν ἐν λέχει πρόδοτον καινόνυμφον.] Rom. A. B. D. E. λέχει. Rom. C. λέχαισι, i. e. λέχεσι. Nescio an melius, modo scribatur λέχεσιν.

204. Θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα παθοῦσα] Sic Rom. D. E. Sed Rom. A. B. C. Θεοκλυτεῖ δέ τ' ἄδικα.

*Ibid.* Hesychius: Θεοκλυτεῖται. παρὰ θεοῦ ἀκούει. Legendum: Θεοκλυτεῖ. θεὸν ἐπικαλεῖται, παρὰ θεοῦ ἀκούει. Idem: Θεοκλυτήσαντες. θεοῦ ἀκούσαντες, θεὸν ἐπικαλεσάμενοι. Θεοκλυτοῦσαι. θεὸν ἐπικαλούμεναι. Aeschylus Pers. 500. ἐπεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο. Idem Theb. 145. λιταῖσί σε θεοκλύτοις | ἀπύουσαι πελαζόμεσθα. Verbum igitur Θεοκλυτῶ ab adjectivo Θεόκλυτος derivatum est, quae vox ejusdem familiae est cujus Θεοκλύμενος, quod θεοὺς σέβων significare videtur, interprete Euripide Hel. 9.

205. τὰν Ζηνὸς ὀρκίαν Θέμιν,] Brunckius tacite Ζανός. Porsonus Ζηνός revocavit. Matthiae iterum Ζανός. Fortasse scripsit poëta Διός, metro ut apud Sophoclem Phil. 687. πῶς ποτε, πῶς ποτ' ἀμφιπλή | πταν ῥοθίων μόνος κλύων, etc. Quo exemplo legere licet: τὰν Διὸς ὀρκίαν θέμιν, | ἃ νιν ἔβασεν Ἑλλάδ' εἰς | ἀντίπορον, δι' ἅλα νύχιον.

206. ἃ νιν ἔβασεν Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον,] Rom. E. ἐς. Rom.

A. B. C. D. *εἰς*. Metrum incertum scripturam etiam incertam reddit.

207. *δὸ ἄλα νήμιον,*] Hoc explicat tragicus Rhes. 53. *ἄνδρες γὰρ ἐκ γῆς τῆσδε νυκτέρῳ πλάτῃ, | λαθόντες ὅμμα τοὐμὸν, αἴρεσθαι φυγὴν | μέλλουσι.*

207, 8. *ἐφ' ἁλμυρὰν | πόντου κληῖδ' ἀπέραντον.*] Aldus *κληῖδ'*. Lasc. *κληῖδ'*. Uterque *κληίδα* v. 644. *κλῆδας* recte v. 1281.

*Ibid.* Frustra Heathius *ἀπεράντου*. Gl. in Par. A. *τὴν δυσχερῆ πρὸς τὸ περᾶσθαι*. Male. Aliud est *περᾶν*, aliud *περαίνειν*. Homericum *Ἑλλήσποντος ἀπείρων* respexit noster. Quod ille *κλῆδα*, Aeschylus Pers. 880. *στόμα πόντου* dixit. Vide Columnam ad Ennium p. 202.

209—13. *Κορίνθιαι γυναῖκες——βαθυμίαν.*] Nullus hujus fabulae locus est, qui criticis majorem disputandi materiam praebuerit quam hi quinque versus. Dixerunt de eo ab Heathio aliisque indicati Politianus Miscellan. 27. Victorius Var. Lect. XX. 13. Muretus Var. Lect. VIII. 17. Manutius ad Ciceronis Epist. VII. 6. Columna ad Ennium p. 203. item Vossius p. 336. Hi omnes cum non tam a Graecis Euripidis verbis quam ab Ennii Latinis occasionem dicendi sumserint, primum Ennii verba ponamus, quae in animo teneat lector, dum de singulis hujus orationis partibus dicitur. Cicero Epist. VII. 6. *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeae* quae Corinthum arcem altam habebant matronae opulentae, optumates: *quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria.* Nam multi suam rem bene gessere et poplicam patria procul. Multi, qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati. *Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus.* Quatuor sunt tetrametri octonarii, quorum tres a Ciceronis verbis facile separari possunt. Secundus vero incerta conjectura ita restitui potest: *Ne mihi vitio vos vortatis, a patria quod absiem.*

209, 10. *Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων, | μή μοι τι μέμ-* 116
*ψησθ'*.]Rom. D. E. Lasc. Par. A. B. D. Put. *μέμφησθ'*, quod admisit Musgravius. Rom. A. B. *μέμφοισθ'*. Rom. C. *μέμψοισθ'*. Schol. bis *μέμψησθε*, semel *μέμφησθε*. Etsi parum refert, Aldinam scripturam, quam revocavit Matthiae paullo meliorem esse existimo. Video enim librarios saepius *ψ* in *φ* mutasse, quam *φ* in *ψ*. Noster Hec. 1185. *Μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς | τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.* Ubi *μέμφῃ* contra linguae indolem in dimidia fere parte codicum exhiberi monet Porsonus. In Hipp. 1176. *ἀναστρέφοι* pro *ἀναστρέψοι* pleraeque edd. ante Musgravium, non illud quidem prorsus vitiosum, sed altero longe deterius. Ibid. 1418. *κατασχίφουσιν* pro *κατασκήψουσιν* cod. Flor. apud Valckenarium.





Ennium quoque, modo mediocriter Graece doctus fuerit, *μέμψησθ'* in exemplo suo habuisse certum est. Is enim, ut mox declarabo, contra mentem quidem poëtae haec verba interpretatus est, sed non contra linguae indolem, modo legatur *μέμψησθ'*; sin autem legatur *μέμφησθ'*, contra utramque.

*Ibid.* Sensus horum verborum satis perspicuus est, Medeam scilicet Corinthiarum rogatu foras exire, ne earum amicitiam spernere videatur. Schol. *ἐξῆλθον πρὸς ὑμᾶς, ὦ γυναῖκες, ἵνα μή μοι τι μέμψησθε* (ed. Ven. *μέμψησθαι*) *ὡς δι' ὑπερηφανίαν μὴ προελθούσῃ.* Longe aliter tamen ab Ennio accepta sunt, quasi ab his mulieribus petat Medea, ne sibi vitio vertant, quod patriam reliquerit. Secundum Ennium igitur plenius post *δόμων* distinguendum. Errorem ejus vidit et indicavit Muretus.

210, 1. *οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν | σεμνοὺς γεγῶτας,*] Schol. *καίτοι ἐπίσταμαι πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων σεμνοὺς γεγῶτας,—οἷον, ὑπερηφάνους νομιζομένους.* Photius: *Σεμνόν, ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγουσιν. ἔστι δ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασιν. Εὐριπίδης Μηδείᾳ· Οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ* (v. 93.)· *Μισεῖν τὸ σεμνὸν καὶ τὸ μὴ πᾶσι φίλον. καὶ τὸ ἔνδοξον. Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ* (v. 99.) *Πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμονα οὐ προσεννέπεις. καὶ τὸ μέγα.* Eadem fere verba habet Suidas v. *Σεμνόν.* Eo sensu quem nostro loco convenire putant grammatici, *σεμνὸς* contrarium habet *εὐπροσήγορος* apud Euripidem Hipp. 95. Dicit igitur Medea, nosse se multos esse *σεμνοὺς* quorum scilicet vereatur ne in numero habeatur, nisi amicis se ostendat. Non opus ut cum scholiasta *γεγῶτας* explicemus *νομιζομένους.* Sensus est *ὄντας.* Sic *αὐθάδης γεγὼς* mox v. 218. Hactenus omnia satis perspicua sunt. Sequentia difficiliora et obscuriora sunt.

211. Rom. D. Photius apud Porsonum, *γεγότας.* Apud Hermannum vero alter codd. *γεγῶτας* habet, alter *γεγονότας* consentiente Suida.

211, 2. *τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο, | τοὺς δ' ἐν θυραίοις.*] Ita Schol. totidem literis. Rom. A. ante corr. C. D. E. *ὀμμάτων ἄπο.* Rom. A. corr. ab eadem m. B. Par. A. *ὀμμάτων τ' ἄπο,* fortasse ex Hec. 240. Deinde Aldus *τούσδ' ἐν θυραίοις.* Lasc. A. *τοῖς δ' ἐν θυραίοις.* Lasc. B. recte *τοὺς δ' ἐν θυραίοις.* Schol. ita explicat: *τοὺς μὲν* (*ὑπερηφάνους νομιζομένους* scilicet) *ἀπὸ τοῦ χωρίζεσθαι καὶ ἄποθεν τῶν ὀμμάτων εἶναι· τοὺς δὲ διὰ τὸ προσέρχεσθαι καὶ συνεχῶς ἐπιφέρεσθαι.* Ejus igitur sententia est, duo *σεμνῶν* sive *ὑπερηφάνων* genera a poëta sisti; unum eorum qui hominum conspectum vitant; alterum vero eorum qui in publico versantur. Hanc interpretationem praeter alios amplexus est Muretus, in eaque acquiescendum mihi videtur,

saltem donec melior proferatur. Recentiorum vero plerique in alia omnia abeunt. Heathius haec verba cum superioribus εἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας ita vertit: *Novi enim multos mortales qui venerationem ab hominibus assequuti sunt, partim procul ab oculis hominum remoti atque abditi, partim in exteris regionibus vitam exigentes.* Musgravius in prima annotatione interpretationem proponit diversam ab ea quam dedit Heathius a). Hanc in supplemento repudiat, alteramque in ejus locum substituit: *Novi multos mortalium alios ob facinora egregia, alios vero ob rerum externarum copiam honore dignos, qui ab ignavo pede et socordia infamiam consecuti sunt.* Ut haec interpretatio constet, mutat ὀμμάτων in ἐργμάτων, et pro οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς legit οἵτ' ἀφ' ἡσυχου ποδὸς, οἵτε scilicet ut οἱ significet. Brunckius secundum Heathium interpretatur, nisi quod ὀμμάτων ἐπὶ, *in civium conspectu*, scribendum censet. Ut in re incerta, hanc rationem sibi placere ait Porsonus, eamque admisit Zimmermannus. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. p. 51. ex Ennii verbis, *nam multi suam rem bene gessere et poplicam patria procul*, Euripidem scripsisse contendit, τούς τε δωμάτων ἔπι, | τούς τ' ἐν θυραίοις. Verba δωμάτων ἔπι *suam rem*, ἐν θυραίοις *poplicam* significare arbitratur. Non assentior. Θυραῖος pro ἀλλότριος. cui contrarium est οἰκεῖος, saepe usurpatur. Haud raro etiam ἴδιος, cui contrarium est κοινὸς, cum οἰκεῖος confusum reperies. Ἀλλότριος vero aut θυραῖος pro κοινὸς usurpatum legere non memini.

212, 3. εἰ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς | δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.] Aldus οἵθ' ἀφ' ἡσύχου. Lasc. οἵθ' ἁμφ' ἡσύχου.

*Ibid.* Ennius, ut superiora, ita haec quoque verba male vertit: *Multi qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati.* Noster Or. 156. οἳ φίλτατας γυναῖκες, ἡσύχῳ ποδὶ | χωρεῖτε μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω πτύπος. Bacch. 646. Σίγησον πόδ', ὀργῇ δ' ὑπόθες ἥσυχον πόδα. Ubi ἥσυχον τρόπον legendum censet Musgravius. Nostro loco τοῖς σεμνοῖς opponuntur qui ἥσυχον πόδα sive φιλάνθρωπον τρόπον habent. Ne hos quidem sine reprehensione vivere ait Medea, quippe qui a placido mitique ingenio ignaviae opinionem consequantur. Nihil hac verbi κτᾶσθαι significatione usitatius. Noster Hel. 1103. a Musgravio allegatus: σὺ δ' ἢ 'πὶ τῳμῷ κάλλος ἐκτήσω γάμῳ, | κόρη Δωρὶς Κύπρις, μή μ' ἐξεργάσῃ. Ibid. 1522. δύσκλειαν δ' ἀπὸ συγγόνου | 118

a) Dicant historiae literariae me peritiores, qua de causa nullam usquam Heathii mentionem fecerit Musgravius, licet Heathii Notae sedecim annis ante Musgravii Euripidem prodierint, eodem scilicet anno quo Musgravii Exercitationes. [Fallor. Heathii mentionem facit Musgravius ad v. 825. meae ed. nec saepius in annotatione in hanc fabulam. *Ex Addendis.*]

*βάλλετε βαρβάρων λέχεων, | ἂν Ἰδαίων ἐρίδων | πονηθεῖσ' ἐκτήσατο, ταν | οὐκ ἐλθοῦσαν Ἴλιον | Φοιβείους ἐπὶ πύργους.* Sophocles Ant. 924. *τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.*

214. *δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,*] Wyttenbachius p. 52. legendum censet *δίκη δ' ἄρ'. Neque enim causa exponitur antecedentium*, inquit, *sed sequentia iis simpliciter subjiciuntur.* Vide ad v. 121.

*Ibid.* Rom. B. C. E. Lasc. B. Stobaeus Tit. IX. p. 99=55. *οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς.* Rom. A. D. *οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖσι.* Lasc. A. *οὐκ ἔνεστ' ὀφθαλμοῖς.* Eustathius p. 415, 12. *οὐκ ἔστιν ἐν ὀφθαλμοῖς.* Schol. *οὐκ ἔνεστιν ὀφθαλμοῖς*, quod admisit Beckius. Matthiae vulgatam revocavit. Quod ad constructionem attinet, aeque bene dicitur *ἔνεστ' ἐν* atque *ἐνεστιν.* Aristophanes Nub. 56. *Ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ.* Ita passim. Sed paullo numerosius est *ἔνεστιν*, ideoque a Porsono praelatum est. Recte quidem, si aliquid insoliti haberet vulgata, vel si multorum librorum auctoritate niteretur *ἔνεστιν.* Atqui hoc nusquam apparet nisi apud scholiasten, apud quem poëtae verba raro recte scripta leguntur. Alterum exhibent Aldus, Lascaris, Stobaeus et omnes codices Romani. Quod ad numeros attinet, Reisigius p. 249. numerosius *ἔνεστ' ἐν* quam *ἐνεστιν* sibi videri ait. Etsi Reisigio non assentior, vulgatam satis numerosam puto. Caesuram in medio versu defendunt tria exempla ex eadem fabula petita. V. 232. *γυναιξὶν, οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν.* V. 457. *φίλους κακῶς δρᾶσαντ' ἐναντίον βλέπειν.* V. 982. *κἀγὼ κακῶς φρονοῦσ' ἐμηχανησάμην.* [Vulgo legitur Andr. 1236. *κἀγὼ γὰρ, ἣν ἄκλαυστ' ἐχρῆν τίκτειν τέκνα.* Nullo negotio reponi posset *ἄκλαυστα χρῆν.* Sed nihil opus. Eandem caesuram exhibet noster Hec. 355. 387. 414. 440. 606. 1141. 1224. Or. 12. 51. 224. 292. 509. 531. 568. 691. 1050. 1077. 1126. 1185. 1237. 1255. 1647. 1652. 1663. Phoen. 72. 79. 271. 586. 747. 956. 1238. 1407. 1425.[b]) Nec desunt tragoediae,

b) In hac enumeratione Porsoni editionem sequor. Versus sunt in primis quatuor fabulis triginta septem, qui omnes elisionem post tertium pedem habent, praeter Hec. 1141. (1159.) *γένοιτο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν.* Qui et ipse elisionem quodammodo habet. Nam *διαδοχαῖς* Atticis auribus idem fere sonabat quod *διαδοχαῖσ'*. Quid igitur dicemus? Casune accidisse ut prius hemistichium toties in vocalem desineret quae elidi posset, alterum a vocali inciperet? Est quidem qui hoc dixerit, Hermannus scilicet Elem. Doctr. Metr. p. 117. Sed vereor ne non satis considerate. Fuerunt qui legerent apud Sophoclem Aj. 582. *ἦπου πολὺν γέλων ὑφ' ἡδονῆς ἄγεις.* Vulgatum *γέλωθ'* numerorum caussa praeferendum monui Mus. Crit. Cant. T. I. p. 359. 477. Aliter sentit Hermannus, cujus verba sunt: *Vulgatam numerorum caussa praeferendam esse, quod Elmsleius contendit, facilius, qui mirentur, quam qui credant, inventum iri puto.* Legant

quarum primus versus, qui prae omnibus numerosus esse debet, hanc caesuram habeat. Aeschylus Cho. 1. Ἑρμῆ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη. Euripides Alc. 1. Ὦ δώματ' Ἀδμήτει, ἐν οἷς ἔτλην ἐγώ. Suppl. 1. Δήμητερ, ἑστιοῦχ' Ἐλευσῖνος χθονός. Diverso exordio usi essent tragici, si hujusmodi versus auribus minus grati fuissent.

215, 6. ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, | 119
στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος.] Singulare ὅστις ad plurale βροτῶν refertur. Homerus Il. Γ. 279. ἀνθρώπους τίννυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Eustathius ad haec verba praeter alia nostrum locum allegat. Verba ejus vide apud Brunckium ad Sophoclis Aj. 760. qui plura dedit ejusdem constructionis exempla. Nonnulla addidi ad Oed. T. 715. ὡς αὐτὸν ἥξει μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν, | ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα. Ubi scripturam valde speciosam παίδων exhibet cod. Aug. B.

*Ibid.* Eustathius ἐκμάθῃ. *Utraque lectio proba*, inquit Porsonus. *Saepe enim πρὶν cum subjunctivo jungunt Tragici, omisso ἂν, quod in sermone familiari semper requiritur.* Subjunctivum non usurpant tragici, nisi in priore membro, quod hic est ὅστις στυγεῖ δεδορκὼς, adsit negandi aut prohibendi significatio. Ita noster v. 270. κοὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν, | πρὶν ἂν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω. Ita etiam v. 662. Ἀσκοῦ με τὸν προύχοντα μὴ λῦσαι πόδα (jussit Apollo), | πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω°). Idem de optativo statuendum est. Sophocles Phil. 551. ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι, |

tamen quae Diarii Classici T. XVI. p. 428—432. de hac quaestione dixi ad Euripidis Suppl. 303. σφάλλει γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ, τἄλλ' εὖ φρονῶν.

c) Aeschylus κορέσῃ Prom. 165. ἕλῃ ibid. 166. χαλάσῃ ibid. 176. ἐθελήσῃ ibid. 177. ἐκπέσῃ ibid. 754. λυθῶ (modo ita legendum) ibid. 768. χαλασθῇ ibid. 990. φανῇ, θελήσῃ τ' ibid. 1027. Sophocles περάσῃ Oed. T. 1530. ἐνδείξω Oed. C. 48. στήσῃς ibid. 910. στήσω ibid. 1041. δηλώσητε Ant. 309. προσψαύσῃ * ibid. 619. θάνῃ Trach. 3. εἴπῃς ibid. 415. δείξῃ ibid. 609. πάθῃ * ibid. 948. δράσῃς et κερδάνῃς Aj. 107. θάνῃ ibid. 110. τύχῃ * ibid. 742. ἐκβάλῃ * ibid. 965. ἐξήκῃ * Phil. 199. μάθω ibid. 332. μάθῃς * ibid. 917. μόλῃς ibid. 1332. ἀΐῃς ibid. 1410. Euripides ἴδω * Or. 1357. μεθῇ * Alc. 852. ἀφαγνίσηται et μόλῃ ibid. 1149. ἴδῃς Andr. 101. δείξω Iph. A. 324. προσθῶ * ibid. 540. λάβῃ Iph. T. 20. εἴπῃ ibid. 1302. θάνῃ Tro. 510. ἴδω et γεύσωμαι Cycl. 556. ἴδῃ Heracl. 866. ἵκηται et κάμψῃ El. 956. Aristophanes στῶ Ach. 175. ἀντεμπαγῶ ibid. 229. ἀκούσητ' ibid. 295. ἀκούσῃς Eq. 957. πτύξωμαι Nub. 266. εἴπῃ Vesp. 578. ἀκούσῃς ibid. 724. 915. ἰδίσῃς καὶ διαλύσῃς Pac. 84. ὑμεναιοῖ ibid. 1076. 1112. ἀποδῶμαι Av. 586. διαδράμω ibid. 1409. ἐκτραχηλίσῃ Lys. 706. ποιησώμεσθα ibid. 1005. κωδωνίσω Ran. 79. ἀποφήνω ibid. 869. ἀκούσῃς * ibid. 1314. κοκκύσω ibid. 1427. ἐκπύθωμαι * Eccl. 747. ἴδω ibid. 765. ἀπενέγκῃς ibid. 852. προκρούσῃ ibid. 1009. φράσῃς Plut. 24. μάθῃς ibid. 477. Asteriscus significat ἂν abesse, quod in sermone familiari non licere monet Porsonus. Tria

σὸν πλοῦν πόιεῖσθαι, προστυχόντι τῶν ἴσων. Ibid. 961. ὄλοιο μήπω, πρὶν μάθοιμ' εἰ καὶ πάλιν | γνώμην μετοίσεις. εἰ δὲ μή, θάνοις κακῶς. Adde ἴδοιμι Oed. T. 565. ἀνύσειε Trach. 695. Interdum abest particula negativa, ita tamen ut maneat sensus negativus. I. Sophocles Ant. 175. ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν | ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν | ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ. Idem ac si dixisset οὐκ ἂν ἐκμάθοις, ut in Trach. 2. ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν | θάνῃ τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴτῳ κακός. Negativam particulam in adjectivo ἀμήχανον includi, vix opus est ut moneam[d]). II. Euripides Or. 1218. φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, | ἢ ξύμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς, | ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ. Quasi praecedat φύλασσε μή τις, ut in Iph. A. 145. λεῦσσε, φυλάσσων μήτις σε λάθῃ | τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη, | παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ', ἀπήνη | Δαναῶν πρὸς ναῦς. Xenophon H. G. V. 4, 28. τοῦ δ' ὄρθρου ἀναστὰς, ἐφύλαττε μὴ λάθῃ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐξελθών. III. Heracl. 180. Τίς ἂν δίκην κρίνειεν, ἢ γνοίη λόγον, | πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ; Τίς hic valet οὐδείς. Haec igitur tria loca, et si qua alia his similia occurrunt, negativa sunt. Contra non desunt loca, quae re vera affirmativa sint, licet particulam negativam exhibeant. I. Euripides Andr. 1067. Οἴμοι, τὸδ' ἤδη δεινόν. οὐχ ὅσον τάχος | χωρήσεταί τις Πυθικὴν πρὸς ἑστίαν, | καὶ τἀνθάδ' ὄντα τοῖς ἐκεῖ λέξει φίλοις, | πρὶν παῖδ' Ἀχιλλέως κατθανεῖν ἐχθρῶν ὕπο; Nemo nescit οὐ χωρήσεταί τις cum interrogatione idem esse quod χωρησάτω τις. Euripides Ion. 524 Οὐκ ἀπαλλάξει, πρὶν εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν; Incertus Rhes. 684. Οὐκ ἐρεῖς ξύνθημα, λόγχην πρὶν διὰ στέρνων μολεῖν; Aristophanes Ran. 480. Ὦ καταγέλαστ', οὐκ οὖν ἀναστήσει ταχὺ, | πρίν

sunt Aristophanis loca, quae huic regulae adversari videantur. I. Ran. 1314. Μὴ, πρὶν γ' ἀκούσῃς χάτέραν στάσιν μελῶν. Reisigius p. 66. μὴ, πρίν γ' ἂν ἀκούσῃς. In hoc metro raro ponitur anapaestus cujus prima syllaba sit ἄν. Nescio igitur an legendum πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς, ut μὴ, vel potius μὴ μὴ, extra versum sit. II. Eccl. 624. κοὐκ ἔξεσται παρὰ τοῖσι καλοῖς κατάβαρθάν | ταῖσι γυναιξὶν, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσονται. Recte Reisigius p. 65. χαρίσασθαι. III. Ibid. 747. πρὶν ἀκτύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει. Hunc tragicum esse senarium suspicatur Reisigius. Equidem malim πρὶν ἂν πύθωμαι. In Lys. 1005. recte ποιησώμεσθα reposuit Brunckius, sed non vidit superiore versu legendum esse πρὶν χ' ἅπαντες, id est, πρὶν κα ἅπαντες, Dorice pro πρὶν ἄν ἅπαντες.

d) Idem dicendum esset, si δυσμήχανον scripsisset poëta. Sophocles Oed. T. 12. δυσάλγητος γὰρ ἂν | εἶην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν. Ubi δυσάλγητος pro οὐκ εὐάλγητος accipiendum esse ostendunt particulae μὴ οὐ, quae nunquam ita collocantur nisi in sententiis negativis. Αἰσχρὸν pro οὐ καλὸν a Xenophonte dictum indicat Hermannus de Ellipsi et Pleonasmo p. 220.

τινά σ' ἰδεῖν ἀλλότριον; Il. Tragicus Rhes. 222. οὐδ' ἀναιμάκτῳ χερὶ | ἥξω πρὸς οἴκους, πρὶν φάος μολεῖν χθόνα. Nihil hic efficit οὐ, nisi quod tollit vim negativam adjectivi ἀναιμάκτῳ. Sensus est, *cruentis manibus domum ante lucem redibo.* Si legeretur μόλῃ, sensus esset, *incruentis manibus domum ante lucem non redibo.* Illud putantis est se rediturum, hoc nescientis utrum rediturus sit, necne. Minime autem praetermittendum est in hac disputatione, pro subjunctivo haud raro usurpari infinitivum, licet subjunctivus pro infinitivo nunquam, quod sciam, usurpetur. Noster v. 92. οὐδὲ παύσεται | χόλου (σάφ' οἶδα) πρὶν καταασκῆψαί τινα. Quem infinitivum nemo sollicitabit, qui sciat Aeschylum simili constructione dixisse θρασυνθῆναι Suppl. 779. βαλεῖν Theb. 1056. ἐξαρίζεσθαι Ag. 1076. Sophoclem κλύειν Trach. 197. εἰδέναι ibid. 632. ἰδεῖν Aj. 1419. Euripidem θέσθαι Herc. 605. προπεδεῖν Cresphonte fr. iv. 6. Aristophanem ἐπιστῆσαι (vulgo ἐπίστασθαι) Eccl. 585. ἀφικέσθαι ibid. 616. χαρίσασθαι ibid. 625. In hac enumeratione duo loca consulto omisi, quae digna sunt ut integra apponantur. Euripides Alc. 358. εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν, | ὥστ' ἢ πόρην Δήμητρος ἢ κείνης πόσιν | ὕμνοισι κηλήσαντά, σ' ἐξ Ἅιδου λαβεῖν, | κατῆλθον ἄν. καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων, | οὔθ' οὑπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων | ἔσχον, πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον. Incertus Rhes. 59. εἰ γὰρ φαεννοὶ μὴ ξυνέσχον ἡλίου | λαμπτῆρες, οὐκ ἂν ἦσαν εὐτυχοῦν δόρυ, | πρὶν ναῦς πυρῶσαι, καὶ διὰ σκηνῶν μολεῖν, | κτείνων Ἀχαιοὺς τῇδε πολυφόνῳ χερί. Nullus hic sub- 121
junctivo locus est, neque, ut mihi videtur, optativo. Postulat linguae indoles, ut aut infinitivus adhibeatur, aut indicativus, κατέστησα, ἐπύρωσα, ἔμολον. Demosthenes adv. Leptinem p. 555. C. χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν ἢ παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε γραψάμενος. Quo exemplo utitur Zeunius ad Vigerum p. 442.

217, 8, 9. χρὴ δὲ ξένον——ἀμαθίας ὕπο.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. XLV. p. 302=175.

217. χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει,] Schol. σὲ pro δέ. Hunc versum citat Schol. ad Sophoclis Oed. C. 171. Ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν, | εἴκοντας ἃ δεῖ κακούοντας. Euripides Suppl. 892. πρῶτον μὲν (ὡς χρὴ τοὺς μετοικοῦντας ξένους) | λυπηρὸς οὐκ ἦν οὐδ' ἐπίφθονος πόλει, | οὐδ' ἐξεριστὴς τῶν λόγων, ὅθεν βαρὺς | μάλιστ' ἂν εἴη δημότης τε καὶ ξένος Cicero de Officiis I. 34. *Peregrini autem et incolae officium est, nihil praeter suum negotium agere, nihil de alieno anquirere, minimeque in aliena esse republica curiosum.* [Pro προσχωρεῖν usitatius esset συγχωρεῖν. Euripides El. 1052. γυναῖκα γὰρ χρὴν πάντα συγχωρεῖν πόσει, | ἥτις φρενήρης. *Ex Aldendis.*]

218, 9. *οὐδ' αὐτὸν ἤνεσ', ὅστις αὐθαδὴς γεγὼς, | πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο.*] Rom. B. C. Lasc. B. Stobaeus, *πολίταις*. Rom. A. D E. Lasc. A. *πολίτης*. In Rom. A. supra scriptum *αις*.

222. *κατθανεῖν χρῄζω, φίλαι.*] Lasc. *χρῄζω* hic et v. 1366. Recte *χρῄζων* v. 665. 1181. Idem *ἦ* v. 368. 578. *ὁρᾷς* v. 398. *πατρώων* v. 420. *ἀφήρουν* v. 444. *τῶδε* v. 535. *λῶστα* v. 559. *ὥπτειρε* v. 640. *χρῄζῃ* v. 734. *πατρώους* v. 783. *ἄλλη* v. 969. *ἀγνωσία* v. 1173. *κακισθῆς* v. 1215. *ξυνωδὰ* v. 1237. *ἄλη* v. 1252. et alia fortasse. Lasc. A. etiam *πατρώας* v. 55. *ὥσῃ* (sic) v. 40. *νικᾶ* v. 125. *λῶστα* v. 126. *ὠδαῖς* v. 194. *ἤνεσ'* v. 218. *βία* v. 237. *λελησμένη* v. 251. Haec recte scripta exhibet Lasc. B. Ceterum Rom. C. *φίλα*.

223. *ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα γιγνώσκειν καλῶς,*] Sophocles Oed. T. 314. *ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν*. Id est, auctore Brunckio, *in te omnis posita est spes nostra*. Idem Oed. C. 247. *ἐν ὑμῖν γὰρ, ὡς θεῷ, | κείμεθα τλάμονες*. Ibid. 592. *Ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη*. Aj. 519. *ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι*. Euripides Alc. 279. *ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή*. Aristophanes Ach. 472. *ἐπελαθόμην| ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα*. Plura Valckenarius ad Phoen. 1256. qui cum nostro loco comparat Terentianum, *in quo nostrae spes opesque omnes sitae*, Adelph. III. 2. v. 32.

*Ibid.* Rom. E. *γιγνώσκειν καλῶς*. Rom. A. B. C. D. Schol. *γινώσκειν καλῶς*. Hanc scripturam histrionibus tribuere videtur scholiastes, ex cujus verbis elicere nequeo quid scribendum censuerit. Ea in ed. Ven. ita se habent: *Κατθανεῖν χρῄζω.*) *τοῦτο ἐν ἤθει ἀπαπεφώνηται. Κάκιστος ἀνδρῶν ἐν ᾧ ἦν μοι πάντα, κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηκεν. οἱ δ' ὑποκριταὶ οὐ συμπεριφερόμενοι τῷ τρόπῳ, λέγουσι γινώσκειν καλῶς*. Haec acutioribus corrigenda relinquo. Canterus Nov. Lect. IV. 11. *γιγνώσκω καλῶς* Euripidem scripsisse conjicit. Reiskius *γίγνεσθαι καλῶς*. Musgravius *γιγνώσκεις καλῶς*. Edidit Brunckius *γιγνώσκειν καλά*. Porsonus vero Musgravii conje-
122 cturam admisit. Matthiae vulgatam revocavit, nisi quod inter *πάντα* et *γιγνώσκειν* distinxit. An infinitivum *γιγνώσκειν* pro imperativo *γιγνώσκετε* dictum putavit? Vide ejus Gramm. Gr. §. 541. Vertit Heathius, *ille in quo bene cognoscendo summa rerum omnium mearum vertebatur*.

224. *κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηκ' οὐ 'μὸς πόσις.*] Ita aut non multo secus Rom. C. a corr. E. Lasc. ut Aldus. Rom. A. B. C. ante corr. D. *ἐκβέβηκ' οὐμὸς πόσις*. Vide ad v. 801. Erunt fortasse qui ex hac varietate legendum existiment *ἐμὸς πόσις*, cum articulus haud raro repugnante metro additus legatur. Apud Euripidem Phoen. 850. dedit Aldus, *πρὸς πατέρα τὸν σὸν, ὡς τοὐμὸν κάμνει γόνυ*. Ibid. 1083. recte Aldus, *τέθνηκεν*,

ἢ ζῇ παῖς ἐμός; σήμαινέ μοι. Male Cant. M. apud Porsonum παῖς ὑμός, Sed in imparibus sedibus praestare videntur οὑμός, τοὐμόν, οὐμοί, ceterique casus cum articulo. In quinta sede οὑμὸς aut οὐμοὶ habet Euripides Hec. 1229. Phoen. 55. Tro. 363. 932. 1240. Herc. 539. Exempla his contraria sunt Hec. 249. Τί δῆτ' ἔλεξας, δοῦλος ὢν ἐμὸς τόδε; Phoen. 485. ἀλλ' ἔχει | τυραννὶς αὐτός, καὶ δόμων ἐμὸν μέρος. Hipp. 1169. Ὦ θεοὶ, Ποσειδὸν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατήρ. Iph. T. 784. Ἄρτεμις ἔσωσέ μ', ἣν ἔθυσ' ἐμὸς πατήρ. Hel. 574. Ἦν σοι δίδωσι Τυνδάρεως, ἐμὸς πατήρ. El. 315. πρὸς δ' ἔδραισιν Ἀσιάδες | δμωαὶ στρατίζουσ', ἃς ἔπερσ' ἐμὸς πατήρ. Sed primo et tertio loco male adderetur articulus. Secundo ἐμὸν Grotio debetur. Aldus ἐμῶν, quod cum articulum salvo metro non admittat, extra controversiam positum est. Cetera non sollicito. Vide quae de quinta sede dixi ad v. 88. quaeque dicturus sum ad v. 941.

225.—29. πάντων δ'—ἄλγιον κακόν.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXIII. p. 432=509.

225, 6. πάντων δ' ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει, | γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.] Porphyrius apud Eusebium Praep. Ev. p. 466. D. τοῦ δὲ Εὐριπίδου εἰπόντος, Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτὸν, Θεοδέκτης ἐν Ἀλκμαίωνί φησι· Σαφὴς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος, | ὡς οὐδὲν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτὸν | γυναικός. Hunc locum allegat Valckenarius ad Hipp. 630. ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτόν. Ab eodem citatur Alexis apud Athenaeum p. 123. F. εἶτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτόν;

226. Quod vulgo apud Euripidem legitur, γυναῖκες ἐσμέν, exhibent etiam edd. Stobaei, necnon Stephaniana Eusebii. Vigerus vero γυναῖκές ἐσμεν dedit.

227, 8. ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ | πόσιν πρίασθαι,] Schol. Χρημάτων ὑπερβόλων.) χρημάτων λέγει τῶν εἰς τὴν φωνὴν (Barnesius recte φερνήν). τοῦτο δὲ ὁ Εὐριπίδης ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν συνηθείας λέγει. οἱ δὲ ἥρωες οὐχ οὕτως ἐπλουν τοὺς γάμους, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων αὐτοὶ ἐδίδοσαν. καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν ἄλλοις περίστησι. καὶ Ὅμηρος (Il. Λ. 244.)· πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλια. ἔστι δὲ ἀναχρονισμός. οἱ γὰρ ἥρωες τὸ ἐναντίον παρεῖχον. Ab eodem errore argumentum ducit noster Hipp. 627. τούτῳ δὲ δῆλον ὡς γυνὴ κακὸν μέγα. | προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ | φερνὰς, ἀπώκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.

228, 9. δεσπότην τε σώματος | λαβεῖν.] Ita Stobaei ed. Gesneriana. Sed Trincavellus δεσπότην δὲ habet, δὲ scilicet natum e μὲν superiore versu. 125

229. κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακόν.] Rom. A. D. Par. A. τοῦτ' ἄλγιον κακόν. Rom. B. τοῦτο δ' ἄλγιον κακόν. Rom. C. Lasc. A. τοῦδε τ' ἄλγιον κακόν. Rom. E. Par. B. D. Stobaeus, τοῦτό γ' ἄλγιον κακὸν, quod admisit Musgravius. Recte Brunckius,

κακοῦ γὰρ τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον κακόν. Matthiae Aldinam revocavit, quam habet etiam Lasc. B. Aeschylus Prom. 953. Ἀλλ' ἄθλον ἔν σοι τοῦδέ γ' ἀλγίω πόροι. Malim τοῦδ' ἔτ' ἀλγίω.

2 0, 1. κἀν τῷδ' ἀγὼν μέγιστος, ἢ κακὸν λαβεῖν | ἢ χρηστόν.] Rom. C. Lasc. B. λαβεῖν. Rom. A. B. D. E. Lasc. A. λάβῃ. In Rom. A. supra scriptum γρ. λαβεῖν, in B. εἶν.

230. ὅτῳ μαλιστα χρήσεται ξυνευνέτη.] Quatuor Romani ὅτῳ, D. οὕτω. Musgravius conjicit οἵῳ. *Non male*, ait Porsonus, *sed nihil opus.*

*Ibid.* Rom. C. ξυνευνέτῃ. Rom. A. B. E. Lasc. συνευνέτῃ. Rom. D. συνευνέτης.

236, 7. κἀν μὲν τάδ' ἡμῖν ἐκπονουμέναισιν εὖ | πόσις ξυνοικῇ.] Lasc. κἀν sine accentu quod recte legitur paullo ante v. 230.

237. Rom. C. ξυνοικῇ. Rom. A. B. D. E. ξυνοικεῖ. In A. B. supra scriptum ῇ. Ceterum ordo est, κἀν μὲν πόσις εὖ ξυνοικῇ ἡμῖν ἐκπονουμέναις τάδε.

240—276. ἔξω μολὼν——ἀποστέλλεις Κρέοντ';] Haec desunt in Rom. E. e quo unum folium evulsum est.

240. ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας χόλον,] Haec scriptura, quae in nullo scripto codice adhuc reperta est, orta videtur e v. 576. ἥτις οὐδὲ νῦν | τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον. Rom. A. B. Par. E. καρδίαν ἄτης. Rom. C. καρδίαν ἄσσης, cum gl. λύπης, βλάβης. Lasc. Par. omnes praeter E. Cott. Eustathius p. 635, 14. καρδίαν ἄσης, quod admisit Musgravius. Sed Rom. D. καρδίας ἄσην, consentiente Olympiodoro apud Ruhnkenium ad Timaeum p. 247. Cujus verba sunt: Τοιαῦτα δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ὑπομενητικαί, οὐ γὰρ ἄνδρες. διὸ καὶ εἴρηται περὶ αὐτῶν· Ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας ἄσην. Hanc lectionem, cui propior est Aldina καρδίας χόλον, ei quam admiserat Musgravius praetulit Porsonus. Difficile est eligere. Cum Porsoni scriptura comparari potest quod legitur supra v. 192. στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας | εὕρετο μούσῃ καὶ πολυχόρδοις | ᾠδαῖς παύειν. Pro altera lectione facere videntur poëtae verba Bacch. 279. βότρυος ὑγρὸν πῶμ' εὗρε, κεἰσηνέγκατο θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς | λύπης, ὅτ' ἂν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς. Hesychius etiam ad hanc scripturam respicere videtur. Verba ejus sunt: Ἄσης. λύπης. Codices quoque fere omnes καρδίαν ἄσης agnoscunt. Nam ἄτης et ἄσσης solennia sunt menda pro ἄσης. Hoc igitur meo judicio recte revocavit Matthiae. De voce ἄση copiose dixit Piersonus ad Moeridis verba p. 59. Ἄση, Ἀττικῶς. ἀηδία, Ἑλληνικῶς. Apud Atticos poëtas rarius legitur. Aeschylus Ag. 134. οἷον μήτις
124 ἄσα θεόθεν πνεφά|σῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τρωίας. Ibid. 739. μηλοφόνοισιν ἄσαισιν | δαΐτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν. Ita metri caussa pro ἄτα et ἄταισιν legendum viderunt viri docti. Simile vi-

tium a Bentleio correctum vide apud Archilochum Fr. xxx. Gaisford. e) In his eo facilior fuit error, quod ἄση pro βλάβη dicitur. Nostro loco potius λύπη significat. Uterque sensus convenit Sapphus verbis, μή μ' ἄσαισι μηδ' ἀνίαισι δάμνα, | πότνια, θυμόν.

241. ἢ πρὸς φίλων τίν', ἢ πρὸς ἥλικα τραπείς.] Rom. A. B. C. D. Lasc. Par. A. φίλον τίν', quod admisit Brunckius. Ita noster Andr. 1179. ὦ σχέτλι' ἔργα παθὼν ἐγὼ, εἰς τίνα | δὴ φίλον αὐγὰς βάλλων τέρψομαι; Revocavi φίλων, propterea quod tragici libentius usurpant φίλων τις, ἐχθρῶν τις, θεῶν τις, ἀνθρώπων τις et similia, quam φίλος τις, ἐχθρός τις, θεός τις, ἄνθρωπός τις. Θεῶν habet Sophocles Oed. T. 42. 596. Ant. 598. Trach. 119. Aj. 453. 1057. Phil. 196. El. 696. Idem Aj. 998. ὀξεῖα γάρ σου βάξις, ὡς θεοῦ τινος, | διῆλθ' Ἀχαιοὺς πάντας, ὡς οἴχει θανών f).

*Ibid.* Porsonus ex conjectura ἥλικας. Quae scriptura sententiae quidem prodest, metro vero necessaria est, modo vera sint quae dixit Porsonus ad Or. 64. *Sed ubi verbum in brevem vocalem desinit, eamque duae consonantes excipiunt, quae brevem manere patiantur, vix credo exempla indubiae fidei inveniri posse, in quibus syllaba ista producatur.* Matthiae tamen ἥλικα revocavit. Idem edidit Suppl. 149. Ὁ δ' Οἰδίπου τίνι τρόπῳ Θήβας λιπών; Quod ex sua aliorumque conjectura admiserat Hermannus, παῖς post Οἰδίπου, in imam paginam relegavit Matthiae. Euripides Iph. A. 635. Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν', ὦ πάτερ, | ὑποδραμοῦσα προσβαλεῖν διὰ χρόνου. | ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν. ὀργισθῇς δὲ μή. Hos tres versus spurios pronuntiavit Porsonus. Matthiae vero solum tertium uncis inclusit. Constat igitur ejus sententiam esse, syllabam brevem in fine vocis produci posse ante τρ, χρ et similia. Edidit tamen Or. 52. παρθένον, ἐμῇ τε μητρὶ παρέδωκεν τρέφειν. Ex sola Porsoni conjectura admissum est παρέδωκεν. Aut hic παρέδωκε, aut in Medea ἥλικας scribendum erat.

242. ἡμῖν δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.] Antipater apud Stobaeum Tit. LXVII. p. 417. a Porsono allegatus: αἱ

e) Sophocles Ant. 17. οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον, οὔτ' ἀτωμένη. Hesychius: Ἀτωμένη. βλαπτομένη, στερισκομένη. Idem: Ἀσωμένη. λυπουμένη. Si utraque glossa ad eundem locum spectat, vetus est confusio verborum ἀτᾶσθαι et ἀσᾶσθαι.

f) Conjecturam meam, ὡς θεῶν τινός, Mus. Crit. Cant. T. I. p. 368. propositam, falsam esse contendit Hermannus, cujus argumentis paene persuasus sum. Euripides Bacch. 26. ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρὸς, ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν, | Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διὸς, | Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος, | εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους. Hic etiam fortasse praestat θνητοῦ τινος.

*μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι· ταύτας δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν, τὴν τοῦ ἀνδρός.*

243, 4, 5. *λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον | ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μαίνανται δορί· | κακῶς φρονοῦντες.*] Euripides Heracl. 55. *Ἦκον καθῆσθαι τήνδ' ἕδραν καλὴν δοκεῖς, | πόλιν τ' ἀφῖχθαι ξύμμαχον, κακῶς φρονῶν.* Eodem sensu *πεινῇ δόξῃ* dixit noster Iph. T. 419. *κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν* Aeschylus Pers. 454. *κακῶς εἰδότες* bis, si bene memini, Isocrates Panathenaico.

245, 6. *ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα | στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.*] Ennius apud Varronem de Lingua Lat. V. p. 60. *Ter sub armeis malim vitam cernere, quam semel modo parere.* Sic etiam Nonius v. *Cernere* c. iv. p. 632. Sed paullo post, *nam ter sub armis malim vitam cernere*, ceteris omissis. Porsonus, nescio quo auctore, *semel quam modo parire.* Incertum est, utrum metro iambico hic usus sit Ennius. Vide ad v. 209.

247. *ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος.*] Rom. C. *αὐτός.* Par. A. *αὐτὸς* supra scripto *ὁ. Olim in textu erat ὠὐτὸς*, ait Brunckius, *et glossa ὁ αὐτός.* Ipse edidit *ὠὐτὸς*, quam scripturam exhibet Aldus apud tragicum Rhes. 106. *ἀλλ' οὐ γὰρ ὠὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν | πέφυκεν*, etc. Porsonus *ἀὐτός.* Melius *αὐτός.* Schol. *Κἀμὴ ἐκεῖ λόγος.*) *οὐχὶ περὶ σοῦ ταῦτα λεχθείη. οὐ γὰρ ὁμοίας ἔχεις ἐμοὶ τύχας.* Sic ed. Ven. Deinde Lasc. *πρός σε.*

248. *σοὶ μὲν πόλις θ' ἥδ' ἐστὶ, καὶ πατρὸς δόμος,*] Euripides Hipp. 1183. *ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους, | δμῶες, πόλις γὰρ οὐκέτ' ἐστὶν ἥδε μοι.*

*Ibid.* Rom. C. *σοὶ μὲν πόλις θ'.* Lasc. *σοὶ μὲν πόλις γ'.* Rom. B. D. *σοὶ μὲν πόλις* omissa copula, de qua vide ad v. 102. Rom. A. *σοὶ μὲν γὰρ πόλις*, etiam omissa copula.

*Ibid.* Aldus *ἥδ' ἐστι.* Idem *εἰκὸς δ' ἐστιν* v. 339. *τάδ' ἐστι* v. 797. 905. *τί δ' ἐστιν* v. 1275. Lasc. Rom. A. *ἥδ' ἐστὶ* v. 248. *εἰκὸς δ' ἐστὶν* v. 339. *τάδ' ἐστὶ* v. 905. Lasc. *τάδ' ἐστὶ*, Rom. A. *τάδ' ἐστὶ*, v. 797. Lasc. *τί δ' ἐστι*, Rom. A. *τί δ' ἔστι*, v. 1275.

249. *βίου τ' ὄνησις, καὶ φίλων συνουσία.*] Rom. A. B. C. Par. A. aliique sine dubio plerique, *συνουσία.* Rom. D. Par. A. pro var. lect. *κοινωνία*, quod admisit Brunckius. Matthiae *ξυνουσία.*

251. *πρὸς ἀνδρὸς, ἐκ γῆς βαρβάρου λελῃσμένη,*] In hoc versu desinit Lasc. A. qui *λελησμένη*, ut jam monui ad v. 222. Schol. *Λελησμένη.*) *ἀντὶ τοῦ λελῃϊσμένη.*

252. *οὐ μητέρ', οὐκ ἀδελφὸν, οὐδὲ συγγενῆ*] Rom. C. Pseudogregorius v. 756. *οὐδὲ συγγενῆ.* Rom. A. B. D. Lasc. Par. A. Schol. *οὐχὶ συγγενῆ*, quod admisit Brunckius.

253. *μεθορμίσασθαι τῆσδ' ἔχουσα συμφορᾶς.*] Hervagiana prima literas *io* in margine habet, eodem modo quo in Phoenissis indicatur Jocastae persona. Hoc mendum correctum est in Hervagiana secunda, quae graviori errore *ὡς* ante *μεθορμίσασθαι* in textu exhibet. Particulam semel admissam retinuerunt omnes ante Barnesium excepto H. Stephano. *Vocabulum ὡς et versus respuit*, inquit Canterus, *nec Scholiastes agnoscit.* Ejus verba mox apponam.

*Ibid.* Lasc. *συμφοράς.* Idem contrario errore *συμφορᾶς* v. 1202.

252, 3. Schol. *Μεθορμίσασθαι.*) *λείπει τὸ ὡς. ὥστε μεθορμίσασθαι. τὸ δὲ ἑξῆς, οὐ μητέρα, οὐκ ἀδελφὸν, οὐχὶ συγγενῆ ἔχουσα, πρὸς τὸ καταφυγοῦσαν πρός τινα τούτων μεταβληθῆναι τῆς συμφορᾶς. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μεθορμιζόντων εἰς τοὺς ἀσφαλεστέρους* (f. *ἀκινδυνοτέρους* g)) *τόπους.* [Codd. *εἰς τοὺς εὐδιεινοτέρους τόπους. Ex Addendis.*] Ita fere v. 429. *σοὶ δ' οὔτε* 126
*πατρὸς δόμοι,* | *δύστανε, μεθορμίσασθαι* | *μόχθων πύρα.* Id est, *σοὶ οὔτε πατρὸς δόμοι πάρεισιν, ὥστε μεθορμίσασθαι ἐκ τῶν μόχθων.* Huc respicere videtur Hesychius: *Μεθορμίσασθαι. μεταγαγέσθαι.* Idem: *Μεθορμίζεται. μετάγεται ἀπὸ ὅρμου εἰς ὅρμον.*

254. *τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι,*] Sic Rom. C. Sed Rom. A. D. *τοσοῦτον δὲ σοῦ.* Rom. B. *τοσοῦτο δ' ἐκ σοῦ. Τοσοῦτο* veteribus Atticis abjudicavi ad Sophoclis Oed. T. 734. Si Euripidis Medea in solo Rom. B. exstaret, quis *τοσοῦτον οὖν σου* pro *τοσοῦτο δ' ἐκ σοῦ* reponere auderet?

256. *πόσιν δίκην τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν,*] Sic Rom. A. B. C. Sed *δίκην*, quod reponendum conjeceram, habet Rom. D. Ita noster infra v. 1283. *τὴν δὲ τίσωμαι δίκην* (male Reiskius *δίκῃ*). Heracl. 851. *ἠράσαθ' Ἥβῃ Ζηνί θ' ἡμέραν μίαν* | *νέος γενέσθαι, ἀποτίσασθαι δίκην* | *ἐχθρούς.* Ibid. 881. *παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε,* | *ἐχθροὺς λαβόντα μὴ ἀποτίσασθαι δίκην.* Plura exempla dedi ad Heracl. 852. Accusativum in hujusmodi locis nullo pacto cum Graecae linguae legibus conciliari posse contendit Hermannus Observationibus Criticis in Aeschylum et Sophoclem p. 64. Quod moneo, non ut summo viro veteres errores suos exprobrem, sed ut ostendam, quam facile librariis fraudi esse potuerit haec constructio. Nihil annotavit Hermannus ad Herc. 168. *οὐκ οὖν, τραφέντων τῶνδε, τιμωροὺς*

g) Euripides Temenidis Fr. xviii. *ἦλθε δ' ἐπὶ χρυσόπεπλον Ἔλαφον,* | *μεγάλων ἄθλων ἵνα δυνὸν ὑποστὰς* | *πατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους, ἐπί τε* | *λειμῶνας, ποιμένιά τε ἄλση.* Ita vulgo apud Aelianum de Nat. Anim. VII. 59. *Pro ἵνα forte κῦμα,* inquit Musgravius. Lego: *ἦλθεν δ'* | *ἐπὶ χρυσόπεπλον Ἔλαφον, μεγάλων* | *ἄθλων κίνδυνον ὑποστάς,* | *βὰς πατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους,* | *ἐπὶ λειμῶνας, ποιμένι' ἄλση τ'.* Dicitur *κίνδυνον ὑποστὰς* ut *ὑποστῆναι πόνον* Suppl. 189. 345.

ἐμοὺς | χρῄζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην. Id est, τοὺς ἐμὲ τισομένους δίκην τῶν δεδραμένων. Verbale casum verbi sui regit.

257. τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ', ἣν τ' ἐγήματο,] Rom. C. τὸν δόντα γ'. Deinde Rom. A. B. C. D. Eustathius p. 694. 24. ἣν τ' ἐγήματο. Lasc. ἣν τ' ἐγείματο. Vertunt, *et eam quam duxit.* Quo sensu ἣν τ' ἔγημεν dicturum fuisse poëtam nemo nescit. Dixit quidem grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 86, Γαμῶ ἡ γυνὴ λέγει, οὐ γαμοῦμαι. Ἀντιφάνης Ἀσώτοις. ἐγημάμην ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἔγημα. Sed eodem jure afferri possent Martialis verba, *uxori nubere nolo meae*, contra eos qui *nubere* de viro non usurpari docent. Quo sensu γαμεῖσθαι de viro dicatur, intelligi potest ex Anacreontis verbis apud Ammonium v. Γῆμαι: καὶ θαλάμοις, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν ἀλλ' ἐγήματο. Deinde, ut recte monet Porsonus, Graece non dicitur γαμεῖσθαί τινα, sed γαμεῖσθαί τινι. Vulgata igitur duplici vitio laborat. Reposui ἣ τ' ἐγήματο, eo, opinor, non invito, licet vulgatam in textu retinuerit. Constructio ut v. 502. πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας, ἣ τ' ἔσωσά σε, ubi ἥ τε significat ἐκείνην τε ἥ.

258—61. γυνὴ γὰρ—μιαιφονωτέρα.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXIII. p. 431=308. Primi duo versus etiam apud scholiasten ad Sophoclis Ant. 61.

127 258. γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόνου πλέα,] Stobaeus in ed. Trincav. γυνὴ γάρ ἐστι τ' ἄλλα μὲν φόβου πλέα. Idem in ed. Gesn. γυνὴ γάρ ἐστι τἄλλα μὲν φόβου πλέα. Schol. ad Sophoclis Ant. γυνὴ γὰρ τἄλλα φόβου πλέα. Lasc. τἄλλα, de quo alias. Rom. A. B. C. D. Lasc. Put. Burn. etiam φόβου, quod habent edd. omnes jam inde ab Hervagiana secunda. Aeschylus Prom. 695. Πρό γε στενάζεις, καὶ φόβου πλέα τις εἶ. De hac varietate vide Porsonum ad Hec. 241.

259. κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν, καὶ σίδηρον εἰσορᾶν·] Omnes libri, ni fallor, κακὴ (vel κακή) δ' ἐς ἀλκὴν, consentiente Stobaeo, necnon scholiastis ad hunc locum et ad Sophoclis Antigonam. Brunckius κακή τ' ἐς ἀλκὴν ex conjectura Tyrwhitti, quam probarat etiam Musgravius. Ego vero vulgatam revocavi. Duplex oppositio est; prima inter τἄλλα μὲν—et ὅτ' ἂν δ' ἐς εὐνὴν —; altera inter φόβου et ἀλκήν. Nam verba κακὴ ἐς ἀλκὴν idem valent quod ἀλκῆς κενή. In tali constructione recte dicitur δέ. Sophocles El. 1405. ἰὼ στέγαι | φίλων ἔρημοι, τῶν δ' ἀπολλύντων πλέᾳ [h]).

h) Ita scribo pro πλέας, quod analogiae repugnat. A masculino πλέᾳ derivatur femininum πλέᾳ. Non mirum haec neglexisse librarios, qui passim pro πλέων scripserint πλέον.

260. *ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἡδικημένη κυρῇ.*] Lasc. *εἰς εὐνήν.* Similiter vitio *εἰς ἀλκὴν* v. 259. Stobaei ed. Trincavelliana.

262, 3. *Δράσω τάδ'. ἐνδίκως γὰρ ἐκτίσῃ πόσιν, | Μήδεια.*] Rom. C. D. *δράσω.* Rom. A. B. Par. A. Mag. Cott. *δρᾶσον.* Lasc. *δράσον,* ut jam monui ad v. 1. In Rom. A. supra scriptum *δράσω.* Noster supra v. 181. *Δράσω τάδ'. ἀτὰρ φόβος | εἰ πείσω.* Sic etiam v. 897. 987.

263. *πενθεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχας.*] Rom. D. Lasc. *θαυμάσω.* Schol. *Πενθεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω.) οὐ θαυμάσω σὲ ἐπὶ τῷ πενθεῖν τὰς τύχας. δικαίως γὰρ πενθεῖς.* Futurum est *θαυμάσομαι.* Aeschylus Prom. 475. *Τὰ λοιπά μου κλύουσα, θαυμάσει πλέον.* Sic etiam Euripides Alc. 155. Iph. T. 1318.

266, 7. *Σὲ τὴν σκύθρωπον καὶ πόσει θυμουμένην | Μήδειαν εἶπον τῇδε γῆς ἔξω περᾶν.*] *Εἶπον* pro *λέγω.* Noster Suppl. 1170. *πασιν θ' ὑπεῖπον τοῖσδε τοὺς αὐτοὺς λόγους.* Ubi consulendus Marklandus. Videantur etiam Hermannus ad Vigerum n. 162. Matthiae Gramm. Gr. §. 506. Hoc *εἶπον* a *λέγω* diversum esse statuit Hermannus. *Edictum volo* reddit, vereor ne nimis subtiliter [1]). Ceterum *εἶπον* pro futuro *ἐρῶ* usurpat Aristophanes Eccl. 254. *ΓΥ. Τί δ' ἦν Νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορῇ; | ΠΡ. Τούτῳ μὲν εἶπον εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν.* Ex alterius codicis scriptura *τούτῳ μὲν εἴπουμ',* male Brunckius *τούτῳ μὲν ἂν εἴποιμ'.*

268. *φυγάδα, λαβοῦσαν δισσὰ σὺν σαυτῇ τέκνα.*] Rom. A. ante corr. *λαβοῦσα δισσά.* Rom. A. a corr. B. D. *λαβοῦσαν δισσά.* Rom. C. *λαβοῦσαν* omisso *δισσά.*

268. Rom. A. ante corr. C. D. *σὺν αὐτῇ.* Rom. A. a corr. 128
Lasc. *σὺν αὐτῇ.* Schol. *Δισσὰ σὺν αὐτῇ τέκνα.) Παρμενίσκος γράφει κατὰ λέξιν οὕτως.* etc.

272. *Αἰ αἰ, πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι.*] Hic etiam Lasc. *αἴ. αἴ.* Ita quoque v. 975. 1100. Sed v. 1366. recte *αἰ αἰ.* [Grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 353. *Αἰ ψιλούμενον καὶ περισπώμενον* (imo, *ὀξυνόμενον*) *τὸ ὄφελον σημαίνει, κατ' ἀποκοπὴν τοῦ αἴθε. δασυνόμενον δὲ ἄρθρον θηλυκὸν ἀναφορικόν. σημαίνει δὲ καὶ ἐπιῤῥήμα θρηνητικὸν περισπώμενον καὶ ψιλούμενον. ὃ καὶ διπλασιάζεται. αἰ αἰ τάλαινα. Ex Addendis.*]

273. *ἐχθροὶ γὰρ ἐξίασι πάντα δὴ κάλων,*] Pseudogregorius v. 474. *ἐξίασι.* Rom. A. B. C. D. Lasc. Mag. Schol. *ἐξιᾶσι,* quod a Barnesio admissum, a Musgravio vero neglectum, iterum admisit Matthiae. Aliud est *ἐξίασι* ab *ἔξειμι,* aliud *ἐξιᾶσι* ab

1) Euripides Ion. 550. *ΚΡ. Φεῦ. πίπονθέ τις σῇ μητρὶ ταὐτ' ἄλλη γυνή | ΙΩ. Τίς, εἰπόν. εἴ μοι ξυλλέβοι, χαίροιμεν ἄν. Εἶπον* pro imperativo accipiunt interpretes, qui Atticis est *εἰπέ.* Si sana est vulgata scriptura, Anglice vertenda, *Who, I say.* Sed malim, *Τίς, εἰπέ. καί μοι ξυλλέβοι, χαίροιμεν ἄν.* Ita noster Suppl. 143. *Τίς καὶ τίς, εἰπέ. δύο γὰρ ἐξανδᾷς ἅμα.*

ἐξίημι. Omnes edd. ἀφιᾶσιν Suppl. 242. ἀφιᾶσιν aut ἀφιᾶσ᾽ Herc. 629. Scholiastae verba sunt: Ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι,) οἱ ἐχθροὶ ὑρριοδρομοῦσι καθ᾽ ἡμῶν, καὶ ὥρμηνται πάντα τρόπον πρὸς ἡμᾶς. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὑρριοδρομούντων καὶ χαλώντων πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀρτεμῶνος (Barnesius τοὺς ἀρτεμόνας). Aristophanes Eq. 753. Νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ. Fiebat hoc vento duntaxat secundo, ait Musgravius. Contrarium est apud Sophoclem El. 355. νῦν δ᾽ ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένη δοκεῖ. Dixit etiam noster Herc. 837. ἔλαυνε, κίνει, φόνιον ἐξίει κάλων. Tro. 94. ὅτ᾽ ἂν στράτευμ᾽ Ἀργεῖον ἐξίῃ κάλως.

274. κοὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις.] Schol. Εὐπρόσοιστος.) εὐεπιβούλευτος, καὶ ῥᾳδία πρὸς τὸ διαφυγεῖν αὐτήν. Imo, πρὸς τὸ διαφυγεῖν ἄτην. Quid vero pro εὐεπιβούλευτος legendum sit, non video. Exstant apud tragicos ἀπρόσοιστος, δυσπρόσοιστος, εὐπρόσοιστος, singula apud singulos. Aesch. Pers. 91. ἀπρόσοιστος γὰρ ὁ Περσῶν | στρατὸς, ἀλκίφρων δὲ λαός. Sophocles Oed. C. 1276. πειράσατ᾽ ἀλλ᾽ ὑμεῖς γε κινῆσαι πατρὸς | τὸ δυσπρόσοιστον κἀπροσήγορον στόμα. Apud Aeschylum ὀπρόσιτον, apud Sophoclem δυσπρόσιτον ex interpretatione in nonnullis libris legitur. Apud Euripidem Pseudogregorius v. 475. εὐπρόσιτος, sed Rom. omnes, ni fallor, εὐπρόσοιστος. Derivatur a προσφέρεσθαι, quod saepe significat προσιέναι. Hinc etiam adjectivum ἀπρόσφορος, *inaccessus*, apud Euripidem Iph. A. 287.

275. ἐρήσομαι δὲ, καὶ κακῶς πάσχουσ᾽ ὅμως,] Rom. A. B. C. ἐρήσομαι. Rom. D. Lasc. Par. A. εἰρήσομαι. Multae edd. apud Sophoclem Oed. T. 1166. Ὄλωλας, εἴ σε ταῦτ᾽ εἰρήσομαι πάλιν. Cujus scripturae auctor fuit H. Stephanus. Futurum ἐρήσομαι exstat apud nostrum Hec. 988. Or. 506. Suppl. 751. 846. Tro. 945.

*Ibid.* Solus, ut videtur, Par. A. καὶ κακῶς λέγουσ᾽ ὅμως. In alio forte codice πράσσουσ᾽ reperietur, ait Brunckius. Ipse conjicit, καὶ ξένη περ οὖσ᾽ ὅμως. Vulgatam probat Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. p. 55. *Qui adversa fortuna utuntur*, ait Porsonus, *eos, quorum in potestate sunt, non audent libere alloqui.* Comparat Hecubae verba ad Ulyssem Hec. 235. εἰ δ᾽ ἔστι τοῖς θνητοῖσι τοὺς ἐλευθέρους | μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτήρια | ἐξιστορῆσαι, σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών, | ἡμᾶς δ᾽ ἀκοῦσαι τοὺς ἐρωτῶντας τάδε.

276. τίνος μ᾽ ἔκατι γῆς ἀποστέλλεις, Κρέον.] Rom. C. D. γῆς ἀποστέλλεις. Rom. A. τῆσδε γῆς ἀποστέλλεις. Hesychius: Ἀποστέλλεις. ἀπείργεις, κωλύεις. Εὐριπίδης Μηδείᾳ. Imo, ἀποπέμπεις. Vide v. 904. Rom. B. τῆσδε γῆς στέλλεις. Librarius
129 scilicet, cum in exemplo quod describebat versum justo longiorem reperisset, non vidit delendum esse τῆσδε, sed pro

ἀποστέλλεις reposuit στέλλεις. Iterum ei fraudi fuit τῇδε v. 689. Simili modo scripsit Sophocles Oed. T. 650. *Κάμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.* Librarii vero pro μέτεστιν scripserunt μέτεστι τῇσδ', quod in omnibus fere codicibus legitur. Deinde pro οὐχὶ, quod in multis reperitur, corrector dedit οὐ, quod exhibet ed. Aldina.

277. *Δέδοικά σ' (οὐδὲν δεῖ περιαμπίσχειν λόγους),*] Rom. C. περαμπίσχειν. Etiam si ferri posset anapaestus in quarta sede, hujusmodi composita, in quibus περὶ vocalem sibi subjectam habet, a tragicis extra melica non usurpari contendit Porsonus. Id jam monuerat vir doctus, qui Censurae Menstruae T. LXXIV. p. 551—60. de Etonensi hujus fabulae editione egit. Cujus verba sunt p. 555. *But where does περι occur in composition, before a word beginning with a vowel, in the Tragic dialogue* k)? Rom. A. B. D. E. Flor. Par. A. παραμπέχειν, quod admisit Brunckius. Lasc. παράμπισχειν. Put. περαμπέχειν. Par. B. D. E. παραμπίσχειν, quod reposuit Matthiae. Cott. παραμπίσχειν et παρ' ἀμπέχειν (sic). Schol. *Παραμπίσχειν. κρύπτειν.* Aut παραμπέχειν aut παραμπίσχειν legendum, nec facile dici potest utra melior scriptura. Si cui numerorum causa praestare videtur παραμπέχειν, meminerit tragicos in eadem versus sede frequenter ἀπαλλαχθεὶς usurpasse, cum potuissent ἀπαλλαγείς. Noster infra v. 591. τήνδε φευξοῦμαι χθόνα maluit dicere quam φεύξομαι. Utramque formam, ἀμπέχειν et ἀμπίσχειν usurpant tragici. Aeschylus Pers. 849. ἀτιμίαν γε παιδὸς ἀμφὶ σώματι | ἐσθημάτων κλύουσαν, ἥ νιν ἀμπέχει. Prom. 520. Ἥπού τι σεμνὸν ἔστιν ὃ ξυναμπέχεις. Apud Euripidem vero, ni fallor, haec forma non exstat. Alteram saepius usurpavit. Ita Hipp. 191. ἀλλ' ὅτι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο | σπόρος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις. Suppl. 165. πίπτων πρὸς οὖδας, γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερί. Tro. 14. δούρειος ἵππος, κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ. Ibid. 1147. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὅτ' ἂν σὺ κοσμήσῃς τάφον, | γῆν τοῦδ' ἐπαμπίσχοντες, ἀρσῦμεν δόρυ. (Hic tamen praestare videtur ἐπαμπισχόντες, de qua scriptura vide ad v. 1128.) Hel. 429. παρίστε. ναὸς ἐκβόλοις ἀμπίσχομαι. Ibid. 859. κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί. Herc. 1111. *Πάτερ, τί κλάεις, καὶ ξυναμπίσχεις πόρας;* His exemplis adductus, παραμπίσχειν nostro loco scripsi. Nihilo deterius, nec tamen melius, esset παραμπισχεῖν.

k) Sophocles Oed. T. 1505. *μή σφε περιίδῃς | πτωχὰς, ἀνάνδρους, ἐγγενεῖς ἐλωμένας.* Ita pro παρίδῃς Brunckius ex Dawesii conjectura. Isocrates Panathenaico p. 268. D. ἐδεῖτο μὴ παριδεῖν τοιούτους ἄνδρας ἀταφους γενομένους, μηδὲ πάλαιὸν ἔθος καὶ πάτριον νόμον καταλύομενον. Hic saltem legendum videtur περιιδεῖν.

278. *μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν.*] Vide an ad hunc versum pertineat scholiastae annotatio ad v. 550. *Οὐ γάρ τι δράσεις.*) *Λίθυμος μετὰ τοῦτον φέρει τὸ, σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος, καὶ μέμφεται τοῖς ὑποκριταῖς ὡς ἀκαίρως αὐτὸν τάσσουσιν.* Saltem melius post v. 278. quam post v. 550. legeretur v. 574. de quo vide suo loco et ad v. 40.

279. *ξυμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος.*] Omnes Rom. Lasc. *συμβάλλεται.* Vide ad v. 2. Hesychius: *Συμβάλλεται. λέγεται.* Scribendum videtur: *Συμβάλλεται. συλλέγεται.* Sensus verborum *ξυμβάλλεται πολλὰ τοῦδε δείματος* magis perspicuus est quam constructio. Musgravius *τοῦδε δείματος* pro *εἰς τόδε δεῖμα* dictum monet. Fortasse explicandum, *πολλὰ σύμβολα* (id est, *τεκμήρια, σημεῖα*) *ἔχεις τοῦ δεινὴ εἶναι.* Sophocles Phil. 404. *Ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφές | λύπης πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε.* De voce *σύμβολον* vide ad v. 600.

282. *κλύω δ' ἀπειλεῖν, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι,*] Rom. A. B. C. Par. A. *κλύω δ' ἀπειλεῖν.* Rom. E. Lasc. Par. B. D. Cott. *κλύω δ' ἀπειλεῖς.* Rom. D. *κλύω δ' ἀπειλῆς.* Flor. *κλύω δ' ἀπειλαῖς.* Recte Mag. *κλύω δ' ἀπειλεῖν σ'.* Quam scripturam conjectura assecutus est Tyrwhittus, admisit Musgravius. Brunckius vero *κλύω* corruptum pronunciat, quippe in quo ineptissima *ταυτολογία* sit, *κλύω, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι.* Edidit igitur ex ingenio *χόλῳ δ' ἀπειλεῖς.* Musgravii scripturam revocavit Beckius. Tautologiam defendit noster Phoen. 744. *Ἐπ' ἄνδρας αὐτοῖς φασὶν, ὡς ἤκουσ' ἐγὼ, | —ἑπτὰ προσκεῖσθαι πύλαις.* Alterum exemplum attulit Porsonus ex Hel. 1056. *βούλει λέγεσθαι, μὴ θανὼν, λόγῳ θανεῖν;* Quam scripturam a Reiskio Musgraviogue temere sollicitatam, a Brunckio vero ad Sophoclis El. 61. sine suspicione laudatam monet.

*Ibid.* Rom. B. *ἀπαγγέλλουσί μοι.* Rom. A. C. D. E. Lasc. *ἀπαγγέλουσί μοι.* In Rom. C. alterum *λ* subscriptum. Vide ad v. 27.

285, 6. *κρεῖσσον—στένειν.*] Hoc distichon habet Plutarchus de Sanitate Tuenda p. 124. B. de Vitioso Pudore p. 530. B.

285. *κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρὸς σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι,*] Rom. A. C. a corr. edd. *πρός σ'.* Rom. B. C. ante corr. *πρό σ'.* In B. alterum *σ* supra scriptum.

*Ibid.* Plutarchus p. 124. *ἀπεχθεῖσθαι.* Idem p. 530. *ἀπέχθεσθαι,* ut vulgo apud Euripidem. Constat scribendum *ἀπεχθέσθαι.* Praesens est *ἀπεχθάνομαι,* ut *αἰσθάνομαι* et *πυνθάνομαι,* aoristus *ἀπηχθόμην,* ut *ἡσθόμην* et *ἐπυθόμην* [1]).

1) Olim legebatur *ἀπέχθομαι* apud Euripidem Hipp. 1260. ubi rectius nunc legitur *ἀπάχθομαι.* Cum vero hoc compositum exemplo carere videatur, et in cod. Flor. legatur *ἀπάχθομαι,* suspicor

286. *ἢ μαλθακισθέντ' ὕστερον μέγα στένειν.*] Lasc. *σθένειν. Vide quid faciat unius literulae mutatio*, inquit Porsonus. Quid faciat unius literulae omissio, vide ad v. 184.

287. *φεῦ φεῦ.*] Lasc. *φεῦ. φεῦ.* Sic cod. Flor. *συγχέου'* pro *συγχέουσ'* v. 776.

287, 8. *οὐ νῦν με—κακά.*] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. XXXVI. p. 217=142.

287. *οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,*] Lasc. *Κρέων. Quod recipiendum esset*, ait Porsonus, *si plane constaret, longam syllabam Tragicos, cum possent, semper in fine senarii ponere.* Ea sententia si vera est, scribendum *ἀλγηδόσιν* v. 24. *ἠνάγκασεν* v. 517. *δώμασιν* v. 584. *ἀπώλεσεν* v. 1177. *ὀνείδεσιν* v. 1311. 151 Sed *Κρέων* non videtur de industria esse. Idem enim libet *Κρέον* ante vocalem habet v. 501. 550. ante consonam v. 276. Apud Sophoclem Oed. T. 637. *Κρέων* edd. pleraeque. Nonnullae etiam v. 1459. Utrobique ante consonam.

288. *ἔβλαψε δόξα, μεγάλα τ' εἰργάσατ' ἀκά.*] Stobaeus *ἔβλαψε γλῶσσα. Male quod ad sensum attinet*, ait Porsonus, *neque metro convenienter.* Dixit quidem Aeschylus Ag. 1638. *Ὀρθῶς δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις.* Idem apud Photium v. *Ὀκτώπουν: κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω.* Nec mirum, qui dixerit Suppl. 768. *εἶναι. βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν.* Sophocles etiam in initio senarii *παίδων δὲ βλαστὰς* Oed. T. 717. *πεσῶν ἔβλαστε* El. 400. aliaque ejusdem licentiae exempla exhibet. Euripides autem ne in melicis quidem talia habet, nisi semel atque iterum, auctore Porsono ad Hec. 298. Quod infra v. 1223. *ἔβλαστεν* primam corripit, choricae licentiae concedendum censet Porsonus. Corruptum judicat quod legitur El. 1013. *καίτοι δόξ' ὅτ' ἂν λάβῃ κακὴ | γυναῖκα, γλώσσῃ πικρότης ἔνεστί τις.* Defendit hanc scripturam Seidlerus exemplis ex Aeschylo et Sophocle petitis. Fortasse scripsit Euripides: *καίτοι δόξ' ὅτ' ἂν λάβῃ κακὴ, | γλώσσῃ γυναικὸς* (vel *γυναικῶν*) *πικρότης ἔνεστί τις.*

289—92. *χρὴ δ' οὔποθ'——δυσμενῆ.*] Hos quatuor versus allegat Aristoteles de Rhetorica II. 21. p. 571. B.

289. *χρὴ δ' οὔποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ,*] Hesychius: *Ἀρτίφρων. ὑγιὴς τὴν φρένα, σώφρων, συνετός.* Idem: *Ἀρτίφρονες. ὑγιεῖς ἔχουσι τὰς φρένας. ἄρτιον γὰρ τὸ ἀνελλιπές, διὸ καὶ ὑγιές.* Haud aliter vocem explicat noster Tro. 417. *οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας.* Exstat apud Homerum Od. Ω. 260. Aeschylum Theb. 784. Euripidem Iph. A. 876. Vide ad *ἀρτίδακρυς* v. 873.

Euripidem scripsisse, *οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἄρ' ἄχθομαι κακοῖς.* Sophocles Phil. 345. *λέγοντες, εἴτ' ἀληθὲς, εἴτ' ἄρ' οὐκ μάτην.*

290. *παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.*] *Ἐκδιδάσκεσθαι proprio medii verbi sensu usurpatur. Magister puerum διδάσκει, pater, qui ad magistrum discendi causa mittit, διδάσκεται. Sed haec aliquando a poëtis confunduntur.* Ita Porsonus. De medio sensu consulendus Matthiae Gramm. Gr. §. 492. c. Mediam formam activa significatione usurpat Simonides apud Gaisfordium n. liv. p. 577. *τοσσάκι δ' ἱμερόεντα διδαξάμενος χορὸν ἀνδρῶν, | εὐδόξου νίκας ἀγλαὸν ἅρμ' ἐπέβας.* Atticus dixisset *διδάξας*, ni fallor. Dicit quidem Socrates apud Aristophanem Nub. 781. *Ὑθλεῖς. ἄπερρ'. οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι.* Sed parum dubito scribendum esse *οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι.* Ibid. 127. legitur *διδάξομαι* passivo sensu pro *μαθήσομαι*, ut apud Theognidem v. 35. Euripidem Hel. 1442. De constructione *διδάσκειν σοφοὺς* vide ad Heracl. 575. Exempla suppeditat Matthiae Gramm. Gr. §. 414. 3.

291. *χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας.*] Longe insolentius *ἧς ἔχουσιν* hoc verborum ordine, quam si scripsisset, *χωρὶς γὰρ ἄλλης ἀργίας, ἧς ἔχουσιν.* Dixit tamen Sophocles El. 763. *μέγιστα πάντων ὧν ὅπωπ' ἐγὼ κακῶν.* Aliter noster Heracl.
152 152. *μόνον τοσαύτης, ἣν ἐπῆλθον, Ἑλλάδος.* Quam scripturam hodie aut non omnino, aut aliquanto timidius sollicitarem.

*Ibid.* Praeter scholiasten, nihil de hoc loco dixerunt interpretes ante Brunckium, qui primus vulgatae scripturae litem movit. Membranae pro *ἄλλης* habent *ἀλκῆς*. Hinc Brunckius: *χωρὶς γὰρ ἀλκῆς (ὄντες), ἧς ἔχουσιν ἀργίας | φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ. Χωρὶς εἶναι ἀλκῆς dicuntur*, ait, *quia a bello et forensibus contentionibus abstinent.* Hanc rationem jure improbat Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. 56. Attamen in verbis *ἄλλης ἀργίας* se haerere dicit. Conjicit igitur *αἰτίας, reprehensionis*, pro *ἀργίας*. Ejus conjecturam speciosam appellat Porsonus, qui suam quoque proponit, *αὐτῆς* scilicet pro *ἄλλης*, revocata tamen vulgata. Zimmermannus vero et Matthiae sententiae an metro melius consulant nescio. Exhibent enim eorum editiones, *χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀρετῆς* [m]). Vulgata sanissima est. Sumendum *ἄλλης πλεοναστικῶς* monet Porsonus. *Ἄλλος* saepe abundare docent Weiskius v. *Ἄλλος*, Thiemius Lexico Xenophonteo, item interpretes ad Sophoclis Oed. T. 7. Dixit Plato, exempli caussa, *τοῖς τ'*

m) Monendi sunt lectores, ne textus Porsoniani collationi, quam dedit Matthiae, nimium confidant, neque ex hujus silentio consensum duarum editionum praesumant. [Matthiae *ἀρετῆς* v. 291. *τόλμης τ'* v. 388. *μίμνει* v. 428. *ἀνδράσιν* sine praepositione v. 616. *ᾤκτειρεν* v. 648. *στίφος* v. 768. *φρονεῖς εὖ* v. 805. *χώραν* v. 821. *Ἀΐδαν* v. 1079. *ὄλβιος* v. 1199. et fortasse alia celato lectore dedit. *Ex Addendis.*]

*Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν*, Xenophon *τοῖς θεοῖς καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ*. Sed omnium aptissimum exemplum indicavit mihi Gaisfordius. Plato Symposio p. 191. A. *ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας, διὰ τὸ μηδὲν ἐθέλειν χωρὶς ἀλλήλων ποιεῖν*. Deinde optimum sensum praebet *ἀργίας*. Eos qui philosophiae literisque operam dant, *ἀργοὺς* saepe fieri, id est, rei familiaris negligentes, rebusque gerendis minus idoneos, etiam nostrorum temporum experientia docet. Si exstaret Euripidis Antiope, optimam hujus versus interpretationem praeberet Amphionis et Zethi disputatio, cujus fragmenta collegit et ordinare conatus est Valckenarius Diatrib. p. 74—87. Digna est etiam quae legatur Calliclis oratio apud Platonem Gorgia p. 484. C. ab eo loco, ubi dicitur: *φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, χαρίεν, ἐάν τις αὐτοῦ μετρίως ἅπτηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων*. Simul consulatur Routhii annotatio p. 440.

292. *φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ*.] Aristoteles in melioribus libris *πρὸς ἀστῶν*, in aliis vero *πρὸς ἀνδρῶν*. Similis diversitas apud Sophoclem Oed. C. 757. *οὐκ ἐξ ἑνὸς στελλαντες, ἀλλ' ἀστῶν ὑπὸ | πάντων κελευσθείς*. Sic pars codicum et edd. pleraeque. Aldus *ἀνδρῶν*.

*Ibid.* Schol. *Ἀλφάνουσιν.*) *εὑρίσκουσιν. ἀπὸ τοῦ ἄλφα στοιχείου*. Saepius non legitur apud tragicos. Comicorum testimonia praebet Suidas v. *Ἀλφάνει*, necnon grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 582.

293. *σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ*.] Rom A. B. C. (qui *σκαιοῖς*) *καινὰ προσφέρων σοφά*. Rom. D. *προσφέρων* 133
*καινὰ σοφά*. Rom. E. Lasc. Par. B. *καινὰ προσφέρων ἔπη*. Alteram scripturam defendere videtur Aristophanes Thesm. 1141. a Porsono allegatus: *σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ*, | *μάτην ἀναλίσκοις ἄν*. Similiter Sophocles Fr. Inc. xliv. *διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ*, | *οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς*. Utramque scripturam ab Euripide profectam credit Porsonus, *σοφὰ* scilicet in prima, *ἔπη* in secunda editione. *Cum enim esset εὐπλοφορος εἰς τὸ σοφὸς*, ait, *veterem ejus inimicum hoc vitium effugere non poterat*. Ergo ab Aristophane derisus *σοφὰ* in *ἔπη* mutavit. Hoc fieri potuisse non nego, factum esse non credo. Si conjecturis indulgere licet, censeo hanc *γνώμην* Euripidi ita placuisse, ut eam paullo immutatam in aliam fabulam transtulerit. Huic conjecturae pondus addunt verba *μάτην ἀναλίσκοις ἄν* apud Aristophanem, quae non minus Euripidis esse videntur quam superiora. Hinc ortam puto scripturae diversitatem. Nemo fere ignorat quam multos errores induxerit locorum aliquatenus similium confu-

sio. Suffecit adjectivum *πάλλευκον*, verbi caussa, ut pro candida cervice canum caput Medeae tribueretur in nonnullis hujus fabulae exemplis v. 30. Euripidem versus ex hac fabula in alias, vel in hanc ex aliis transtulisse certum est. Vide ad v. 53. 553. 676. 731. 998.

294. *δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.*] *Ἀχρεῖος inutilis* proprie significat, *φαῦλος debilis*. Utrumque *τῷ σοφὸς* opponitur. De *φαῦλος* vide Phoen. 499. Hipp. 989.

295, 6. *τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον | κρείσσων νομισθεὶς,*] Lasc. *δοκούντων εἰδέναι τί ποικίλον*. De *τί* vide ad v. 92.

296. *ἐν πόλει λυπρὸς φανῇ.*] Sic Rom. C. Sed Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. Cott. *λυπρὸς ἐν πόλει*, quod admisit Brunckius. In hujusmodi diversitatibus, ea scriptura melior censenda est, quae plures et meliores habet auctores. Qualis hic est *λυπρὸς ἐν πόλει*. Ea etiam paullo numerosior mihi videtur.

298. *σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μὲν εἰμ' ἐπίφθονος, | τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,*] Lasc. *τοῖς μέν εἰμ'*. Idem ut Aldus *τοῖσδ' ἡσυχαία*. Posteriorem versum delendum censuit Piersonus Verisim. p. 58. utpote conflatum e v. 790. *μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου*, nec sententiae convenientem. Sententiae non inconvenientem putat Reiskius, imo stabiliri a verbis *σιωπηλὸς σοφός* v. 314. Musgravius tamen Piersono obsecutus est. Par. A. hunc versum non nisi in margine scriptum exhibet. Librarium fefellit *τοῖς δ'* vel *τοῖσδ'* bis deinceps positum. Non igitur *νοθείας* argumentum haec omissio. Agnoscitur etiam versus a scholiasta. Recte tamen omissus mihi videtur.

299. *τοῖς δ' οὖν προσάντης.*] Rom. C. *τοῖσδ' οὖν*. Rom. A. B. D. E. Lasc. Flor. Par. A. B. D. Mag. Put. *τοῖσδ'* (vel *τοῖς δ'*) *αὖ*. Confusa sunt *αὖ* et *οὖν* etiam v. 300. 333. Hic *αὖ*, quod ex conjectura reponendum censuerat Piersonus, admissum voluit Musgravius, admisit Brunckius. De *προσάντης* vide ad v. 375.

234 *Ibid. εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.*] Schol. *Προσάντης.*) *ἐναντία εἰμὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις, καὶ οὐκ ἄγαν σοφή*. Hinc grammaticum legisse suspicatur Musgravius, *τοῖς δ' αὖ προσάντης εἰμὶ, κοὐκ ἄγαν σοφη*. Quam scripturam admisit Brunckius. Sed cum valde invenustum sit *προσάντης εἰμὶ* post *εἰμ' ἐπίφθονος*, scribendum conjicit Musgravius *προσάντης λῆμα*. *Verba, ut vulgantur*, ait Porsonus, *sunt Medeae modeste de se loquentis et vires suas consulto extenuantis.*

300. *σὺ δ' οὖν φοβῇ με, μή τι πλημμελὲς πάθῃς.*] Hic etiam variant libri ut superiore versu. Rom. C. *σὺ δ' οὖν*. Rom. A. B. D. E. Lasc. *σὺ δ' αὖ*. Nihil de suis dixit Musgravius.

*Ibid.* Lasc. πλημελές. Hesychius: *Πλημμελῆς· ἐμελεῖς, οὐ συνῳδὰ λέγει, ἁμαρτάνει. Πλημελής· ἀμελὴς ἢ πολεῖον πλάσσον καὶ τὰ ὁμοῖα. Pro πλάσσον legi potest πλάσσων*, inquit Schowius, *quid autem πολεῖον sit, divinent alii.* Equidem divinare nequeo. *Πλημμελής*, si audiendus est grammaticus, primaria significatione est *absonus*, nostris *out of tune.* Hinc facile deducitur significatio qua apud Euripidem aliquoties usurpatur. Participium *πλημμελήσας* exstat Phoen. 1649.

501. *οὐχ ὧδ' ἔχει μοι (μὴ τρέσῃς ἡμᾶς), Κρέον,*] Rom. C. E. *ἔχει μοι.* Rom. A. B. D. *ἔχομι.* Eadem varietas v. 706.

*Ibid.* Verba *μὴ τρέσῃς ἡμᾶς* in parenthesi sunt. Euripides Heracl. 715. *Οἵδ' οὐ προδώσουσίν σε (μὴ τρέσῃς) ξένοι.* Fr. Inc. ii. 1. *Οὗτοι προσελθοῦσ' ἡ δίκη σε (μὴ τρέσῃς) | παίσασ πρὸς ἦπαρ.* [Vide Porsonum ad Phoen. 1093. (1084.) ubi legi posset, *Ζῆ (μὴ τρέσῃς) ἔδ', ὡς σ' ἀπαλλάξω φόνου. Ex Addendis.*] Sic etiam *θάρσει.* Sophocles Oed. C. 1185. *οὐ γάρ σε (θάρσει) πρὸς βίαν παρασπάσει | γνώμης, ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται.* Hinc legendum apud Euripidem Hec. 876. *τὰ δ' ἄλλα (θάρσει) πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς.* Vulgo, *τὰ δ' ἄλλα θάρσει. πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς.*

502. *ὥστ' εἰς τυράννους ἄνδρας ἐξαμαρτάνειν.*] Statim sequitur *ἀλλ' ἐμὸν πόσιν μισῶ.* Nam verba interjacentia *δικαίως μέσων* sunt.

503. *οὐ γὰρ τί μ' ἠδίκηκας;*] Sic Rom. C. Sed Rom. A. B. D. E. Lasc. *τί γὰρ σύ μ' ἠδίκηκας*, quod tacite admisit Brunckius. Vulgatam revocavit Porsonus. Cett. *ἠδίκησας.*

503, 4. *ἐξέδου κόρην | ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν.*] Usitatior hac significatione est activa forma *ἐκδιδοῦναι*, quam usurpat noster Suppl. 133. *Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν.* Adde *ἐκδώσειν* Iph. A. 152. 687. El. 249. *ἐκδώσομεν* Iph. A. 729. *ἐκδοῦναι* ibid. 736. 964. Mediam formam usurpat Herodotus II. 47. *οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα οὐδεὶς ἐθέλει, οὐδ' ἄγεσθαι ἐξ αὐτέων· ἀλλ' ἐκδίδονταί τε οἱ συβῶται καὶ ἄγονται ἐξ ἀλλήλων.* Plato Legg. V. p. 740. C. *τοὺς δὲ ἄλλους παῖδας, οἷς ἂν πλείονς ἑνὸς γίγνωνται, θηλείας τε ἐκδόσθαι κατὰ νόμον τὸν ἐπιταχθησόμενον· ἄρρενάς τε, οἷς ἂν τῆς γενέσεως ἐλλείπῃ τῶν πολιτῶν, τούτοις υἱεῖς διανέμειν.* Demosthenes adversus Spudiam p. 1021. D. *πρῶτον δ' ἐφ' οἷς ἐξέδοτο [ὁ Πολυευκτος τὰς θυγατέρας], τούτων λάβε μοι τὴν μαρτυρίαν.* Plutarchus Theseo p. 2. A. *Πέλοψ γὰρ οὐ χρημάτων πλήθει μᾶλλον, ἢ παίδων, μέγιστον ἴσχυσε τῶν ἐν Πελοποννήσῳ βασιλέων, πολλὰς μὲν ἐκδόμενος θυγατέρας τοῖς ἀρίστοις, πολλοὺς δὲ ταῖς πολιτείαις υἱοὺς ἐγκαταστείρας ἄρχοντας.* Apud Euripidem Hel. 939. legendum auspicor *ἐκδώσομαι* pro *ἐδράσομαι.*

507. *συμφεύξει· εὖ πράσσοιτε.*] Rom. C. *εὖ πράσσετε.*

307, 8. *τὴν δὲ δὴ χθόνα | ἐᾶτέ μ' οἰκεῖν.*] Rom. C. τ *δὴ χθόνα.* Rom. D. *τήνδε χθόνα.* Rom. A. B. E. Lasc. *A. τήνδε δὲ χθόνα*, quod admisit Brunckius. In Rom. A. supra scriptum habet *δή.*

310. *Λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ',*] Scaliger infelici conject *ἄκουσα.* Dawesius p. 98. memoriae vitio *ἀκούειν.* Non e opinor eum mutatione opus esse credidisse.

548. Rom. C. D. E. φεύγει. Rom. A. φεύγη. Clemens Alexandrinus Stromat. VI. p. 740, 1. πάλιν Θεόγνιδος μὲν λέγοντος (v. 209.), Οὐκ ἔστιν φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος, Εὐριπίδης πεποίηκεν· Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος [c]). Usitatius esset πᾶς τις—φίλων. Euripides Fragm. Inc. lxxvii. Ὦ γῆρας, οἷον ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις. | καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλετ' (f. εἰς σ' ἕτοιμος) ἀνθρώπων μολεῖν· | λαβὼν δὲ πεῖραν, μεταμέλειαν λαμβάνει. Aristophanes Vesp. 620. ἤν γ' οὖν ἡμεῖς θορυβήσωμεν, | πᾶς τις φησὶν τῶν παριόντων· | Οἷον βροντᾷ τὸ δικαστήριον. Ran. 1011. Νὴ τοὺς θεοὺς, νῦν γ' οὖν Ἀθηναίων ἅπας τις εἰσιὼν | κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας. Herodotus III. 213. νῦν δ' ἅπας τις τῶν ποιμένων ἐπίσταται ξυλουργέειν ἐς τοσοῦτο. Aliter tamen Aristophanes Av. 525. κἂν τοῖς ἱεροῖς | πᾶς τις ἐφ' ἡμῖν ὀρνιθευτὴς | ἵστησι βροχοὺς, πάγίδας, ῥάβδους. Nolim huc referre Euripidem Suppl. 912. Αἰσχύνεται δὲ τἀγάθ' ἀσκήσας ἀνὴρ, | κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις.

549. παῖδάς τε θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν,] Rom. C. παῖδάς τε. Rom. A. B. E. Lasc. Par. A. παῖδας δὲ, quod admisit Brunckius. *Istud δὲ*, inquit, *refertur ad* τὸ μὲν μέγιστον v. 546.

550, 1. σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις, | εἰς ταυτὸ θείην,] De ταυτὸ vide ad Euripidis Suppl. 425. Diarii Classici T. XVI. p. 437. Licet veteres Attici ταυτὸν libentius usurpasse videantur, exstant nonnulla alterius formae exempla omni exceptione majora. Sophocles Trach. 425. Ναί. κλύειν γ' ἔφασκον, ταυτὸ δ' οὐχὶ γίγνεται | δόκησιν εἰπεῖν κἀξακριβῶσαι λόγον. Idem apud Plutarchum de Garrulitate p. 511. F. (Fragm. Inc. lxviii.) οὐ γάρ τι βουλῆς ταυτὸ καὶ δρόμου τέλος. [Euripides Bacch. 1148. τὸ σωφρονεῖν δὲ καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν, | κάλλιστον οἶμαι ταυτὸ καὶ σοφώτατον | θνητοῖσιν εἶ-

c) Similis sententia apud Euripidem Herc. 303. ἀλλὰ καὶ τόδ' ἄθλιον, | πενίᾳ σὺν οἰκτρᾷ περιβαλεῖν σωτηρίαν. | ὡς τὰ ξένων πρόσωπα φεύγουσιν φίλοι, | ἓν ἦμαρ ἡδὺ βλέμμ' ἔχειν φασὶν μόνον. Sic Aldus. Edd. recentiores ἕν τ' ἦμαρ auctore H. Stephano. Sed ne sic quidem satis concinna est oratio. Non enim τὰ ξένων πρόσωπα sed πενήτων aut φευγόντων vitant amici. Legendum ut in Aldina, addita distinctione: ὡς τὰ ξένων πρόσωπα φεύγουσιν, φίλοι, | ἓν ἦμαρ ἡδὺ βλέμμ' ἔχειν φασὶν μόνον. Dativus pluralis est φεύγουσιν, vocativus φίλοι. Chorum alloquitur Megara.

ως χρῆμα τοῖσι χρωμένοις. Plura vide ad Euripidis Suppl. 123. Diarii Class. T. XVI. p. 457. *Ex Addendis.*]

551. καὶ συναρτήσας γένος,] Rom. C. συναρτήσας. Rom. A. 168 B. D. E. ξυναρτήσας. Lasc. συναννήσας. Hesychius; συναρῶν. συνάπτων. Dixit noster Oeneo Fr. i. 5. ξυνῆψε γένναν eodem sensu quo hic ξυναρτήσας γένος.

552. εὐδαιμονοίην.] Summa hujus orationis est, tantum abesse ut novae Iasonis nuptiae priori uxori liberisque ejus quidquam detrimenti allaturae sint, ut eorum potissimum commodo prospiciens hanc cum regibus affinitatem contraxerit. Quod cum ita sit, quidni legatur εὐδαιμονοῖμεν, ut οἰκοῖμεν et σπανιζοίμεσθα? Nemo mediocriter Graece doctus plurale εὐδαιμονοῖμεν nominativo singulari ξυναρτήσας male jungi putabit. Aeschylus Eum. 141. Εὕδεις; ἀνίστω, πᾶσαν ἐκπεπτώκασ' ὕπνον, | ἐμὴν ἀθώμαθ' εἵνεκ' οὐδὲν φροιμίου ματρός. Sophocles Phil. 645. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, σπείχωμεν, ἐνδόθεν λαβὼν | ὅπως σε χρεία καὶ πόδος μᾶλλον ἔχει[d]). Aristophanes Av. 207. ἴωμεν γὰρ ἐμβὰς αὐτίκα μάλ' εἰς τὴν λόχμην, | ἕπειτ' ἀπεγείρας τὴν ἐμὴν ἀηδόνα, | καλοῦμεν αὐτούς. Schol. Καλοῦμεν αὐτούς· ἐν σχήματι εἴρηνεν ἀπὸ ἑνικοῦ εἰς τὸ πληθυντικόν. καὶ πρὸς τὸ σχῆμα τὸ γ. *Scholiastes*, inquit Kusterus, *immerito Aristophanem reprehendit, qui procul dubio scripserat* καλοῖμ' ἄν σφωΐν, *ut habet MS. Vatic. U.* Vulgatam recte se habere ostendit Brunckius. Eodem errore εὐδαιμονοίην apud Euripidem legi suspicor quo καλοῖμ' ἄν apud Aristophanem in codice Vaticano.

*Ibid.* σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ,] Non intelligo quam vim habeant haec verba in tali argumento, quamvis recte dicatur τί γάρ μ' ἔδει παίδων apud Euripidem Suppl. 789. Vertit Portus, *tibi enim quid opus est liberis?* Barnesius, *tibi enim et aliquo modo opus est liberis.* Musgravius, *tibi enim ecquid opus est liberis?* Heathio placet Buchanani interpretatio: *liberis tuae tibi | haud opus est aliis: mihi vero utile est | consulere natis per futura pignora*[e]). Quem sensum, absurdum quidem illum, at a Medeae placendae proposito alienissimum, si exprimere voluisset Jason, σοί τε γὰρ παίδων ἄλις potius dixisset. Ita ipse supra v. 545. ἄλις γὰρ οἱ γεγῶτες, οὐδὲ μέμφομαι. Admetus etiam Alc. 555. ἄλις δὲ παίδων. τῶνδ' ὕπνων εὔχομαι | θεοῖς

d) Quae ad hunc locum annotavit Erfurdtius, nihil ad rem sunt. In illo enim, ἧλιον μαρτυρόμεσθα θεὸν' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι, similibusque, formam quidem pluralem habet verbum, significationem autem singularem.

e) Sequor Heathium, qui H. Stephanum secutus videtur. Vitiosum et *haud opus est aliis*, sed utrius culpa ita legatur, typographine an ipsius Buchanani, non hujus loci est scisciture.

γενέσθαι. σοῦ γὰρ οὐκ ἐνήμεθα. Brunckius edidit σοί τε γὰρ παίδων τι δεῖ, *et tua interest liberos mihi ex nova nupta nasci.* Hic igitur aeque ac Heathius suppleudum putat ἄλλων, licet diverso sensu. Scribi etiam posse censet, σοί τε γὰρ, παῖσίν τε σοῖς, | ἐμοί τε λύει. Porsonus interrogativum τί tacite revocavit, Matthiae indefinitum τι. Ad emendationem confugiendum videtur. Praeter sententiae difficultatem, suspectum habeo dativum σοί. Accusativum plerumque usurpavit tragici. Aeschylus Prom. 86. αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως | 169 ὄχῳ τρόπῳ τῷδ' ἐκπλαθῆναι τύχης. Vide Valckenarium ad Hipp. 25. Porsonum ad Or. 659.[f]) Brunckii conjecturà παισὶν τε σοῖς nihil omnino valet. Vide an legendum, σοί τε γὰρ παίδων μέλει, *nam et tibi curae sunt liberi.* Nostri *for both your have the interest of your children at heart, and I etc.* Facile confundantur μέλει et με δεῖ, με δεῖ et τί δεῖ. Edd. plerumque μέλει pro με δεῖ habent Hel. 1440. με δεῖ pro τί δεῖ Iph. A. 1144. Haec ratio si minus placet, nullam aliam novi. Aeschylus Eum. 94. Εὕδουσ' ἄν, ὦ, καὶ καθευδουσῶν τί δεῖ; His etiam corruptum videtur τί δεῖ.

553, 4. ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις | τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι.] Λύει pro λυσιτελεῖ, de quo praeter alios dixit Brunckius ad Sophoclis El. 1005. λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδέν, οὐδ' ἐπωφελεῖ, | βάξιν παλὴν λαβόντε, δυσκλεῶς θανεῖν. Ubi scribendum suspicor ἡμῖν[g]). Dativum habet noster Hipp. 441. οὔτ' ἄρα λύει τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας, | ὅσοι τε μέλλουσ', εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών. Alc. 650. φημὶ τοιούτους γάμους | λύειν βροτοῖσιν, ἢ γαμεῖν οὐκ ἄξιον. Hesychius: Λύει. λυσιτελεῖ, ἢ ὠφελεῖ. Alterum

f) Praeter nostrum locum, verba ἓν δεῖ μόνον μοι ex Euripidis Suppl. 594. attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 385. 9. Sed non animadvertit vir doctus, δεῖ in hac loquendi ratione non esse verbum impersonale, quod si usurpasset poëta, genitivum ἑνὸς μόνου posuisset, ut Iph. T. 1052. Ἑνὸς μόνου δεῖ, τἄσθ' συγχρύψαι τάδε. Tantum abest ut dativo offendar in verbis ἓν δεῖ μόνον μοι, ut vix putem Graecum esse ἓν δεῖ μόνον με. Hoc exemplo omisso, citare poterat Euripidem Aeolo Fragm. iii. 5. ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ μέγαλα βουλεύοντας εὖ. Nisi forte legendum πόλιν. Dativum sine controversia habet Aeschylus Ag. 857. ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων πειστέον. (Hoc exemplum attulit Matthiae.) Sophocles El. 612. Ποίας δέ μου δεῖ πρός γε τήνδε φροντίδος; Aristophanes Nub. Δεινῶν δέ σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν πρὸς αὐτῶν. Non igitur suspectum habeo σοὶ δεῖ quia vitiosum est, sed tantum quia longe usitatior apud Atticos poëtas altera constructio.

g) Idem Aj. 1006. ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατὸν, εἰς ποίους βροτοὺς, | ταῖς σαῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ; Suidas v. Ποῖ habet με. Nempe fuerunt qui non probarent μοι ante ἀρήξαντα. Simili ratione propter accusativum λαβόντε invectum puto ἡμᾶς. Hinc etiam Lasc. σὲ δὲ Med. 796.

exemplum praebet nostra fabula v. 1081. Tertium citant viri docti v. 1329. Sed ejus loci ratio diversa videtur.

555, 6, 7. *οὐδ' ἂν σὺ——νομίζετε.*] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXIII. p. 453=310.

555. *οὐδ' ἂν σὺ φαίης, εἴ σε μὴ νικῶν λέγος.*] Rom. C. Mag. *νικᾷς.* Eadem varietas v. 586.

556, 7. *ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἦκεν, ὥστ' ὀρθουμένης | εὐνῆς, γυναῖκες πάντ' ἔχειν νομίζετε.*] Plenius *εἰς τοσοῦτον μωρίας*, ni fallor, ut v. 565. Quod hic perstringit Jason, defendit Menelaus Andr. 372. *τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεινὸν' ἂν πάσχοι γυνή· | ἀνδρὸς δ' ἁμαρτάνουσα', ἁμαρτάνει βίου.*

559, 60. *τὰ λῷστα καὶ κάλλιστα, πολεμιώτατα | τίθεσθε.*] *Scribi etiam ab Euripide potuit ἡγεῖσθε*, ait Valckenarius Diatrib. p. 8. qui haec promiscue usurpata monet. [Neophron, cujus verba plenius ad v. 1024. apponam: *πρὶν ἢ 'ξαμαρτεῖν, καὶ τὰ προσφιλέστατα | ἔχθιστα θέσθαι. Ex Addendis.*]

560, 1. *χρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς | παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος.*] Eandem sententiam pluribus verbis expressit noster Hipp. 616. *Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν, | γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας; | εἰ γὰρ βρότειον* 170 *ἤθελες σπεῖραι γένος, | οὐκ ἐκ γυναικῶν χρὴν παρασχέσθαι τόδε, | ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς | ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος, | παίδων πρίασθαι σπέρμα τοῦ τεκμήματος | τῆς ἀξίας ἕκαστον· ἐν δὲ δώμασι | ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ.*

560. Rom. B. C. D. E. *χρῆν.* Rom. A. *χρὴ* supra scripto *ἐχρῆν.* Hi omnes *γάρ.* Porsonus *γ' ἄρ'*, quod *γνωμικώτερον* appellat. Matthiae *χρῆν γὰρ*, ut vulgo. Vide ad v. 121. *τὸ γὰρ εὐθύεσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισιν | κρεῖσσον.* Ita noster Phoen. 1596. *πέμπει δέ με | μαστὸν πεθοῦντα, θηρσὶν, ἄθλιον, βορὰν, | οὓς σωζόμεσθα. Ταρτάρου γὰρ ὤφελεν | ἐλθεῖν Κιθαιρὼν εἰς ἄβυσσα χάσματα, | ὅς μ' οὐ διώλεσ', ἀλλὰ δουλεῦσαί τε μοι | δαίμων ἔδωκε Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην* h). Hipp. 252. *πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος. | χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους | φιλίας ὄνητοὺς ἀναπείρασθαι.*

h) Sic Aldus. Porsonus in annotatione: *ἀλλὰ δουλεύσοντά με | μοῖρ' ἐξέδωκε Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην.* Sed *δαίμων* in paucis, *μοῖρ'* in nullo codice repertum est. Plerique aut *Πόλυβον ἐξέδωκεν ἀμφὶ δεσπότην* habent, aut aliquid ei scripturae a librariis metri causa suffectum. Nequeo non suspicari, nomen proprium *Πόλυβον* in alius cujuspiam accusativi locum irrepsisse. Si scripsit Euripides *τύραννον*, ejusdem erroris exemplum erit *Πόλυβον* cujus *Μηδείας* Med. 57. aut *Πολίδην* Or. 1535. Legendum fortasse: *ἀλλὰ δουλεῦσαί τε μὲ* (sic membr.) | *τύραννον ἐξέδωκεν ἀμφὶ δεσπότην· | κτανών τ'* (vulgo *κτανεὶν δ'*) *ἐμαυτοῦ πατέρ' ὁ δυσδαίμων ἐγὼ, | εἰς μητρὸς ἦλθον τῆς ταλαπάγου λέχος.*

862. *οὕτω δ' ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.*] Rom. C. Mag. *οὕτως δ'*. Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. *γ' οὕτως*, quod admisit Brunckius. Haec scripturae diversitas suspicionem excitat, Euripidem scripsisse *οὕτως* sine *δὲ* et *καί*. Sed apud Sophoclem legitur Oed. C. 1533. *χοὔτως ἀδῆον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν | σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν*. Ant. 250. *χοὕτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά*.

864. *ὅμως δ' ἔμοιγε, κεἰ παρὰ γνώμην λέγω,*] Rom. C. *λέγω*. Rom. A. B. E. Flor. Lasc. Par. D. Put. *ἐρῶ*, quod tacite admisit Brunckius. Lasc. etiam *περὰ γνώμην*. *Quae non est varia lectio*, inquit Porsonus, *sed merus error, ut ex accentu liquet.*

[566. *Ἡ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν.*] Aeschylus Pers. 345. *Ἡ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ' ἔτι | ἤλγησ' ἀκούσας βαρβάροισι πήματα*. Euripides Phoen. 704. *Ἡ πολλ' ἐπῃλθον, εἰσιδεῖν χρῄζων σ', ἄναξ | Ἐτεόκλεες*. Hel. 771. *Ἡ πόλλ' ἀνήρου μ' ἐνὶ λόγῳ, μιᾷ θ' ὁδῷ*. Incertus Rhes. 915. *Ἡ πολλὰ μὲν ζῶν, πολλὰ δ' εἰς Ἅιδου μολών, | Φιλάμμονος παῖ, τῆς ἐμῆς ἤψω φρενός*. Plato Polit. 257. A. *Ἡ πολλὴν χάριν ὀφείλω σοι τῆς Θεαιτήτου γνωρίσεως, ὦ Θεόδωρε, ἅμα καὶ τῆς τοῦ ξένου. Ex Addendis.*]

*Ibid. Διάφορος* genitivo conjungi docet Matthiae Gramm. Gr. §. 344. Ita noster Iph. A. 402. *Οἶδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων | μύθων. καλῶς δ' ἔχουσι φείδεσθαι τέκνων*. Notandum igitur *πολλοῖς διάφορος*, cujus constructionis alterum exemplum in promtu non habeo.

569, 70. *γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν, | τολμᾷ πανουργεῖν, ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός.*] Reiskius *γλώσσην γὰρ ἀσκῶν*. Infeliciter sane. Nam *γλώσσην* barbarum est, *ἀσκῶν περιστελεῖν* aeque soloecum ac *μανθάνων λέξειν*. Vix opus est ut moneam *αὐχῶν* hic pro *δοκῶν* accipiendum esse, ut apud Euripidem Heracl. 852. *πόσον τιν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν, | πόσον τινὰ στεναγμὸν, οἰμωγὴν θ' ὁμοῦ*[1]*)*; Exempla passim occurrunt. Huc spectant scholiastae verba quinquaginta versuum intervallo a praecedentibus separata: *τοῦ πράγματος οὐ καλῶς ἔχοντος. αὐχῶ παρυκρύπτειν. πανουργεῖ.*
171 *τολμᾷ.* Legendum: ****τοῦ πράγματος οὐ καλῶς ἔχοντος, αὐχῶν παρακρύπτειν, πανουργεῖν τολμᾷ*. Male *παρακρύπτειν*. *Περιστελεῖν* enim *κοσμήσειν* significat.

1) Ita legendum ex emendatione H. Stephani. Codd. E. G. auctore Musgravio, *πόσον τιναγμόν*. Fallitur. E. quidem *πόσον τιναγμόν* habet, sed G. totidem literis *πόσον τινα στεναγμόν*. Nec nisi in accentu disse cit Rom. C. qui *ποσόν τινα στεναγμὸν* habet.

571, 2. *ὡς καὶ σὺ μὴ νῦν εἰς ἐμὲ εὐσχήμων γένῃ, | λέγειν τε δεινός.*] Schol. *Εὐσχήμων φαίνῃ.*) *ἀντὶ τοῦ συσχηματίζων τοὺς λόγους, πρὸς τὸ συναρπάζειν ἐμέ. τουτέστι κοσμίως τὸ λέγειν. An legebat φανῇς*, inquit Porsonus. Contrario errore *γένῃ* pro *φανῇ* v. 587. habet grammaticus. Hic addit: *τὸ δὲ μὴ νῦν κατὰ Ἀττικοὺς παραπέμπεται.* Scribendum igitur *μή νυν.*

572. *ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος.*] Sic Rom. C. *οὖν* in litura scripto. Fortasse legebatur in eo quod nunc legitur in Flor. *ἓν γὰρ ἂν κτενεῖ σ' ἔπος.* Rom. A. *ἓν γὰρ κτενεῖ σ' ἔπος.* Rom. B. *ἓν κτενεῖ τοιγάρ σ' ἔπος.* Rom. D. E. *ἓν γάρ σε κτενεῖ* (D. *τεκνεῖ*) *ἔπος.* Par. B. D. *ἓν γὰρ σ' ἐκτενεῖ ἔπος.* Lasc. Par. A. E. Mag. Put. *ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος.* Aut nihil mutandum censet Musgravius, aut legendum, *ἓν γὰρ ἓν κτενεῖ σ' ἔπος.* Brunckius *ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος* edidit. Compositum *ἐκτείνειν* Graecis ignotum fuisse monet Porsonus. Ipse edidit *ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος*, consentiente praeter codices Eustathio p. 672, 60. qui *ἐκτενεῖ* explicat *ἐκπαθην ῥίψει*, Metaphora est a palaestra ducta, ut *ἔχεσθαι μέσος* aliaeque. Eustathium a codd. suis deceptum, recte autem vulgo legi *ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος*, censet Valckenarius Diatrib. p. 152. cui codicum lectiones ignotas fuisse monet Porsonus. Magna scripturae diversitas quae in illis conspicitur, librariorum inscitiae tribuenda est. Futurum *ἐκτενεῖ* ex *ἐκ* et *τενεῖ* compositum est. Ita noster Bacch. 829. *Κόμην μὲν ἐπὶ σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ.* Hoc cum nescirent librarii nonnulli, scirent autem futurum indicativi augmentum non recipere, *κτενεῖ* pro *ἐκτενεῖ* reposuerunt. Alii de metro magis solliciti syllabam quae exciderat variis modis supplere conati sunt.

575, 4. *χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα μὴ κακὸς, πείσαντι με | γαμεῖν γάμον τόνδ', ἀλλὰ μὴ σιγῇ φίλων.*] Rom. C. *πείσαντί με.* Rom. A. B. E. Lasc. Mag. Burn. Scaliger, *πείσαντά με*, quod exhibent omnes edd. recentiores ante Porsonum, qui dedit *πεισαντ' ἐμέ.*

575. *Καλῶς γ' ἂν οὖν μοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ,*] Rom. A. B. D. E. Par. A. *καλῶς γ' ἂν οὖν.* Rom. C. Flor. *καλῶς γὰρ οὖν.* Deinde Rom. C. *μοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ.* Rom. D. *σοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ.* Rom. A. B. Flor. Par. A. *σὺ τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ*, quod admisit Brunckius. Rom. E. Lasc. Par. B. D. *τῷδ' ἐξυπηρέτεις* (Lasc. *ἐξυπηρέτης*) *λόγῳ*, quod admisit Porsonus. Matthiae ut Aldus.

578, 9. *Οὐ τοῦτό σ' εἶχεν, ἀλλὰ βάρβαρον λέχος | πρὸς γῆρας οὐκ εὔδοξον ἐξέβαινέ σοι.*] Reiskius *πρὸς γῆρυν οὐκ εὔδοξον, in famam non gloriosam.* Sed *γῆρυς famam* non significare monet Musgravius. Schol. *οἷον, ἀδόξιαν ἡγοῦ τὸ μέχρι γήρως βαρβάρῳ*

συνοικῆσαι. Idem paullo ante: Οὐ τοῦτο ὃ εἶχεν.) ἀντὶ τοῦ, οὐ ταύτην ἔχων τὴν διάνοιαν ἔγημας.

580, 1. Εὖ νυν τόδ' ἴσθι, μὴ γυναικὸς οὕνεκα | γῆμαί με λέκτρα βασιλέως, ἃ νῦν ἔχω·] Usitatior constructio esset γήμαντά
172 με. Οἶδα enim participium plerumque adsciscit, quod post alios monuit Matthiae Gramm. Gr. §. 547. 2. p. 788. Exempla praebet haec fabula οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν | σεμνοὺς γεγῶτας v. 210. οἶδα δὲ χθόνα | φεύγοντας ἡμᾶς καὶ σπανίζοντας φίλων v. 805. μῶν τιν' ἀγγέλλων τύχην | οὐκ οἶδα v. 977. Infinitivum habet Aeschylus Pers. 173. Εὖ τόδ' ἴσθι, γῆς ἄνασσα τῆσδε, μή σε δὶς φράσειν | μήτ' ἔπος μήτ' ἔργον, ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ [k]). Ibid. 337. Πλήθους μὲν ἂν σάφ' ἴσθ' ἕκατι βαρβάρους | ναυσὶν κρατῆσαι. Ibid. 431. εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι, μηδάμ' ἡμέρᾳ μιᾷ | πλῆθος τοσουτάριθμον ἀνθρώπων θανεῖν. Ibid. 435. Εὖ νυν τόδ' ἴσθι, μηδέπω μεσοῦν κακόν. Nam μεσοῦν pro infinitivo quam pro participio accipere malo. Euripides Iph. A. 1005. ὡς ἕν γ' ἀκούσασ', ἴσθι μὴ ψευδῶς μ' ἐρεῖν. Tro. 916. ἐγὼ δ' ἅ σ' οἶδα διὰ λόγων ἰόντ' ἐμοῦ | κατηγορήσειν, ἀντιθεῖσ' ἀμείψομαι | τοῖς σοῖσι τἀμὰ καὶ τὰ σ' αἰτιάματα. Sic etiam ἐπίσταμαι apud Sophoclem Ant. 1092. ἐπιστάμεσθα δ', ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ | τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα, | μηπώποτ' αὐτὸν ψεῦδος εἰς πόλιν λακεῖν. Idem El. 616. Εὖ νυν ἐπίστω τῶνδέ μ' αἰσχύνην ἔχειν, | κεἰ μὴ δοκῶ σοι [l]).

581. Vereor ut dici possit γῆμαι λέκτρα βασιλέως eodem sensu quo dicitur παῖδα γῆμαι βασιλέως v. 541. Apud tragicos λέκτρα βασιλέως aut regem aut regis uxorem significat, nunquam regis filiam. Dicit Menelaus apud Euripidem Hel. 790. Ἦ γὰρ γαμεῖν τις τἄμ' ἐβουλήθη λέχη; Sed ibi de Helena sermo est, non de Hermiona. Majoris momenti sunt ejus verba ibid. 644. ἔχω τὰ τοῦ Διὸς λέκτρα Λήδας τε [m]). Si Helena re-

k) Vulgo μή σε δὶς φράσαι. Similis sententia apud Euripidem Hel. 341. Θέλουσαν οὔ με δὶς (vulgo οὐ μόλις) καλεῖς.

l) Idem Phil. 1329. καὶ παῦλαν ἴσθι τῆσδε μήποτ' ἐντυχεῖν | νόσου βαρείας, ὡς ἂν αὐτὸς ἥλιος | ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν. Ita vulgo. Schaeferus Meletem. Crit. p. 86. μήποτ' ἂν τυχεῖν, nescio an melius quam μήποτ' ἂν τυχὼν, quae mea conjectura est Mus. Crit. Cant. T. I. p. 476.

m) Hoc exemplum attulit Reisigius p. 280. Euripidis versus ab eo post alios tentati ita fere constituendi mihi videntur: ΕΑ. Γίγηθα. κρατὶ δ' ὀρθίας ἐθείρας | ἀνεκτέρωκα, καὶ δάκρυ σταλάσσω. περὶ δὲ γυῖα χέρας ἔβαλον, ἀδυνὰν, | ὦ πόσις, ὡς λάβω. | ΜΕ. Ὦ φιλτάτα πρόσοψις, οὐκ ἐμέμφθην. | ἔχω τὰ τᾶς Διός τε λέκτρα Λήδας θ', | ἂν ὑπὸ λαμπάδων κόροι λευκόπω | λοι ξυνομαίμονές τ' ὤλβισαν, ὤλβισαν | τὸ πρόσθεν, ἐκ δόμων δὲ νοσφίσας ἐμοῦ, | πρὸς ἄλλαν ἐλαύνει θεὸς ξυμφορὰν τᾶσδε κρείσσω. | τὸ κακὸν δ' ἀγαθὸν σέ τε κἀμὲ συνάγαγεν πάλιν | χρόνιον, ἀλλ' ὅμως ὀναίμαν τύχας.

cte dicitur τὰ τοῦ *Διὸς λέκτρα*, quidni Creontis filia *λέκτρα βασιλέως* dicatur? Sed vix quemquam esse arbitror, cui non magis placeat Schaeferi emendatio τὰ τῆς *Διὸς λέκτρα*. Objici potest etiam quod dixit Sophocles Trach. 793. τὸ *δυσπάρευτον λέκτρον ἐνδατούμενος | σοῦ τῆς ταλαίνης, καὶ τὸν Οἰνέως γάμον | οἷον κατακτήσαιτο λυμαντὴν βίου*. Si Hercules τὸν *Οἰνέως γάμον κατακτήσασθαι* dicitur, erunt fortasse quibus Jason *γῆμαι παῖδα βασιλέως* recte dici videatur. Respondeo, *γάμον* hic *πῆδος* sive *affinitatem* significare, quo sensu non reperitur *λέκτρον*, *λέχος* aut *εὐνή*. Si *Οἰνέως λέχος* dixisset Sophocles, temere *λέκτρα βασιλέως* me sollicitasse faterer. Si per metrum licuisset, libenter reposuissem *λέκτρα βασιλίδος* aut *λέκτρα βασιλείας*. Cum neutrum horum versus admittat, reposui *λέκτρα βασιλέων*. Singulare *βασιλεὺς regem* semper significat, plurale *βασιλῆς* interdum *reginam*. Noster Tro. 99. *οὐκέτι Τροία | τά-* 175
*δε, καὶ βασιλῆς ἐσμεν Τροίας*. Hecuba de sua fortuna loquitur. Simili ratione dativus pluralis *δεσπόταις herae* significat v. 805. ubi *δεσποίνῃ* metro, *δεσποίναις* vero et metro et sententiae adversaretur. Vide ad *σοφοὶ* v. 379. Porro *λέκτρα βασιλέων*, etiam si Creontis filia recte diceretur *λέκτρα βασιλέως*, nihilo deterius esset. Dixit Jason v. 443. *κἀγὼ μὲν οὐκ βασιλέων θυμουμένων | ὀργὰς ἀφῆρουν*. Medea v. 683. *Ἀνδρῶν τυράννων κῆδος ἡρέσθη λαβεῖν*. Plerique libri *λέκτρα τυράννων* v. 138. [u]).

582, 3, 4. *ἀλλ' ὥσπερ εἶπον καὶ πάρος, σῶσαι θέλων | σὲ, καὶ τέκνωσι τοῖς ἐμοῖς ὁμοσπόρους | φῦναι τυράννους παῖδας, ἔρυμα δώμασι.*] Rom. A. (qui ante corr. *ἁμοσπόροις* habet) B. C. E. Flor. Lasc Par. omnes, Mag. *φῦσαι*, quod admisit Musgravius.

585, 6. *Μή μοι γένοιτο—φρένα.*] Hoc distichon legitur apud Stobaeum Tit. XCIII. p. 507=377. Priorem versum citat Plutarchus de Liberis Educandis p. 25. B. Scholiastes Aphthonii apud Aldum p. 8. l. antepenult.

585. *Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος.*] Grotius apud Stobaeum *πικρὸς* edidit. Sic etiam cod. Vossianus, monente Gaisfordio. Codex Par. quo usus est Brunckius, *λυπρὸς* exhibet, ut vulgo. Consentiunt Plutarchus et scholiastes Aphthonii. Schol. Eurip. *Λυπρὸς εὐδαίμων.*) *ἀντὶ τοῦ λυπηρὸς κατὰ ἔλλειψιν τοῦ η, ὡς καὶ τὸ δοῦλος δύηλος ὢν παρὰ τὴν δύην, ὃ σημαίνει τὴν ταλαιπωρίαν.* Idem paullo post integrum versum citat ut vulgo legitur.

u) Euripides Iph. A. 582. *τίς ἀδελφὸς εἶ; τεῶν κέκρησαι; λέκτρ' ἐρᾷς χρηστὰ λαβεῖν;* Heathius *λέκτρα χρήσ' ἐρᾷς λαβεῖν*, quod admisit Matthiae. Olim emendavi *λέκτρ'. ἐρᾷς χρηστῆς λαβεῖν.* Ita Noster Fragm. Inc. olvii. 2. *ὁ μὲν γὰρ ἄλλης λέκτρον ἱμείρει λαβεῖν.* Nunc malo *χρηστῶν* propter plurale *λέκτρα*.

586. *μηδ' ὄλβος, ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.*] Rom. C. E. *κνίζοι.* Rom. A. B. D. Mag. *κνίζει.* Sic etiam Stobaei ed. Trincavelliana et cod. Vossianus. Euripides Erechtheo Fr. i. 30. *ἀλλ' ἔμοιγ' εἴη τέκνα, | ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι, | μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.* Aliter Tro. 384. *σιγᾶν ἄμεινον ταῖσδε χρὰ, μηδὲ μοῦσά μοι | γένοιτ' ἀοιδὸς, ἥτις ὑμνήσει κακά.*

587. *Οἶσθ' ὡς μετεύξῃ καὶ σοφωτέρα φανῇ;*] Aldus, *οἶσθ' ὡς με τεύξῃ καὶ σοφωτέρα φανῇ.* Paullo melius Lasc. *οἶσθ' ὡς με τεύξῃ.* Interpres Latinus apud H. Stephanum, *Scis quomodo me potiaris?* Canterus *οἶσθ' ὡς μετεύξῃ.* Voluit *οἶσθ' ὡς μετεύξῃ,* sed accentum mediae vocis delere oblitus est. Portus ab interprete Latino deceptus Aldinam scripturam revocavit. Vertit, *Scisne quomodo mei compos fies, et sapientior videberis.* Tandem Barnesius e schol. *οἶσθ' ὡς μετεύξῃ, scisne quomodo preces contrarias facias.* Scholiastae verba sunt: *Οἶσθ' ὡς μετεύξῃ.) τοῦτο κατὰ ἐρώτησιν. οἶσθα, φησὶν, ὡς σε ἔδει μετεύξασθαι* (ed. Ven. *με τεύξασθαι*), *ἵνα δόξῃς τὴν εὐχὴν φρονίμως ποιεῖσθαι. νῦν γὰρ εὐήθη λόγον εἴρηκας. ὥστε τὰ χρήσιμά σοι λυπηρὰ φαίνεσθαι, μηδὲ τὴν εὐτυχίαν νομίζεσθαι δυστυχίαν. Ἄλλως. οἶσθ' ὡς μετεύξῃ καὶ τοῦτο ποιήσασα σοφωτέρα γένῃ* (sic). *Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος.) μέμφεται οὖν αὐτῆς τὴν εὐχήν. εἰ*
174 *θέλεις, φησὶ, σοφωτέραν εἶναι, μετάθου τὴν προτέραν εὐχὴν, καὶ εὖξαι μηδέποτε τὸ χρηστόν σοι λυπηρὸν φαίνεσθαι.* Atticam secundae personae formam *μετεύξει* reposuit Porsonus. Sed ne haec quidem scriptura ex omni parte sana est. Nemo enim ignorat Attice non dici *οἶσθ' ὡς ποιήσεις* sed *οἶσθ' ὡς ποίησον.* Sophocles Oed. T. 543. *Οἶσθ' ὡς πόλησον; ἀντὶ τῶν εἰρημένων | ὧδ' ἀντάκουσον, κἄπα κρῖν' αὐτὸς μαθών.* Schol. *ἀντὶ τοῦ ποιήσεις. ἔστι δὲ Ἀττικισμός.* Hujus Atticismi exempla, quotquot apud Atticos poëtas repereram, in mea annotatione ad haec verba indicavi. Praeter grammaticos a me allegatos, dixerunt de ea constructione Hermannus ad Vigerum n. 145. Matthiae Gramm. Gr. §. 511. 4. Legendum igitur *οἶσθ' ὡς μέτευξαι (καὶ σοφωτέρα φανεῖ)*; *διὰ μέσου* sunt verba *καὶ σοφωτέρα φανεῖ.* Ita noster Tro. 721. *ἀλλ' ὡς γενέσθω (καὶ σοφωτέρα φανεῖ). | μήτ' ἀνέχου τοῦδ' (εὐγενῶς δ' ἄλγει κακοῖς), | μήτε, σθένουσα μηδὲν, ἰσχύειν δόκει.*

588, 9. *τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτὲ, | μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.*] Reiskius *φαίνεσθαι* et *δοκεῖν. Pendent hi infinitivi,* ait, *a μετεύξῃ,* optabis. Scholiastae verba, quae modo attuli, huic conjecturae, quae Musgravio placet, favere videntur. Sed praestat vulgata. Nullum hujus Atticismi exemplum novi, in quo prior imperativus, qui hic est *μέτευξαι,* aut statim, aut nonnullis verbis interpositis, alterum imperativum, vel etiam plures, ut hic *φαινέσθω* et *δόκει,* sibi

subjectum non habeat. Etiam si secus esset, praestarent φαινέσθω et δόκει. Fallitur scholiastes, cum dicit horum verborum sensum esse, μετάθου τὴν προτέραν εὐχὴν, καὶ εὔξαι μηδέποτε τὸ χρηστὸν σοι λυπηρὸν φαίνεσθαι. Imo, μετάθου ταύτην τὴν εὐχὴν, καὶ μήποτε λυπρὰ νόμιζε τὰ χρηστά.

590. Τῦρε, ἐπειδὴ σοὶ μέν ἐστ' ἀποστροφὴ,] Lasc. ἐπεὶ δὴ σοί μέν ἐστι. Rom. A. ἐπειδὴ σοὶ μὲν ἔστ'. Sic etiam Porsonus.

591. ἐγὼ δ' ἔρημος τῇνδε φευξοῦμαι χθόνα.] Notandum φευξοῦμαι praeter necessitatem usurpatum, secus ac φευξούμεθα v. 555. Similiter φευξεῖσθε Bacch. 797.

593. Τί δρῶσα; μῶν γαμοῦσα, καὶ προδοῦσά σε;] Schol. σεσημείωται τὸ γαμοῦσα. Θέλει δὲ εἰπεῖν, ἆρα τοιοῦτον ἔργον ποιήσασα; οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς ἔλεγε, ἐπεὶ εἶπεν ἂν γαμουμένη, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονος λόγον ἐφ' ἑαυτῆς μετέστρεψεν. γαμεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ, γαμεῖται δὲ ἡ γυνή.

595. Καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις.] Vertit Buchananus, a quo non dissentiunt ceteri interpretes, *Et execratur vestra me invicem domus.* Mihi vero active sumendum videtur ἀραία. Ita noster Iph. T. 774. πόμισαί μ' ἐς Ἄργος, ὦ ξύναιμε, πρὶν θανεῖν, | ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ μετάστησον θεᾶς | ἀφαγίων, ἐφ' οἷσι ξενοφόνους τιμὰς ἔχω, | ἢ σοῖς ἀραία δώμασιν γενήσομαι. Sophocles Oed. T. 1290. ὡς ἐκ χθονὸς βίψων ἐαυτὸν, οὐδ' ἔτι | μενῶν δόμοις ἀραῖος, ὡς ηὐράσατο. Trach. 1203. εἰ δὲ μὴ, μενῶ σ' ἐγὼ, | καὶ νέρθεν ὢν, ἀραῖος εἰς ἀεὶ βαρύς.

596. Ὡς οὐ πρωνοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα.] Ὡς fortiter affirmantis est, ut ἴσθι ὡς. Noster Phoen. 727. Ὡς οὐ καθέξω τειχέων εἴσω στρατόν. Olim Ἴσθι in principio addebatur, inquit Barnesius, *ex glossa*, ut puto, in textum irrepens. Illud ἴσθι in Hervagiana secunda primum legitur. Eadem particulae significatio ibid. 1658. Ὡς οὔτις ἀμφὶ τῷδ' ὑγρὰν θήσει κόνιν. Hec. 400. Ὡς τῆσδ' ἐκοῦσα παιδὸς οὐ μεθήσομαι. Andr. 254. Ὡς τοῦτ' ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν. Ibid. 588. Ὡς τήνδ' ἀπαίξεις οὖποτ' ἐξ ἐμῆς χερός. [Iph. A. 1367. ΑΧ. Ἀντέχου θυγατρός. ΚΛ. Ὡς τῆσδ' (vulgo τοῦδ') οὔνεκ' οὐ σφαγήσεται. Hel. 837. Ὡς οὐκ ἄχρωτα γόνατ' ἐμῶν ἕξει χερῶν. *Ex Addendis.*] Sophocles Oed. C. 861. Ὡς τοῦτο νῦν πεπραξεται, | ἢν μή μ' ἐ πραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ. Aj. 39. Ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι. Ibid. 98. Ὡς (vulgo ὥσθ') οὗτος Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

*Ibid.* Schol. Οὐ πρωνοῦμαι.) ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀποπρωνοῦμαι περὶ τῶν τοιούτων οὐδὲν πρὸς σέ, μαθήσῃ δὲ τούτων τὰ πολλά. Male. Κρωνοῦμαι *litigabo* significat, ut recte a Portо aliisque explicatum est. Aristophanes Nub. 66. τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθ', εἶτα τῷ χρόνῳ | κοινῇ ξυνέβημεν, καθέρμεθα Φειδιππίδην.

597, 8. ἀλλ' εἴτε βούλει παισὶν ἢ σαυτῇ φυγῇ | προσωφέλημα

*χρημάτων ἐμῶν λαβεῖν*,] Rom. A. a corr. B. C. *ἀλλ' εἶτε*. Rom. A. ante corr. D. E. *ἀλλ' εἴτε*.

597. Lasc. *βούλῃ*. Item v. 838.

*Ibid.* Omnes Rom. Flor. Par. B. D. Cott. *σαυτῆς φυγῆ*. Sie etiam ex conjectura Scaliger et Duportus. Admisit hanc scripturam Barnesius. Vulgatam *σαυτῇ φυγῇ* recte se habere putat Reiskius, qui vertit, *Si vis filiis aut tibi sumere e meis opibus adminiculum fugae.* Quo sensu defendi fortasse posset *φυγῇ*, sed praestat *φυγῆς*, quod Reiskio in mentem non venisse miror. Lasc. Par. E. Mag. Put. *σαυτῇ φυγῆς*, quod admisit Musgravius.

598. Rom. A. ante corr. *προσωφέλιμα*.

599. *λέγ'. ὡς ἕτοιμος ἀφθόνῳ δοῦναι χερί*,] Noster Phoen. 975. *αὐτὸς δ' (ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ) θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον.* Heracl. 502. *ἐγὼ γὰρ αὐτῇ, πρὶν πελευσθῆναι. γέρον, | θνήσκειν ἑτοίμη, καὶ παρίστασθαι σφαγῇ.* Priore loco Aldus *ἕτοιμός εἰμι* edendo versum uno pede longiorem reddidit. Neque defuerunt qui *θνήσκειν* magis quam *εἰμὶ* delendum censerent. Praeter Valckenarium, consulendus de hac ellipsi Matthiae Gramm. Gr. §. 505. cum scriptoribus ab eo indicatis. Euripides *εἰδέναι πρόθυμος* dixit Hel. 1539.

600. *ξένοις τε πέμπειν σύμβολ'*,] Schol. *οἱ ἐπιξενούμενοι τισίν, ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατέλιμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα εἰ θέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλιον, ἀνανεοῖντο τὴν ξενίαν. Εὔβουλος Ξούθῳ· Τί ποτ' ἐστὶν ἅπαντα διαπεπρισμένα ἡμίσεως. ἀκριβῶς περ εἰς τὰ σύμβολα. οὕτως Ἑλλάδιος.* Ed. Ven. *ἐπιξενῶσθαι* et *ἀνενεοῦντο*. Eubuli verba sic corrigit Reisigius p. 278. *τί ποτ' ἐστὶν ἅπαντα διαπεπρισμένα | ἡμίσε' ἀκριβῶς, ὥσπερ εἰς τὰ σύμβολα;* Malim *ὡσπερεὶ τὰ σύμβολα.* Aristophanes Vesp. 1102. *ξυλλεγέντες γὰρ καθ' ἑσμούς, ὡσπερεὶ τἀνθρήνια.* De hospitali tessera dixit Samuel Petitus Miscell. I. 1. a Barnesio allegatus.

*Ibid. οἳ θράσουσί σ' εὖ*.] Rom. C. a corr. E. *οἳ θράσουσί σ' εὖ*. Rom. C. ante corr. *οἳ θράσουσ' εὖ*. Rom. A. B. *οἱ θράσουσιν εὖ*.

602. *λήξασα δ' ὀργῆς, περδανεῖς ἀμείνονα*.] Omnes Rom. *ἀμείνονα*. Par. [illegible] *οὐ μείονα*.

176 603, 4. *Οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἄν, | οὔτ' ἄν τι δεξαίμεσθα, μηθ' ἡμῖν δίδου.*] Reiskius *οὐδ' αὖ τι δεξαίμεσθα*, nescio quo consilio. Deinde Rom. C. *μὴ δ' ἡμῖν δίδου*. Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. *μήθ' ἡμῖν δίδου*, quod admisit Brunckius.

605. *κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει*.] Clemens Alexandrinus Stromat. VI. p. 740, 12. *ἔτι Εὐριπίδου μὲν ἐν τῇ Μη-*

θείᾳ εἰπόντος; Καιτοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει, Σοφοκλῆς ἐν τῷ Αἴαντι τῷ μαστιγοφόρῳ ἐκεῖνό φησι τὸ ἰαμβεῖον (v. 666.), Ἐχθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. Rectius scholiastes, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα, ut vulgo apud Sophoclem. Hinc liquet Euripidis Medeam Sophoclis Ajace antiquiorem esse, Porphyrii saltem sententia, modo sua a Porphyrio acceperit Clemens.

608, 9. σοὶ δ' οὐκ ἀρέσκει ταγάθ', ἀλλ' αὐθαδίᾳ | φίλους ἀπωθεῖ.] Rom. A. ante corr. B. a corr. αὐθαδείᾳ. Perpetua in his formis confusio [x]).

609. τοιγὰρ ἀλγυνῇ πλέον.] Flor. ἀλγυνεῖ, monente Valckenario ad Phoen. 576. Simile est ἐκπεσεῖ, quod habet Rom. C. v. 438. Recte quidem, sed non consulto, nisi consulto ξυνοικεῖ pro ξυνοικῇ quatuor Romani v. 237.

612, 3. νύμφευ'. ἴσως γὰρ (σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται) | γαμεῖς τοιοῦτον, ὥστε σ' ἀρνεῖσθαι, γάμον.] Lasc. ἴίως et τοσοῦτον, duabus literis transpositis.

612. Aristophanes Plut. 114. οἶμαι γὰρ, οἶμαι (ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται) | ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας, | βλέψαι ποιήσας. Comicum ad nostrum locum respexisse putat Valckenarius ad Phoen. 615.

614, 5, 6. Ἕρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν | ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν, | οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἀνδράσιν.] Revocavi Porsoni emendationem παρέδωκαν ἐν ἀνδράσιν, quam celato lectore repudiarat Matthiae. Ita noster v. 414. οὐ γὰρ ἐν ἀμετέρᾳ γνώμᾳ λύρας | ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν | Φοῖβος ἀγητῶρ μελέων. Sophocles Oed. C. 153. ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ | προσθήσεις τάσδ' ἀράς. Plura exempla dedit Porsonus.

616, 7. εἰ δ' ἄλις ἔλθοι | Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτω.] Noster Hel. 1111. εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλά γ' ἡδίστη θεῶν | πέφυκας ἀνθρώποισιν. οὐκ ἄλλως λέγω. [Hesychius: Ἄλις. ἱκανῶς, πληρέστον (sic cod. mendose), αὐταρκές. ἔτι καὶ με-

x) Ἀναιδείη, et similia ab adjectivis in ης derivata substantiva, quae passim apud Homerum leguntur, vitiosa esse ante hos annos quindecim declaravi. Nunquam fuerunt nisi duae horum substantivorum formae. Prior est ἀναιδία sive ἀναιδίη, ut φιλία sive φιλίη. Hac sola usi sunt Homerus, Hesiodus ceterique veteres. Altera est ἀναίδεια, ut βασίλεια, regina, a solis Atticis, ni fallor, usurpata. Grammatici vero, quorum praepostera metri cura ἀναιδείην ἐκπεμένε et similia apud Homerum invexit, tertiam formam finxerunt, ἀναιδεία, ut βασιλεία, regnum, quae non magis legitima est quam φιλεία. Scribendum igitur ἀναιδίην ἐπιμμένε apud Homerum, ἀναιδίη κατοπάζῃ apud Hesiodum, ἀναιδίη δὲ καὶ ὕβρις apud Theognidem, idemque de metro statuendum quod de ης ὑπεροπλίηος aliisque sexcentis syllabae brevis inter duas longas inclusae exemplis.

τρίως, ὡς Εὐριπίδης Ἀλκήστιδι. Scilicet v. 909. ἀλλ' ἔμπας ἔχερε κακὸν ἄλις. *Ex Addendis.*]

*Ibid.* Rom. A. B. C. E. οὕτως. Quod admittendum esset, si eadem esset ratio hujus adverbii quae numeri ἕξ aut praepositionis ἐξ. Sed v. 459 omnes libri ἔχει γὰρ οὕτω ante distinctionem.

277 618, 9, 20. μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων | τόξων ἐφῆις, ἰμέρῳ | χρίσασ', ἄφυκτον ὀϊστόν.] Aliter vulgo distributi sunt hi versus, quorum primus iambelegus est prima syllaba mutilus. Similis est v. 405. καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται. Confer etiam hujus fabulae v. 408. 807. Alc. 592. 595. Idem metrum versus 617. nisi quod ille syllaba longior est. Utrumque eodem ordine exhibet Aeschylus Prom. 525. Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων | θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεύς. | μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις | θοίναις ποτινισσομένα | βουφόνους, παρ' Ὠκεανοῖο πατρὸς | ἄσβεστον πόρον. Verbis βουφόνους—πόρον respondet in antistropho versus ejus metri de quo nunc agitur, μυρίοις μόχθοις διαναιόμενον. Χρυσέων anapaestus est hic et infra v. 948. δέξεται νύμφα χρυσέων ἀναδεσμῶν. Cui respondet v. 955. νεοτέραις δ' ἤδη πάρα νυμφοκομήσει. Apud tragicos saepe legitur χρύσεος prima correpta. Primus hoc observavit Hermannus, quem vide Elem. Doctr. Metr. p. 44. Exempla praebent Sophocles Oed. T. 158. 188. Ant. 103. Euripides Iph. A. 1051. Iph. T. 1253. Tro. 520. 856. (ubi χρύσεος in κρόκεος metri caussa mutavit Barnesius) Bacch. 373. y) Heracl. 916. Herc. 351. 596. El. 192.

618. Schol. Μὴ δέποτ' ὦ δέσποινα.) τὸ ἐξῆς, μηδέποτε, ὦ δέσποινα, ἐκ χρυσέων τόξων ἐπ' ἐμοὶ ἐφίεις ἄφυκτον ὀϊστὸν, ἱμέρῳ χρίσασα. μὴ ποιήσῃς τοιοῦτον ἔρωτα ἐμπεσεῖν εἰς ἐμέ, ὦ Ἀφροδίτη, οἷον καὶ εἰς τὴν Μήδειαν. Lasc. etiam μηδέποτ', qui mox χρίσασθ' pro χρίσασ'. Observent autem tirones, Euripidem arcum ac sagittas Veneri tribuisse.

619. Rom. A. B. Schol. Eustathius p. 568, 24. ἐφῆις. Rom. C. E. Par. A. B. D. Put. Burn. ἐφείης, quod ex Porti conjectura reposuit Barnesius. Sic etiam H. Stephanus.

620. Ὀϊστὸν *in scansione ut* οἰστὸν *legendum*, inquit Barnesius. Similia monet ad Andr. 1154. ὀϊστοὶ, μεσάγκυλ', ἕκλυτοί τ' ἀμφώβολοι. *Sed ad Herc. F.* 196. *audacior factus*, inquit

y) Vulgo, ὁσία δ', ἃ κατὰ γᾶν | χρύσεα πτέρυγα φέρουσ. Barnesius χρύσεα πτερὰ ex conjectura reposuit. Musgravius aut κρύφια πτερὰ aut κρυφίων πτύχα legendum censet. Matthiae χρυσέαν πτέρυγα dedit. Quae scriptura nec metro nec sententiae satisfacit. Quis enim unquam aureas alas Proserpinae tribuit? Si legatur χρύσεα σώματα φέρουσ, utrique satisfactum erit.

Porsonus, *bene edidit μυρίους οἰστοὺς ἀφεὶς.* Moeris p. 275. *Οἰστὸς, διαυλλάβως, Ἀττικῶς. βέλος, Ἑλληνικῶς.* Photius: *Οἰστὸς διαυλλάβως Ἀττικοὶ λέγουσι βέλος.* Similia sunt *οἷς, οἰζυρὸς, Οἰλεὺς* et alia, de quibus Piersonus ad Moerin. Porsonus nostro loco dedit *οἰστόν.*

621, 2. *Στέργει δέ με σωφροσύνα, | δώρημα κάλλιστον θεῶν.*] Haec verba habet Stobaeus Tit. V. p. 63=37. Rom. C. E. *στέργει.* Rom. A. B. Lasc. Par. A. B. Mag. Stobaeus, Scaliger, *στέργοι*, quod admisit Musgravius.

623, 4, 5. *μηδέποτ' ἀμφιλόγους ὀργὰς, ἀπόρεστά τε νείκη, | θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις, | προσβάλοιμ', ὦ δεινὰ Κύπρις.*] Reiskius, *προσβάλοις μ'* (id est, *μοι*), *ὦ δεινὰ Κύπρις.* Melior scriptura esset *προσβάλοι μοι δεινὰ Κύπρις.* Sed utraque metro repugnat. Rom. C. *προσβάλοιμι.* Rom. A. B. E. Par. B. D. Put. Cott. *προσβάλοι.* Lasc. *προσβάλλοι.* Hi omnes δ' omittunt. Recte igitur Porsonus *προσβάλοι δεινὰ Κύπρις.* 178

625, 6. *ἀπολέμους | εὐνὰς σεβίζουσ',*] Schol. *Ἀπτολέμους.*) *ἐν τῷ εἶναι, ἀπτόλεμος. σεβίζουσα δὲ, προκρίνασα, προτιμῶσα.* Rom. D. *ἀπολέμους εὐνάς.* Rom. C. *ἀπτολέμους εὐνάς.* Rom. A. ante corr. *ἀπολέμους δ' εὐνάς.* Rom. A. a corr. B. Lasc. *ἀπτολέμους δ' εὐνὰς*, quod admisit Porsonus. Rom. E. *ἀπτολέμους ὁρμάς* (sic). *Aptius forsan metra congruerent*, inquit Porsonus, *si legeremus, ἀλλ' ἀπολέμους εὐνάς.* Scilicet ut cretico *χρυσέων* respondeat paeon quartus *ἀπολέμους.* Sed *χρυσέων* anapaestum esse monui. Non opus igitur ut *ἀλλ'* metri caussa addatur.

626. Omnes Rom. *σεβίζουσα* sine elisione.

626, 7. *ὀξύφρων | κρίνει λέχη γυναικῶν.*] Schol. *κρῖναι.* Edd. recentiores ante Barnesium *κρίναι.* Barnesius et sequentes omnes ante Porsonum *κρῖναι.* Reiskius *κρίνειν. Nam in vett. edd. est κρίνει*, inquit. Vertit Buchananus, *parata prompte expendere | lecti jugalis crimina.* Is igitur aut *κρῖναι* aut *κρίνειν* legendum putabat. Scaliger etiam *κρῖναι.* Buchanani interpretationem probat Heathius. Musgravius in Supplemento *ὄλψαι, rejicere, repudiare*, legendum suspicatur. Sed Rom. et Par. omnes, Flor. Lasc. Mag. Burn. *κρίνοι*, quod admisit Porsonus. Sententiam verborum *κρίνοι λέχη γυναικῶν* recte dedisse videtur Buchananus. Sed *ὀξύφρων*, quod ille *parata* vertit, idem valet quod *ὀξύθυμος* v. 513.

628. *Ὦ πάτρις, ὦ δώματ' ἐμόν,*] Omnes Rom. *ὦ δῶμα* pro *ὦ δώματ' ἐμόν.*

629—32. *μὴ δῆτ' ἄπολις γενοίμαν, | τὸν ἀμηχανίας ἔχουσα | δυσπέρατον αἰῶν' | οἰκτροτάτων ἀχέων.*] Reiskius *ἐν* (vel *σὺν*) *ἀμηχανίαις*, ut constructio sit, *ἔχουσα αἰῶνα δυσπέρατον ἐν ἀμηχανίαις ἀχέων οἰκτροτάτων.* Doricam formam *ἀμαχανίας* de meo reposui.

631. Lasc. δυσπέραστον. Vitiosus est aut hic versus aut antistrophicus 640. ᾤκτειρε παθοῦσαν [z]).

632. Musgravius in Annotatione οἰκτρότατον ἀχέων, quod admisit Brunckius. Vulgatam revocavi. Vide ad v. 641.

633, 4, 5. θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμείην, | ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσα|σα.] Sic Rom. A. ante corr. C. D. E. Sed Rom. A. a corr. B. πρὶν ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσαι. Cujus scripturae auctor sententiae magis quam metro consuluit. Vulgata haud dubie sana est, licet difficilem habeat constructionem. Post verba
179 θανάτῳ πάρος δαμείην potius ἢ ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσαι quam ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα exspectares. Ita Sophocles Oed. T. 850. μὴ δῆτα, μὴ δῆτ', ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας, | ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν· ἀλλ' ἐκ θεῶν | βαίην ἄφαντος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν | κηλῖδ' ἐμαυτῷ ξυμφορᾶς ἀφιγμένην. Nec male se haberet πρίν. Idem El. 1131. ὡς ὤφελον πάροιθεν ἐκλιπεῖν βίον, | πρὶν εἰς ξένην σε γαῖαν ἐκπέμψαι, χεροῖν | κλέψασα ταῖνδε, κἀνασώσασθαι φόνου. Post verba *morte, morte prius domar*, neque *hoc die confecto*, quod apud plerosque legitur, neque *hunc diem attingens*, quod reposuit Musgravius, sed *quam hunc diem attigero* sequi debet. Quomodo autem haec interpretatio cum recepta scriptura concilianda sit, mihi non liquet.

635, 6. μόχθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερ|θεν ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθαι.] Rom. A. B. C. D. μόχθων δ' οὐκ ἄλλος. Rom. E. Burn. μόχθων οὐκ ἄλλος. Schol. Μόχθων οὐκ ἄλλος.) τῶν μόχθων τῶν ἐν ἀνθρώποις οὐδεὶς ἄλλος μείζων, ἢ τὸ στέρεσθαι τῆς πατρίδος. Hanc scripturam admisi. Sed metro convenientius esset μόχθων τίς ἄλλος, cui scripturae speciem addit similis locus apud Euripidem El. 1314. Καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους, | ἢ γᾶς πατρίας ὅρον ἐκλείπειν; *Saepe interrogativam expulit negativa*, inquit Porsonus ad Hec. 296. [a]) Nihil usitatius quam τίς ἄλλος

z) Noster Herc. 586. πέραν δ' ἀργυροῤῥύταν | Ἕβρον ἐξεπέρασ' ὄχθον | Μυκηναίῳ πονῶν τυράννῳ, | τάν τε Πηλιάδ' ἀκτάν, | Ἀναύρου παρὰ πύλας. Ita Aldus, in cujus scriptura verba Ἕβρον ἐξεπέρασ' ὄχθον male respondent antistrophico versui 401. μυχοὺς εἰσέβαινε, θνατοῖς. Hermannus ἐξεπείρασ' ὄχθαν dedit, Matthiae ἐκπέρασεν ὄχθαν. Si ἐξεπείρασε penultima correpta bonae notae esset, nostro loco reponi fortasse posset δυσπείρατον. Sed vereor ut hoc idonea auctoritate nitatur. Malim, πέρα δ' ἀργυροῤῥύτα θ' | Ἕβρου ἐξεπέρασεν ὀχθᾶν, et mox ἐσέβαινε.

a) Aristophanes Nub. 1428. σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας, καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτὶ, | ὡς τοὺς πατέρας ἀμύνεται. καίτοι τί διαφέρουσιν | ἡμῶν ἐκεῖνοι, πλὴν ὅτι ψηφίσματ' οὐ γράφουσι; Edd. omnes ante Brunckium, qui interrogativam e duobus codd. reposuit, καίτοι διαφέρουσ' οὐδέν. Euripides Oedipo Pragm. viii. νοῦν χρὴ θεᾶσθ'. οὐδέν τι τῆς εὐμορφίας | ὄφελος, ὅτ' ἄν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ. Erfurdtius ad Sophoclis Aj. 150. p. 518. τὸν νοῦν θεᾶσθ' (i. e. θεᾶσθε) reponit. Malim, νοῦν χρὴ θεᾶσθαι, νοῦν. τί τῆς εὐμορφίας etc. Ita noster

pro οὐδεὶς ἄλλος. Aeschylus Prom. 438. καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα | τίς ἄλλος ἢ γὼ παντελῶς διώρισεν; Euripides Hec. 774. Τίνος πρὸς ἄλλου; Θρῇξ νιν ὤλεσεν ξένος.

636. Rom. C. D. E. πατρίας. Rom. A. B. πατρῴας. Vide ad v. 420.

637, 8. Εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων | μύθων ἔχομεν φράσασθαι.] Omnes Rom. Lasc. ἔχω.

639, 40, 1. σὲ γὰρ οὐ πόλις, οὐ φίλων τις | ᾤκτειρε παθοῦσαν | δεινότατον παθέων.] Rom. C. Mag. σὲ γὰρ οὐ φίλων τις, οὐ πόλις. Lasc. σὲ γὰρ οὐ φίλων τίς οὐ πόλις τίς.

640. Rom. C. Mag. ᾤκτειρεν. Heathius etiam ᾤκτειρεν metri caussa. Musgravii conjecturam ᾤκτισεν admisit Porsonus. Matthiae ᾤκτειρεν.

641. Omnes Rom. Lasc. Par. A. B. D. δεινότατα, quod si maturius animadversum esset, admissurum se fuisse monet Musgravius. Admisit Brunckius, cujus verba sunt: δεινότατα, *quod metrum requirit, praestant membr.* Imo, δεινότατα metrum corrumpit, modo servetur omnium librorum lectio οἰκτροτάτων v. 632. Revocavi igitur δεινότατον, quod defendit noster El. 1226. δεινότατον παθέων ἔρεξας.

642, 3. ἀχάριστος ὄλοιθ', ὅτῳ παρέσται | μὴ φίλους τιμᾶν,] 180
Rom. A. B. Par. A. παρέστι, quod admisit Brunckius. Rom. C. D. E. πάρεστιν.

643, 4. καθαρὰν | ἀνοίξαντι κλῇδα φρενῶν.] Rom. C. ἀνοίξαντι. Rom. A. B. D. E. Par. A. ἀνοίξαντα, quod admisit Brunckius. Vide ad v. 367. 727.

645. κἀμοὶ φίλος οὔποτ' ἔσται.] Omnes Rom. Flor. Lasc. Par. A. B. D. ἐμοὶ μὲν φίλος, quod admisit Musgravius. Mox Mag. οὐκ ἔσται.

646, 7. Μήδεια, χαῖρε. τοῦδε γὰρ προοίμιον | κάλλιον οὐδεὶς οἶδε προσφωνεῖν φίλοις.] Flor. κάλλιστον, monente Valckenario ad Phoen. 538. Vide ad v. 67. 530.

647. Rom. A. B. C. Cott. φίλοις. Rom. D. E. Flor. Lasc. Mag. φίλους, quod in margine exhibet Barnesius, in textum admisit Musgravius.

648, 9. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, παῖ σοφοῦ Πανδίονος, | Αἰγεῦ.] Euripides Or. 477. (471, Pors.) Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, Μενέλεως, κήδευμ' ἐμόν. [Hipp. 1453. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, χαῖρε πολλά μοι, πάτερ. *Ex Addendis.*] De loquendi formula ὦ χαῖρε vide Porsonum ad Or. 470.

648. Schol. Σοφοῦ Πανδίονος.) εὐεπίφορός ἐστιν ὁ Εὐριπίδης εἰς τὸ λέγειν σοφὸς καὶ σοφὴ, πρὸς μηδὲν χρήσιμον παραλαμβάνων

Antiopa Fragm. xix. εἰ νοῦς ἔνεστιν. εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ καλῆς | γυναικὸς, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχει;

τὸ ὄνομα. κατὰ τί γὰρ σοφὸς ὁ Πανδίων γίνεται; οὐ γὰρ δὴ ὠνόμασται τοιοῦτον αὐτοῦ τὸ (malim τι) ἔργον, ἀλλ' οὐδὲ πανουργίας ἐχόμενον, ὥστε διὰ τοῦτο λέγεσθαι αὐτὸν σοφόν. ἀλλ' ὥσπερ παραπλήρωματι χρῆται τῇ λέξει.

649. πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστροφᾷ πέδον;] Sic Rom. C. ante corr. D. E. Sed Rom. A. B. C. a corr. Par. A. E. ἐπιστροφᾷ, quod recte admisit Musgravius. A νέμειν formatur νωμᾶν, a τρέπειν τρωπᾶν, a τρέχειν τρωχᾶν, a στρέφειν στρωφᾶν. A solo πέτεσθαι, monente Porsono, formantur πυτᾶσθαι et πωτᾶσθαι. Primitivam formam usurpat noster Hel. 85. Τίς δ' εἶ; πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπεστράφης πέδον;

651. Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς Θεσπιῳδὸν ἱκάνεις;] Schol. Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς.) τὸ μέσον τῆς οἰκουμένης τὸ μαντικόν. ἑστάλης δὲ, ἐπεδήμησας, ἐνδημεῖς. Noster Ion. 226. Ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν | γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος; Qui Barnesii annotata ad haec verba legerit, plura haud requiret.

*Ibid.* Rom. C. D. a corr. E. Θεσπιῳδόν. Rom. A. B. D. ante corr. Θεσπιῳδῶν. Scriptura a stolido quodam librario profecta, qui Θεσπιῳδῶν pro μαντευσόμενος seu χρησόμενος usurpari posse credebat.

*Ibid.* Rom. C. ἱκάνεις. Rom. A. B. D. E. Flor. Par. A. B. D. Cott. Schol. ἑστάλης, quod a Cantero Nov. Lect. IV. 1. monitus reposuit Barnesius. Lasc. ἑστάλλης, qui et σώτειραν v. 515. καλλῶς v. 739. μάλιστα v. 914. ἀρρήξατ' v. 1244. χάλλατ' v. 1246. ὅσσα v. 1259. ὄππόσον v. 1375. Lasc. A. etiam μολοῦσσα v. 57. Sed unde ortum ἱκάνεις? Suspicor verba Θεσπιῳδὸν ἱκάνεις in Euripidis fabula, quae hodie non exstet, olim lecta esse.

653. Πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον;] Schol.
181 Δεῦρ' ἀεί.) ἀντὶ τοῦ, μέχρι νῦν ἄπαις ὑπάρχεις; τὸ δὲ ἀεὶ ἀντὶ τοῦ ἕως τοῦ νῦν. σεσημείωται δὲ, ἐπεὶ τὸ δεῦρο χρονικὸν εἶπεν. ἢ οὕτως. ἀντὶ τοῦ, ἕως τοῦ χρόνου τούτου ἄπαις τυγχάνεις; τὸ δὲ ἀεὶ Εὐριπίδης ἐπὶ χρόνου τάσσει, ἀντὶ τοῦ ἕως τοῦ δεῦρο. νῦν δὲ ἐπὶ χρόνου, καὶ σημείωσαι. Vide an legendum: τὸ δὲ δεῦρ' ἀεὶ Εὐριπίδης ἐπὶ χρόνου τάσσει, ἀντὶ τοῦ ἕως τοῦ νῦν. δεῦρο δὲ ἐπὶ χρόνου. Hesychius: Ἀεὶ ἀντὶ τοῦ ἕως. Φρύνιχος Κόννῳ. καὶ Εὐριπίδης Μηδείᾳ. ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον. Cod. δεῦρο εἰς ἀεὶ τιν' εἰς βίον. Aeschylus Eum. 599. Καὶ δεῦρό γ' ἀεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι. Euripides Or. 1662. (1678. Pors.) φερνὰς ἔχων δάμαρτος, ἣ σε μυρίοις [ πόνοις διδοῦσα δεῦρ' ἀεὶ διήνυσε. Phoen. 1215. (1224. Pors.) Ἔα τὰ λοιπά. δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς. Aristophanes Lys. 1137. εἰς μὲν λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται. Plura dabunt interpretes ad haec loca, praecipue Porsonus ad Or. 1678.

654. Ἄπαιδες ἐσμέν, δαίμονός τινος τύχῃ.] Scripsi Ἀπαιδὲς ἐσμεν. Aldus ἄπαιδες ἐσμὲν etiam Ion. 504. sed γέροντές ἐσμεν

Heracl. 636. *ἄπαιδές εἰσιν* Suppl. 15. De accentu verborum *δαίμονός τινος* vide ad *κακασκῆψαί τινα* v. 93.

650. *Οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου.*] Schol. *Οὐκ ἐς μὲν εὐνῆς.*). *πρώτην ἔσχε Μελίτην τὴν Ὀπλῆτος, δευτέραν Χαλκιόπην τὴν Χαλκώδοντος, τρίτην τὴν Αἴθραν.* Oblitus est Aethrae Pittheï filiae, quae cum Thesei mater fuerit, certe praetermitti non debebat. Notandum autem *ἐς μὲν* pro *ἐσμέν*, quod vitium haud raro apud hunc grammaticum exhibet ed. Veneta. Vide ad v. 402.

658. *Σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν ἔπη.*] Id est, *ἔπη σοφώτερα συμβαλεῖν ἢ κατ' ἄνδρα*, *verba intellectu difficiliora quam pro hominum captu.* Plura hic observanda habeo. I. Oraculum *σοφώτερα ἔπη* appellat poëta eodem jure quo Sphingem *σοφὴν ἀρτέπονον* Phoen. 48. Quo sensu *σοφὸς* est cujus dicta nemo nisi *σοφὸς* intelligere potest. Hinc Aristophanes Ran. 1482. *ὁ μὲν σοφῶς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος σαφῶς.* Ibid. 1495. *ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον.* II. *Σοφώτερα συμβαλεῖν* ut *ἀκοῦσαι μαθεῖν* v. 510. *φάων φυλάσσειν* v. 514. de qua constructione suo loco dictum est. III. *Συμβαλεῖν*, *intelligere*, ut apud nostrum Iph. T. 55. *τοὔναρ δ' ὧδε συμβάλλω τόδε.* Or. 1595. *Σαφῶς λέγ' ἡμῖν αὖθ' ἕκαστα τἀν δόμοις.* | *τὰ γὰρ πρὶν οὐχ εὕρημα συμβαλοῦσ' ἔχω.* Id est, *οὐκ εὖ μανθάνω.* IV. Verborum *ἢ κατ' ἄνδρα* constructionem magno exemplorum numero illustravit Matthiae Gramm. Gr. §. 449. Praeter alia contulit Platonem Cratylo p. 392. B. *ταῦτα μείζω ἐστὶν ἢ κατ' ἐμὲ καὶ σὲ ἐξευρεῖν.* V. *Ἄνδρα* pro *ἄνθρωπον*, ut apud Sophoclem Oed. C. 566. *ἐπεὶ* | *ἔξοιδ' ἀνὴρ ὢν, χὠτιτῆς εἰς αὔριον* | *οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μέτεστιν ἡμέρας.* Longe rarius *ἀνὴρ* pro *ἄνθρωπος* quam plurale *ἄνδρες* pro *ἄνθρωποι* usurpari monent grammatici.

659. *Θέμις δ' ἂν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;*] Omnes Rom. Lasc. Par. A. *Θέμις μὲν* (Lasc. *μέν*) *ἡμᾶς*, quod admisit Brunckius. [Wyttenbachio Bibl. Crit. P. V. p. 66. aut nihil mutandum videtur, aut pro *δ' ἄν* legendum *δ' ἄρ'*. Sed recte legitur *μέν*, de quo consulendus Matthiae Gramm. Gr. §. 606. 4. qui praeter alios allegat Platonem Charmide p. 153. C. *Παρεγένου μέν, ἦ δ' ὅς, τῇ μάχῃ; Παρεγενόμην.* Idem Menone p. 82. B. *ΣΩ. Ἕλλην μέν ἐστι, καὶ Ἑλληνίζει; ΜΕ. Πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής.* Hoc exemplum attulit Heindorfius ad Theaetetum p. 349. Plura addit p. 468. Vide ad *φρονεῖς μὲν ὀρθά* v. 1098. *Ex Addendis.*]

660. *Μάλιστ', ἐπεὶ τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.*] Noster Andr. 89. *ἀλλ' εἰμ', ἐπεὶ τοι κοὐ περιβλέπτους βίος* | *δούλης γυναικὸς, ἣν τι καὶ πάθω κακόν.* Suppl. 878. *τοὺς τ' ἐξαμαρτάνοντας, οὐχὶ τὴν πόλιν* | *ἤχθαιρ', ἐπεὶ τοι κοὐδὲν αἰτία πόλις,* | *κακῶς κλύουσα διὰ πυθέσθαι κακόν.* Heracl. 508. *Οὐ δῆτ'. ἐπεὶ τοι καὶ γέλω-*





182 τος ἄξια, | στένειν μὲν ἱκέτας δαιμόνων καθημένους. Ibid. 742. ξύμμαχος γένοιό μοι | τοιοῦτος, οἷος ἂν τροπὴν Εὐρυσθέως | θείην. ἔπειτα καὶ κακὸς μένειν δόρυ. Plura hujus pleonasmi exempla si quis requirit, Porsoni annotationem legat, unde haec depromsi.

661. *Τί δῆτ' ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύειν.*] *Εἰ hic dubitantis esse nequit, ut liquebit versu praecedenti: valet itaque ἐπεὶ*, quandoquidem. Ita Brunckius, qui rectius fortasse dixisset, verba *εἰ θέμις κλύειν* eodem fere modo *παρέλκειν* quo *εἴτε βούλει* v. 1287.

662. *Ἀσκοῦ με τὸν προύχοντα μὴ λῦσαι πόδα*,] Rom. A. *ἀσκοῦ μέν*. Schol. *Ἀσκοῦ με.*) *χρησμὸς ὁ δοθεὶς τῷ Αἰγεῖ οὗτός ἐστιν· Ἀσκοῦ τὸν προύχοντα ποδεῶνα, φίλτατε λαῶν, | μὴ λῦσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι. ἀσκοῦ οὖν τῆς γαστρὸς, πόδα δὲ τὸ μόριον, παρόσον ὡς ὁ ποδεὼν τοῦ ἀσκοῦ προέχει. λέγει οὖν ὅτι ἔχρησέ μοι μὴ συνελθεῖν ἑταίρᾳ πρὶν ἐπιβῆναι τῆς πατρίδος. τοῦτο γὰρ αἰνίττεται, ὅπερ αὐτὸς οὐ συνίησιν. ἀσκὸν τοίνυν λέγει τὸν περὶ τὴν γαστέρα τόπον Ἀρχίλοχος· καὶ πεσεῖν δρήστην ἐπ' ἀσκὸν, μηροὺς τε μηροῖς* [b])· *δρήστην λέγων, οἷον δράσαντά τι. ποδεῶνα δὲ εἰώθασι λέγειν τὸ τοῦ ἀνδρὸς αἰδοῖον.* Ed. Ven. *χρησμὸς δοθεὶς—ἀφικέσθαι αὐτοῦ οὖν τῆς γαστρὸς—ἑτέρα πρὶν ἀποβῆναι—τόπον. ἀρχίλοχος—οἷα.* Plutarchus Theseo p. 2. C. oraculum Aegeo redditum his verbis exhibet: *Ἀσκοῦ τὸν προύχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν, | μὴ λύσῃς, πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν εἰσαφικέσθαι.* Tzetzes ad Lycophronem v. 494. *Ἀσκοῦ τὸν προύχοντα ποδάονα, φέρτατε λαῶν, | μὴ λύσῃς, πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.* Muretus Var. Lect. III. 14. *Τὸν προύχοντ' ἀσκοῦ ποδεῶν', ὦ φίλτατε λαῶν, | μὴ λῦσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι.* Id est, eo interprete, *Ne solvas ex utre pedem qui prominet, ante | Cecropiae pingues quam sis delatus in agros.* Quid proprio sensu sit *ἀσκοῦ ποδεῶν* declarat Herodotus II. 121. 4. *ὄνους κατασκευασάμενον, καὶ ἀσκοὺς πλήσαντα οἴνου, ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων, καὶ ἔπειτα ἐλαύνειν αὐτούς· ὡς δὲ*

b) Haec Archilochi verba *lacera quaedam senariorum fragmenta* appellat Iacobsius apud Gaisfordium T. I. p. 302. Mihi metrum trochaicum esse videtur. Multae scholiorum edd. *πεσεῖ*, sed recte Veneta *πεσεῖν*. Carminis exordium fuisse suspicor: *Εἴ γάρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα* (malim *χειρὶ*) *Νεοβούλης θιγέειν*, | *καὶ πεσέειν δρήστην ἐπ' ἀσκὸν*, * * * * * * * | * * * *μηροὺς τε μηροῖς*. Primum versum vide apud Gaisfordium p. 301. [Legendum: *καὶ πεσέειν δρήστην ἐπ' ἀσκὸν, κἀπὶ* (vel potius *κἠπὶ*) *γαστρὶ γαστέρα | προσβαλέειν, μηροὺς τε μηροῖς*. Lacunam explent codices, qui *προσβάλλειν*. Matthiae, metrum iambicum esse ratus, *μηροὺς τε μηροῖς προσβαλεῖν* scripsit. Idem tacite *πεσεῖ*, quod non arbitror in codicibus repertum, sed ex edd. ab imprudente servatum esse. *Ex Addendis.*]

κατὰ τοὺς φυλάσσοντας ἦν τὸν κρεμάμενον νέκυν, ἐπισπάσαντα τῶν ἀσκῶν δύο ἢ τρεῖς, ποδεῶνας αὐτὸν λύειν ἐπαμμένους· ὡς δὲ ἔῤῥύη ὁ οἶνος, etc. Quo loco utitur P. Leopardus Emendat. VII. 13.

663. *Πρὶν ἂν τι δράσῃς, ἢ τιν' ἐξίκῃ χθόνα;*] Eodem modo Ajacem interpellat Minerva apud Sophoclem Aj. 107. *Πρὶν ἂν τι δράσῃς, ἢ τι κερδάνῃς πλέον;* Non opus Reiskii conjectura, qui *πρὶν ἂν* Aegeo continuandum, cetera Medeae tribuenda censet.

664. *Πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.*] Rom. A. B. Lasc. *μολῶ.*—Vide ad *μολὼν* v. 459.

665. *Σὺ δ' ὡς τι χρῄζων τήνδε ναυστολεῖς χθόνα;*] Euripides Hipp. 36. *καὶ τήνδε σὺν γυναικὶ ναυστολεῖ χθόνα.* Ceterum abundat *ὡς.* [Incertus Rhes. 99. *Σὺ δ' ὡς τι δράσων πρὸς τάδ' ὁπλίζει χέρα;* Euripides Iph. T. 558. *Ὦ ξυνταραχθεὶς οἶκος. ὡς τί δὴ θέλων;* Idem Or. 794. *ΟΡ. Καί με πρὸς τύμβον πόρευσον πατρός. ΠΥ. Ὡς τί δὴ τόδε; Ex Addendis.*] Soph. Oed. T. 1174. *Οἰ. Ὡς πρός τι χρείας; ΘΕ. Ὡς ἀναλωσαιμί νιν.*

666. *Πιτθεύς τις ἐστὶ, γῆς ἄναξ Τροιζηνίας.*] Aldus *Πιτθεύς τίς ἐστι.* Lasc. Rom. A. *Πιτθεὺς τίς ἐστι.* Edd. pleraeque *Πιτ-* 185 *θεύς τις ἔστι.* De Pittheo dixit Valckenarius ad Hipp. 11.

667—70. *Παῖς—δορυξένων.*] Hos quatuor versus Aegeo continuant Rom. A. B. Primum, secundum et quartum Aegeo, tertium Medeae tribuunt Lasc. Par .A. B. D.

667. *Παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος.*] Aldus, Lascaris aliique post *Πέλοπος* interpungunt. Melior est altera ratio, quae Pittheum non solum *εὐσεβέστατον*, sed Pelopis filiorum *εὐσεβέστατον* facit. Hunc versum citat scholiastes ad Hipp. 11. *Suspicor,* inquit Valckenarius, *hoc ferme capiendum quo sensu Homereus Chiron δικαιότατος Κενταύρων accipitur a Grammaticis, tanquam inter omnes* unus juris observantissimus: *certe de Pelopis filiorum, Atrei, Thyestae, Chrysippi pietate vel ceteris virtutibus nihil adeo inaudivimus.*

668. *Τούτῳ θεοῦ μαντεῦμα κοινῶσαι θέλω.*] Non Pittheum sed ipsam Medeam consultum venit Aegeus apud Neophronem. Schol. ad v. 619. *Νεόφρων δὲ εἰς Κόρινθον τὸν Αἰγέα φησὶ παραγενέσθαι πρὸς Μήδειαν, ἵνεκα τοῦ σαφισθῆναι αὐτῷ τὸν χρησμὸν ὑπ' αὐτῆς τῆς Μηδείας, γράφων οὕτως· Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἦλυθον λύσιν μαθεῖν.* | *σοῦ πρίν. Θείαν γὰρ ὄσσαν ἦν ἔχρησέ μοι* | *Φοίβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχάνως,* | *οἷδ' εἰς λόγους μολεῖν γὰρ ἥλπιζον μαθεῖν.* Neophronis versus ita correxit Valckenarius ad Phoen. 709. *Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἦλυθον λύσιν μαθεῖν* | *σοῦ. Πυθίαν γὰρ ὄσσαν, ἣν ἔχρησέ μοι* | *Φοίβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχανῶ.* | *σοὶ δ' εἰς λόγους μολὼν ἄρ'* (Porsonus *μολών γ' ἄν*) *ἥλπιζον μαθεῖν.*

669. *Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.*] Omnes *ἀνὴρ* ante Porsonum, qui reposuit *ἀνήρ*. Scripsi *ἀνὴρ* hic et v. 751.

*Ibid.* Schol. *Τρίβων εἰς τὰ τοιάδε.*) *ἐντριβὴς ὤν, παρατετριμμένος τοῦ τὰ τοιαῦτα λέγειν, τουτέστι τοὺς χρησμούς.* Tragicus Rhes. 625. *τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ, καὶ νοεῖν σοφός.*

670. *Κἀμοὶ δὲ πάντων φίλτατος δορυξένων.*] Rom. C. *κἀμοὶ δέ.* Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. B. D. Put. *κἀμοί γε*, quod admisit Musgravius. Rectius Porsonus *κἄμοιγε*. Matthiae *κἀμοί γε* revocavit. Credo, quia sic codices. Sed *ἔγωγε* et *ἔμοιγε* retracto accentu scribendum statuunt grammatici.

*Ibid.* Schol. *Δορυξένων.*) *οἱ κατὰ τὸν πόλεμον πρὸς ἀλλήλους φιλίαν πεποιηκότες, ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης.* Sophocles El. 45. *ὁ γὰρ | μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων.* Vera mihi videtur Brunckii sententia, *δορυξένους* apud tragicos esse simpliciter *ξένους*.

671. *Ἀλλ' εὐτυχοίης, καὶ τύχοις ὅσων ἐρᾷς.*] Rom. C. *τύχης*.

672. *Τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηκ' ὧδε;*] An dicitur *ὄμμα συντέτηκε*? Non opinor. Supplendum igitur *τέγγεται* vel aliquid ejusmodi. Frequentissima loquendi ratio, qua utitur Homerus Il. *Γ.* 326. *οἱ μὲν ἔπειθ' ἵζοντο κατὰ στίχας, ἦχε ἑκάστῳ | ἵπποι ἀερσίποδες [ἕστασαν], καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο.* Aeschylus Prom. 21. *ἵν' οὔτε φωνὴν [ἀκούσει], οὔτε του μορφὴν βροτῶν | ὄψει.* Plura dedit Brunckius ad Sophoclis Oed. T. 271. El. 435. Adde mea ad Heracl. 312.

184 *Ibid.* *Ὧδε, si bene, est ex antiqua scriptura, quae ω non habebat, sed pro eo ο exarabat.* Ita Reiskius. Similiter noster El. 503. *Τί δ', ὦ γεραιὲ, διάβροχον τόδ' ὄμμ' ἔχεις;* Nec dissimiliter Med. 875. *ὄψιν τέρειναν τηνδ' ἔπλησα δακρύων.* In his *ὅδε* significat *ὧδε* sive *οὕτως*, ut jam monui ad v. 49. 154. Vidit hoc Reiskius, sed nescio quid de confusione vocalium somniavit, quasi ante inventas *η* et *ω* nullum discrimen fuerit inter breves et longas syllabas.

673. *Λίγευ, κάκιστός ἐστί μοι πάντων πόσις.*] Rom. A. ut Aldus *κάκιστός ἐστι μοι*. Lasc. *κάκιστος ἐστι μοι*. Ita Brunckius, quem sequuntur Porsonus et Matthiae.

674. *Τί φῄς; σαφῶς μοι σὰς φράσον δυσθυμίας.*] Ita Matthiae. Edd. superiores *φῂς* hic et infra v. 1093. Heathio reclamante. Apud Platonem scriptum *φῂς* in membranis Bodleianis, quae ante exaratae sunt quam subscribi coepit *ι*. Sed codicum auctoritate potior est analogia, quae postulat ut scribatur *φῄς* per simplicem vocalem.

676. *Τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.*] Schol. *σεσημείωται ὁ στίχος, ὅτι ἐν Πελιάσιν ἐστίν, ὧν ἀρχὴ, Μήδεια, πρὸς μὲν δώμασιν τυραννικοῖς.* Vulgo *πολιάσιν—ἄρχει μήδεια— δώμασι*. Emendavit Valckenarius Diatrib. p. 200. [Codd. *ἐν Πελιάσιν*.

*Ex Addendis.*] Tale exordium Aeschylo potius vel Sophocli convenire videtur quam Euripidi. Quid inter ejus prologos et Sophoclis intersit, uno exemplo ostendit hujus scholiastes ad Phil. 1. *Καὶ παρὰ τούτῳ προλογίζει ὁ Ὀδυσσεὺς, καθάπερ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ. ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει, παρ' ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης παντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν, οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων, διὰ τοῦτον οἰκονομεῖται.*

678. *Ἦπου τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;*] Libri omnes; ni fallor, *ἦπου*, consentiente Pseudogregorio v. 143. Vertit Buchananus, *Nempe ausus istud facinus est foedissimum?* Recte quidem *ἦπου* redditur *nempe*. Sed tam *nempe* quam *ἦπου* ab hujus loci sententia alienum est. Particula vel potius particulae *ἦπου* significant *οἶμαι, ἴσως; ὡς ἔοικεν* aut aliquid ejusmodi, ut plenius ad v. 1275. declarabo. Sed Aegeo praeter exspectationem accidit Jasonis facinus, quod iterum confirmari sibi vult. [Recte gl. in Fl. 10. *ἀπιστῶν ταῦτα λέγει.* *Ex Addendis.*] Quo sensu dicere potuisset, *Πρὸς θεῶν, ἔτλη γὰρ ἔργον αἴσχιστον τόδε;* Medea enim paullo ante v. 653. *Πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον.* Hinc correxi, *Ἦ γὰρ τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;* Ita noster Hec. 765. *Ἦ γὰρ τιν' ἄλλον ἔτεκες ἢ κείνους, γύναι;* Ibid. 1047. *Ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῆκα, καὶ κρατεῖς ξένου, | δέσποινα, καὶ δέδρακας οἷάπερ λέγεις;* Ibid. 1124. *Οἴμοι, τί λέξεις; ἦ γὰρ ἐγγύς ἐστί που;* Or. 737. *Ἦ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς τήνδ' ἀφιγμένος χθόνα;* Ibid. 1595. *Ἦ γὰρ πατρῷον δῶμα πορθήσεις τόδε;* Ibid. 1600. *ΜΕ. Ἦ γὰρ δίκαιον ζῆν σε; ΟΡ. Καὶ κρατεῖν γε γῆς.* Phoen. 1667. *Ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;* Adde Aeschylum Prom. 744. 756. Ag. 1376. Sophoclem Oed. T. 1000. 1039. 1173. Oed. C. 64. 865. Ant. 44. 574. Aj. 1133. Phil. 248. 322. 654. El. 1221. *ΗΛ. Ἦ ζῇ γὰρ ἀνήρ; ΟΡ. Εἴπερ ἔμψυχός γ' ἐγώ. | ΗΛ. Ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; ΟΡ. τήνδε προσβλέψασά μου | σφραγῖδα πατρός. ἔκμαθ' εἰ σαφῆ λέγω* c). Nostri, *What? Is the man alive? What? Are you he?*

679. *Σάφ' ἴσθ'. ἄτιμοι δ' ἐσμὲν οἱ προτοῦ φίλοι.*] Lasc. *σάφ' οἶσθ'.* Deinde edd. pleraeque ex Hervagiana secunda *πρὸ τοῦ* divisim. Brunckius *προτοῦ* cum hac annotatione: *Sic membr. Lascaris et Aldus.* Sic etiam Rom. A. a corr. B. Sed A. ante corr. C. D. E. *πρὸ τοῦ*, quod revocavit Matthiae.

c) Ibid. 385. *Ἦ ταῦτα δή με καὶ βεβούλευνται ποιεῖν. Pro δὴ in Triclinii recensione est γὰρ, quod in E. a secunda manu in locum alius particulae erasae substitutum.* Haec Brunckius, qui illud *γὰρ* admittere debebat. Sophocles Phil. 654. *Ἦ ταῦτα γὰρ τὰ κλεινὰ τόξ', ἃ νῦν ἔχεις;*

681. *Μέγαν γ' ἔρωτα. πιστὸς οὐκ ἔφυ φίλοις.*] Sic Rom. C. D. E. Sed Rom. A. B. contra metrum *πιστὸς δ' οὐκ ἔφυ.*

682. *Ἴτω νυν, εἴπερ, ὡς λέγεις, ἐστὶν κακός.*] Ita Barnesius pro *ἴτω νῦν.* Rom. B. *ἴτώ νυν.* Gl. in Par. A. *ἐῤῥέτω,* vereor ut recte. Vertit Buchananus, *Valeat, malitia si modo est quam praedicas.* Sensus est, *μὴ φροντίσῃς αὐτοῦ.* Nostri, *let him go.* Euripides Or. 1531. *Μενέλεων δ' οὐ τάρβος ἡμῖν ἀναλαβεῖν εἴσω ξίφους, | ἀλλ' ἴτω ξανθοῖς ἐπ' ὤμων βοστρύχοις γαυρούμενος.* Eodem sensu nostri, *let him come.* Vide ad v. 780. 801.

*Ibid.* Rom. B. E. Lasc. *ἐστὶν,* ut Aldus. Rom. A. C. *ἐστί.*

686. *Συγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι,*] Rom. C. *συγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν.* Rom. A. D. E. *συγγνωστὰ γὰρ ἦν.*

688. *Πρὸς τοῦ; τόδ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν.*] Sic omnes Rom. nisi quod D. *αὖ κακὸν λέγεις* habet. Lasc. *πρὸς τοῦτο δ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν.* Par. A. *καινὸν ἀγγέλλεις κακόν,* quod admisit Brunckius. Pseudogregorius v. 137. *πρὸς τοῦτο δ' ἄλλο καινὸν ἀγγελεῖς κακόν;* Porsonus *αὖ λέγεις* revocavit, collato Or. 788. *ΟΡ. Κεῖνό μοι μόνον πρόσαντες. ΠΥ. Τί τόδε καινὸν αὖ λέγεις;* Hic etiam fuerunt qui *ἀγγελεῖς* legerent.

689. *Κρέων μ' ἐλαύνει φυγάδα τῆσδ' ἔξω χθονός.*] Rom. A. D. E. Flor. Lasc. Par. A. B. Put. *φυγάδα γῆς Κορινθίας,* quod admisit Brunckius. Rom. C. *φυγάδα τῆσδε γῆς Κορινθίας,* eodem errore quo Rom. A. *τῆσδε γῆς ἀποστέλλεις* supra v. 276. Rom. B. *τῆσδε γῆς Κορινθίας,* omisso *φυγάδα.* Alii, ut videtur, servato *φυγάδα,* verba *τῆσδε γῆς Κορινθίας* metri caussa in *τῆσδ' ἔξω χθονὸς* mutarunt, quod edidit Aldus.

690, 1. *ΑΙ. Ἐᾷ δ' Ἰάσων; οὐδὲ ταῦτ' ἐπῄνεσα. | ΜΗ. Λόγῳ μὲν οὐχὶ, καρτερεῖν δὲ βούλεται.*] Burn. *καρδίᾳ δὲ βούλεται.* Sic etiam pro var. lect. Rom. A. Par. D. Probarunt hanc scripturam Musgravius et Porsonus, admisit Matthiae. Schol. *Καρτερεῖν.*) *ἀντὶ τοῦ κρατεῖν καὶ ἀντέχειν. καὶ τὸν ἐγκρατῆ λέγουσι καρτερόν. Ἀρχίλοχος· ὁ δ' Ἀσίη τε καρτερὸς μηλοτρόφος* [d]). *φησὶν ὅτι τῷ λόγῳ μὲν προσποιεῖται, τῷ δὲ ἔργῳ οὐ θέλει κρατεῖν καὶ ἀντέχειν.* Grammaticus igitur legisse videtur: *Λόγῳ*
186 *μὲν, οὐχὶ καρτερεῖν δὲ βούλεται.* Vulgata sanissima mihi videtur. *Καρτερεῖν tolerare* significat, id est *injuriam mihi a Creonte illatam aequo animo sustinere.* Noster Alc. 1074. *χρὴ δ', ὅστις εἶ σύ, καρτερεῖν θεοῦ δόσιν.* Ibid. 1081. *Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.*

d) Sic ed. Ven. rectius fortasse quam *ἡ δ',* quod exhibent edd. nonnullae. Eustathius p. 1790, 17. *Κείης καρτερὸς μηλοτρόφου.* Hinc legi potest, *ὁ δ' Ἀσίης τε καρτερὸς μηλοτρόφου.* Vide Gaisfordium T. I. p. 317.

[redacted]



692, 3. ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος, | γονάτων τε τῶν σῶν, ἱκεσία δὴ γίγνομαι,] Omnes Rom. Lasc. γονάτων τε (vel τὲ) σῶν, omisso articulo. Deinde Rom. C. E. Lasc. ἱκεσία γένομαι (Lasc. γίγνομαι). Rom. A. B. D. Flor. Par. A. Mag. ἱκεσία τε (vel τὲ) γίγνομαι, quod admisit Brunckius. Heathius conjecerat ἱκεσία δὲ γίγνομαι.

695. καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς,] Rom. A. B. εἰσίδῃς. Rom. C. E. Lasc. ἐσίδῃς.

696. δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον.] De verbis δόμοις ἐφέστιον vide Brunckium ad Sophoclis Trach. 262. ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' εἰς δόμους ἐφέστιον.

697, 8. οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος | γένοιτο παίδων, καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.] Rom. C. θάνοις. Rom. A. B. E. θάνῃς vel θάνῃς.

700, 1. παύσω δέ σ' ὄντ' ἄπαιδα, καὶ παίδων γονὰς | σπεῖραί σε θήσω. τοιάδ' οἶδα φάρμακα.] Herodotus III. 85. a Porsono allegatus: Εἰ μὲν δὴ, ὦ δέσποτα, ἐν τούτῳ τοί ἐστι ἢ βασιλέα εἶναι ἢ μὴ, θάρσεε τούτου εἵνεκε, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθὸν, ὡς βασιλεὺς οὐδεὶς ἄλλος πρὸ σεῦ ἔσται. τοιαῦτα ἔχω φάρμακα. Ceterum v. 701. cum tribus sequentibus propter γονὰς omittit Flor. monente Valckenario ad Phoen. 360. Vide ad v. 761.

702, 3. Πολλῶν ἕκατι τήνδε σοι δοῦναι χάριν, | γύναι, πρόθυμός εἰμι,] Ita noster Heracl. 567. Ἔσται τάδ', ὦ τάλαινα παρθένων. ἐπεὶ | κἀμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, μή σε κοσμῆσαι καλῶς, | πολλῶν ἕκατι, τῆς τε σῆς εὐψυχίας, | καὶ τοῦ δικαίου.

703, 4. πρῶτα μὲν θεῶν, | ἔπειτα παίδων, ὧν ἐπαγγέλλῃ γονάς.] Omnes Rom. Lasc. Par. A. Mag. ὧν μ' ἐπαγγέλλῃ (vel ἐπαγγέλῃ), quod admisit Brunckius, qui μ' pro μοι accipit. *Si quis pro με acciperet*, inquit Porsonus, *non multum refragarer, cum plura similia verba aliquando, licet rarius, accusativum pro dativo regant, qualia sunt*, εἰπεῖν, ἐπιστέλλειν, λέγειν, παραινεῖν. *Sed non necessarium puto pronomen.* Pronomen a librariis invectum est. Cujus erroris exempla nonnulla apponam. Euripides Or. 227. Κλῖνόν μ' ἐς εὐνὴν αὖθις. ὅταν μ' ἀνῇ νόσος | μανίας, ἄναρθρός εἰμι, κἀσθενῶ μέλη. Quam scripturam revocavit Matthiae. Ibid. 1607. ΜΕ. Οὔκουν σύ γ', ΟΡ. Οὐ γαρ μ' ἀνδάνουσιν αἱ κακαί. Sic praeter alios Brunckius. Pronomen, quod seloecam reddit orationem, primus inseruit Kingius. Alc. 1083. Ἔγνωκα καὐτὸς, ἀλλ' ἔρως τις μ' ἐξάγει. Optime Galenus de Placitis Hippocratis et Platonis IV. 7. p. 150. B. ἀλλ' ἔρως τις ἐξάγει. Quam scripturam numerorum caussa a me propositam memorat Monkius. Eodem modo corrigendus noster Iph. A. 858. Λοῦλος, οὐχ ἁβρύνομαι τῷδ'. ἡ τύχη γάρ μ' οὐκ ἐᾷ.

705. εἰς τοῦτο γὰρ δὴ φροῦδός εἰμι πᾶς ἐγώ.] Schol. Εἰς τοῦ

γὰρ δὴ φρουδός εἰμι.) κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῆς παιδοποιΐας ἔρημός εἰμι. ἢ τὸ φροῦδον ἀντὶ τοῦ πρόθυμον καὶ ἀσαφήνιστον, οὕτως. εἰς τὸ παῖδας ποιῆσαι πάνυ ἐσπούδακα καὶ πρόθυμός εἰμι. ἔστι δὲ κυρίως ὁ προωδευκώς. Vertit Buchananus, *muneri namque huic ego* | *inefficax sum totus.* Simili sententia Portus, *ad hoc enim ego jam prorsus sum ineptus.* Reiskio placet φροῦδός εἰμι γᾶς, ut sensus sit, *haec enim caussa est profectionis meae.* Musgravius, *in hoc enim ego jam totus extra me sum.*
187 Bothius, *Ich bin ein Greis, γέρων εἰμι.* Recte Scholiastes, εἰς τὸ παῖδας ποιῆσαι πάνυ ἐσπούδακα καὶ πρόθυμός εἰμι.

706. οὕτω δ' ἔχοιμι.] Sic Rom. A. B. C. Sed Rom. A. pro var. lect. D. E. Lasc. Par. B. D. E. Mag. Burn. ἔχει μοι, quod admisit Musgravius. Haec scriptura Heathio innotuisse videtur, cujus verba sunt: *Malim conjecturam viri cujusdam docti mihi autem ignoti sequutus legere,* οὕτω δὲ τὸ χρῆμα ἔχει μοι ἑαυτό, ad hunc igitur modum sese habent res meae. Similiter Medea οὐχ ὧδ' ἔχει μοι v. 501. ubi libri nonnulli οὐχ ὧδ' ἔχοιμι. Reiskius legendum putabat οὕτω δ' ἔχοι μ' ἂν (id est, ἔχοι μοι ἄν), *ita haberent mihi omnia bene.*

706, 7. σοῦ μὲν ἐλθούσης χθόνα, | πειράσομαί σου προξενεῖν δίκαιος ὤν.] *Invenuste admodum*, inquit Porsonus, *quater in quatuor continuis versibus repetitur pronomen. Quare legendum censeo,* πειράσομαι γὼ, *deleta distinctione post χθόνα.*

708. τοσόνγε μέντοι σοὶ προσημαίνω, γύναι,] Rom. A. B. C. τοσόνγε. Rectius Barnesius τόσον γε. Mag. τὸ σόν γε. Rom. D. E. Lasc. Put. Burn. τοσόνδε, quod admisit Musgravius. *Vix quicquam refert*, inquit Porsonus. Deinde Rom. A. B. D. μέντοι σοί. Rom. C. μέν σοι σοί. Rom. E. μέντοι σύ. Postremo Rom. E. Lasc. προσημανῶ, minus recte.

710. αὐτὴ δ' ἐάνπερ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους,] Rom. C. ἄνπερ ἔλθοις. *Αὐτὴ* hic αὐτομάτη valet.

711. μενεῖς ἄσυλος, κοὐ σε μὴ μεθῶ ποτε.] Rom. A. B. C. E. Flor. Lasc. Par. A. B. D. Mag. Put. μεθῶ τινὶ (vel τινι), quod admisit Brunckius.

712. ἐκ τῆσδε δ' αὐτῆ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα.] Vide Porsonum ad Hec. 812. Οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα;

714, 5. Ἔστω τάδ'. ἀλλὰ πίστις εἰ γένοιτό μοι | τούτων, ἔχοιμ' ἂν πάντα πρὸς σέθεν καλῶς.] Si μοι et ἂν in unam syllabam coalescere possent, haud secus ac τοι et ἄν, libenter reponerem ἔχοι μ' ἂν πάντα πρὸς σέθεν καλῶς. Potius enim dicitur τόδε καλῶς ἔχει μοι quam τόδε καλῶς ἔχω. Ita Medea mox v. 759. Χαίρων πορεύου. πάντα γὰρ καλῶς ἔχει. Similiter v. 506. καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν οὐ φθονῶ καλῶς ἔχειν. Noster etiam Iph. T. 467. τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ, | φροντιστέον μοι. Ibid. 604. δέμψει γὰρ Ἄργος, ὥστε σοι καλῶς ἔχειν. Ibid. 754. Ἀλλ'

*αὐθις ἔσται καινὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.* Ibid. 1057. *καὶ ταῦτ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν, | ἢ μηδὲν εἶναι, καὶ στερηθῆναι πάτρας.* (Hoc quidem exemplum ambiguum est. Sed ἔχειν ad ταῦτα referunt interpretes.) Ibid. 1195. *Καὶ ταῦτά γ' οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι.* Sed verborum ἔχοιμ' ἂν πάντα πρὸς σέθεν καλῶς ratio diversa videtur, quippe quorum eadem maneret sententia, etiam si abesset καλῶς. Idem fere significat πάντ' ἔχω quod πάντα καλῶς ἔχει μοι. Plenius de hac re dixi propter verba καὶ καλῶς ἔχει γάμους τυράννων v. 760.

716. *Μῶν οὐ πέποσθας; ἢ τί σοι τὸ δυσχερές;*] Mag. εἰς τί σοι τὸ δυσχερές;

717, 8. *Πέποσθα. Πελίου δ' ἐχθρὸς ἔστι μοι δόμος, | Κρέων τε.*] Sic Aldus. Lasc. ἐχθρός ἔστι μοι. Rom. A. ἐχθρὸς ἐστί μοι. 188 Barnesius ἐχθρός ἐστί μοι. Musgravius ut Aldus., Sic etiam Brunckius, Beckius, Porsonus, Matthiae.

718, 9. *τούτοις δ', ὀρείοισι μὲν ζυγεὶς, | ἄγουσιν οὐ μεθεῖσαν ἐκ γαίης ἐμέ·*] Rom. C. τούτοις δ'. Rom. A. B. D. (qui ὀρείοις) E. τούτοισι δ'. Hi omnes, ni fallor, ζυγείς. Mag. ζυγοῖς, quod cum ὀρείοισι adjectivi sensu sumto, conjunctum fortasse explicari posset. Aliter unus e grammaticis quorum disjecta membra in scholiis leguntur: τούτοις δὲ τοῖς ζυγοῖς ἄγουσί με καὶ βιαζομένους, οὐκ ἂν ἐκδοίης ὄρεσις προκατειλημένος. Sed vix operae pretium est hujusmodi erroribus immorari.

719. Magna diversitas in scriptura hujus versus. Pro Aldina *μεθεῖσαν* Rom. A. habet *μεθῆσ' ἄν, θῆσ'* in litura scripto. Rom. B. *μεθῆς ἄν.* Par. A. *μεθῇς ἄν.* Rom. C. E. Par. B. Mag. *μεθεὶς ἄν.* Rom. D. *μεθεὶς ἂν* cum gl. ἐκδοίης, quam habet etiam Par. B. Par. D. E. *μεθεῖσαν* ut Aldus. Lasc. Put. Burn. *μεθεῖ' ἄν.* Hactenus de scriptis libris, in quorum numerum Lasc. referre soleo. Impressi plerique ante Barnesium *μεθεῖσαν.* H. tamen Stephanus *μεθῇς ἄν*, Muretum fortasse secutus. Canterus etiam: *Rectius μεθῇς ἂν Sch. legit, et sequenti versu ἀνώμοτος.* In nulla scholiorum ed. ante Barnesium legitur *μεθῇς ἄν.* Veneta primo *οὐ μεθήσω*, deinde *οὐκ ἂν μεθεῖο* habet. Barnesius tum apud scholiasten tum apud poëtam *οὐ μεθῇς ἂν* dedit. Quam scripturam purum putum soloecismum esse ne pueri quidem duodecennes hodie ignorant. Sed illis temporibus viri satis eruditi et per totam vitam in literis Graecis versati, sine minima vitii suspicione legebant *οὐκ ἂν γράψῃς, οὐκ ἂν ἔχῃς* et similia. Musgravius *μεθεῖς ἄν* reposuit, quod accipiendum monet quasi sit *μεθείης.* Confert *μεθεῖμεν, σωθεῖμεν* et similia. Bruncknius *μεθεῖς* pro *μεθείης* Graecum non esse contendit. *Syncopen istius formae optativi non patiuntur*, inquit, *nisi in personis pluralibus, quod*

*pueris notum*, qui nondum aere lavantur. Scripsit igitur *μεθεῖ' ἂν* e Lasc. et Put. Ita ante viginti quinque annos scribendum monuerat Reiskius his verbis: *In vet. ed. est μεθεῖ' ἂν, quae proba est lectio, neque debuerat mutari, pro μεθεῖο* [e]). Sed activa forma *μεθεῖναι* accusativum regit, media *μεθέσθαι* genitivum, auctore Dawesio p. 238. [f]) Soloecum igitur est *μεθεῖ' ἂν ἐμέ*. Respondet Brunckius, regulam a Dawesio propositam non semper veram esse, nec minus bene dici *μεθέσθαι τινὰ* quam *τινός*. Citat Euripidem Phoen. 522. *ἐκεῖνο δ' οὐχ ἑκὼν μεθήσομαι*, nec probat Valckenarii conjecturam *ἐκείνου*, quam admiserunt Porsonus et Matthiae. Citat etiam Sopho-
189 clem El. 1276. *μη μ' ἀποστερήσῃς | τῶν σῶν προσώπων ἡδονὰν μεθέσθαι*. Ubi legendum *ἁδονᾶν* auctore Porsono. Quod ad nostrum locum attinet, *ἐμὲ* non a *μεθεῖ' ἂν* sed ab *ἄγουσιν* pendere monet Porsonus. Schol. *ἐὰν γὰρ ὀμόσῃς μοι, τοῖς περὶ τὸν Κρέοντα βουλομένοις με ἄγειν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς οὐκ ἂν μεθεῖο. οἷον, ἐξαιτουμένοις με ἄγειν οὐκ ἂν δοίης*. Similiter alius grammaticus: *τούτοις οὖν βουλομένοις ἐξαιτεῖσθαί με, οὐκ ἂν ἐκδοίης ὀμόσας*.

*Ibid.* Aldus *γαιής*. Lasc. *γαίας*. Sic Barnesius, Brunckius et sequentes.

710, 1, 2. *λόγοις δὲ συμβὰς, καὶ θεῶν ἐνώμοτος, | φίλος γένοι' ἂν, κἀπὶ κηρυκεύμασιν | οὐκ ἂν πίθοιο.*] Sic Rom. omnes, nisi quod D. E. conjunctim *κἀπικηρυκεύμασιν*, consentientibus edd. omnibus jam inde ab Hervagiana secunda. Haec verba ita explicat unus e scholiastis: *Λόγοις δὲ συμβάς.*) *εἰ δὲ ἔλθοις εἰς τὴν σύμβασιν τῶν ἐμῶν λόγων, καὶ συνθήκας ἐνωμότους ποιήσαιο πρὸς ἐμὲ, εὖ οἶδα ὅτι μοι φίλος γένοιο καὶ ἐπίκουρος ἀσφαλὴς, καὶ οὐκ ἂν τὴν πρὸς ἐκείνους φιλίαν προκρίναις. ἐπικηρυκεύματα γάρ εἰσι τὰ διὰ τῶν κηρυγμάτων γιγνόμενα πρὸς φιλίαν*. Certum est hunc grammaticum in exemplo suo habuisse *ἐνώμοτος* et *οὐκ ἂν πίθοιο*. Vertit igitur Buchananus: *Verbis ligatus testibusque diis, meus | fies amicus, nec fidem praeconibus | qui me reposcent facile habebis.* Neque aliam interpretationem admittit vulgata scriptura. Sed ea admissa, nulla oppositio est inter haec verba et superiora *ὁρκίοισι μὲν ζυγεὶς*, etc. Ipsae particulae ostendunt contraria esse *ὁρκίοισι μὲν ζυγεὶς* et *λόγοις δὲ συμβάς*. Recte alius Schol. *μὴ ὀμόσας δὲ, φί-*

e) Vetus Reiskii editio est Brubachiana, cujus inspiciendae copiam in praesentia cum non habeam, monendus est lector, verba *omnes editiones* et similia, quibus toties utor, eam editionem non comprehendere.

f) Euripides Heracl. 108. *Ἄθεον, ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλει | ξένων προστροπάν*. Multa de his verbis dixi, quae hodie indicta velim. Serius animadverti veram scripturam esse *Ἄθεον—πέλει*.

λος γένοιο αὐτοῖς διὰ τοῦ ἐπικηρυκεύματος. Idem: καὶ (f. εἰ δὲ) διὰ λόγων μόνων σύνθοιο, ἴσως ἂν ἐκείνων γένοιο φίλος, καὶ διὰ τὰ ἐπικηρυκεύματα, ὅ ἐστι τὰς πρεσβείας, ἐξαιτουμένοις με ἐνδοίης ἂν αὐτοῖς. Recte etiam Muretus Var. Lect. VII. 5. καὶ θεῶν ἀνώμοτος legendum statuit, ut sensus sit: *si nudis tantum sermonibus mecum conveneris, neque deos testes adhibueris, tum te fortassis amicè cum illis geres.* De hac conjectura, quam probarant Canterus aliique, οὐδὲ γρῦ dixit Barnesius. Eam ignorasse videtur Reiskius, qui verba λόγοις δὲ συμβὰς recte vertit *solis verbis mecum pactis*, deinde male conjicit καὐ θεῶν ἐνώμοτος. Non καὐ sed καὶ μὴ scripsisset Euripides. Heathius vulgatam retinendam, ita autem explicandam censet: *cum vero et verbis disertis promiseris, et deorum jurejurando sis obstrictus, amicitiam non violabis illorum* (Creontis scilicet et Peliae domus), *et simul legationibus me repetentibus non obtemperabis.* Quod vero ad oppositionem attinet per particulas μὲν et δὲ indicatam, eam inter ἄγουσιν οὐ μεθῇς ἂν et φίλος γένοι' ἂν institui existimat. Ut alia omittam, oblitus est vir eruditus, aliud esse φίλος ἂν εἴης, aliud φίλος γένοι' ἄν. Hoc non significat *amicitiam non violares*, sed *amicitiam colares.* Heathii igitur ratio absurda est. Musgravius ἀνώμοτος, quod in Par. B. D. supra scripeum repererat, in textum admisit. Vox est Euripidea satis nota ex Hipp. 612. Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Musgravium secuti sunt omnes post eum editores, neque ego dissentio. Legi tamen posset, λόγοις δὲ συμ- 190
βὰς, μὴ θεῶν ἐνώμοτος. Sed praestare videtur ἀνώμοτος propter genitivum θεῶν, de quo videndus Matthiae Gramm. Gr. §. 517. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. p. 67. sibi aliquando in mentem venisse ait, λόγοισι δὲ ξυμβὰς θεῶν ἀνώμοτος. Sed numerosior est vulgata, cujus eadem est sententia. Hactenus haec. Major difficultas in sequentibus verbis κἀπικηρυκεύμασιν οὐκ ἂν πίθοιο, de quibus nunc dicendum.

721. Barnesius in margine κἀπικηρυκεύματα. Hoc ab aliis omnibus praetermissum e scholiis hausit. Grammatici verba sunt: ἐπικηρυκεύματα γάρ εἰσι τὰ διὰ τῶν κηρυγμάτων γιγνόμενα πρὸς φιλίαν. κεῖται οὖν ἡ λέξις ἀντὶ τοῦ τῆς φιλίας. τῇ δὲ εὐθείᾳ ἀντὶ δοτικῆς κέχρηται. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, καὶ τοῖς ἐπικηρυκεύμασιν οὐκ ἂν πίθοιο. Δίδυμος δέ φησι ἐλλείπειν τὴν διᾶ. διὰ τὰ ἐπικηρυκεύματα. Paullo ante legitur: μὴ ὀμόσας δὲ, φίλος γένοιο αὐτοῖς διὰ τοῦ ἐπικηρυκεύματος. Θέλει εἰπεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐπικηρευκεύμασιν. λείπει δὲ ἡ διᾶ. Latet hic aliquid, quod extricare nequeo.

722. Particula negativa οὐκ cum ea interpretatione, quam solam veram putant recentiorum plerique, nullo modo conciliari potest. Dicendum erat, φίλος γένοι' ἂν κἀπικηρυκεύμασιν

BODLEIAN LIBRARY OXFORD

ἂν πίθοιο. Huic incommodo ut subveniret Muretus, verba κἀπικηρυκεύμασιν οὐκ ἂν πίθοιο Latine reddidit *neque stabis iis quae inter nos conventa sunt.* Respondet Musgravius, ἐπικηρυκεύματα non esse *conventa*, sed *petitiones per praeconem*, quarum exempla praebent Euripidis Supplices et Heraclidae. Neque πείθεσθαι significat *stare*, quod hoc sensu Graece dicitur ἐμμένειν. Scriptura igitur corrupta videtur. Non male Reiskius, licet paullo longius a recepta, κἀπικηρυκεύμασιν | αὐτῶν (vel τούτων) πίθοιο. Ex priori membro φίλος γένοι' ἄν suppleri potest ἄν. Musgravio placet οὐκ' ἂν πίθοιο. Simul monet οἶκα pro ὠκέως saepius apud Homerum inveniri. Exempla e tragicis desiderat Brunckius, quae cum non exstent, edidit κἀπικηρυκεύμασι | σύ γ' ἂν πίθοιο. Quae scriptura, judice Porsono, et nimis emphatica est, et Aegeum ceteris hominibus pejorem facit. Qui enim σύ γε τοῦτο ποιήσεις dicit, rem, de qua agitur, tibi potius quam ceteris hominibus convenire putat. Porsonus igitur ταχ' ἂν πίθοιο scripsit ex conjectura Wyttenbachii. *Ne Aegeum offendat*, inquit Porsonus, *timorem suum iisto* fortasse *moderatur Medea.* Nisi vera est haec scriptura, saltem veri similis est. Sed olim legebatur, ut modo vidimus, κἀπικηρυκεύματος vel κἀπικηρυκεύματα, quorum neutrum cum πίθοιο conciliari potest. Vide igitur an potius πίθοιο corruptum sit quam οὐκ ἄν.

722, 3. ταμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ, | τοῖς δ' ὄλβος ἐστὶ καὶ δόμος τυραννικός.] Aldus et Lasc. τοῖσδ' ὄλβός ἐστι. Rom. A. τοῖσδ' ὄλβος ἐστί.

724. Πολλὴν ἔλεξας ἐν λόγοις προμηθίαν.] Valckenarius ad Phoen. 531. ἔδειξας ἐν λόγοις. Quam scripturam Sigonio, ni fallor, tribuit Canterus in margine exempli Hervagianae se-
191 cundae, quod in bibliotheca Bodleiana exstat. Nihil facilius leniusve hac emendatione, quam ab Heathio Musgravioque probatam admisit Brunckius. Exempla ejusdem erroris praebet Porsonus ad Phoen. 540. Sed in solo fere Rom. C. legitur ἐν λώγοις. Rom. A. B. D. E. Flor. Lasc. Cott. Par. omnes, ὦ γύναι, quo admisso, non amplius offendit ἔλεξας. Porsonus igitur ἔλεξας revocavit, ὦ γύναι admisit. *Idem est* ἔλεξας, inquit, *ac si dixisset*, ἔδειξας ἐν λόγοις.

726. ἐμοί τε γὰρ τάδ' ἐστὶν ἀσφαλέστερα,] Rom. A. τάδ' ἔστιν. Deinde Rom. C. Pseudogregorius v. 781. ἀσφαλέστερα. Rom. A. B. D. E. Flor. Lasc. Par. A. B. D. Put. ἀσφαλέστατα, quod admisit Porsonus. In Rom. A. supra scriptum στέρα. Revocavi comparativum, cui melius respondent verba τὸ σόν τ' ἄραρε μᾶλλον v. 728. quam superlativo. Pro superlativo faciunt verba κἀμοὶ τάδ' ἐστὶ λῷστα v. 905. et similia, quae passim leguntur.

727. σκῆψίν τιν' ἐχθροῖς σοῖς ἔχοντα δεικνύναι,] Reiskius ἔχειν προδεικνύναι. *Alias deberet* ἔχοντι *legi*, inquit. Constructio est, ni fallor, δεικνύναι (id est, φαίνεσθαι) σοῖς ἐχθροῖς σκῆψίν τιν' ἔχοντα. Dicitur δεικνύναι ἔχοντα ut δείξω σοφὸς γεγώς v. 535. Quod ad dativum ἔχοντι attinet, nemo nescit accusativum recte se habere. Aeschylus Prom. 216. κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε | ἐφαίνετ' εἶναι, προσλαβόντα μητέρα, | ἐκόνθ' ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν. Cujus constructionis exempla e nostra fabula attulit Brunckius ἀνοίξαντα v. 644. ἔχοντα v. 727. πάσχουσαν v. 797. κηδεύουσαν v. 858. Plura ex aliis fabulis ipse dedi ad Heracl. 693. p. 140.

728. τὸ σὸν δ' ἄρηρε μᾶλλον.] Rom. C. τὸ σὸν δ' ἄραρε. Rom. A. B. E. Lasc. Par. A. τὸ σόν (Rom. E. τοσόν) τ' ἄραρε, quod admisit Brunckius. Pseudogregorius v. 761. τὸν σὸν δ' ἄραγε μᾶλλον ἐξηγοῦ θεόν. *Omnia mirifice pervertit*, inquit Porsonus, *sed ita pervertit, ut facile videas, eum* τὸ σὸν δ' ἄραρε *in exemplari suo reperisse.*

*Ibid.* ἐξηγοῦ θεούς.] Schol. τὸ δὲ ἐξηγοῦ θεοὺς, ἀντὶ τοῦ, ἀνόμαζε τοὺς θεοὺς, οὓς βούλει με ὀμόσαι.

729. Ὄμνυ πέδον γῆς,] Rom. E. Lasc. ὄμνυε. Porsonus: *Sed in tironum gratiam observandum est, hac forma, ea nempe, ubi* υε *pro* υμι *in fine verbi ponitur, nunquam uti Tragicos; rarissime veteres Comicos; saepius mediae, saepissime novae Comoediae poëtas. Paullatim et parce adhiberi coepta est sub mediam fere Aristophanis aetatem; tantum enim occurrit* ὀμνύη *Av.* 1610. συμπαραμιγνύων *in ultima ejus fabula, Pluto* 710. *Cetera loca ubi usurpari videtur, aut emendata sunt, aut emendanda.* Haec ille. Quod ad ὀμνύη attinet, non nisi casu accidisse puto, ut nihil tale apud Aeschylum, Sophoclem aut Euripidem legatur. Ὄμνυμι enim et similia verba nullum subjunctivum imperfectum apud Atticos habent, praeter eum qui a forma communi ὀμνύω derivatur[g]). Nec dubitandum est, quin quivis tragicorum aut veterum comicorum aeque libenter ὀμνύῃ 198
dixisset ac γράφῃ aut λέγῃ, si subjunctivum ejus verbi postulasset sententia. Recte autem statuere videtur Porsonus, participium συμπαραμιγνύων recentioris Atticismi esse. Qui post Euclidem vixerunt, frequenter hac forma usi sunt. Amphis apud Stobaeum Tit. XXVII. p. 194=121. Ὅστις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται, | αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται. Antiphanes ibid. Δέσποιν', ὅτ' ἄν τις ὀμνύοντος καταφρονῇ, | ᾧ

g) Subjunctivum imperfectum appello ὀμνύῃ, perfectum ὀμόσῃ, plusquam perfectum ὀμωμοκὼς ᾖ. Si mea auctoritas apud grammaticos valeret, Graecorum ἀόριστον *praeteritum perfectum*, eorum παρακείμενον *praesens plusquam perfectum* appellaremus.

μὴ σύνοιδε πρότερον ἐπιωρκηκότι, | οὗτος καταφρονεῖν τῶν θεῶν ἐμοὶ δοκεῖ, | καὶ πρότερον ὀμόσας αὐτὸς ἐπιωρκηκέναι. Alexis p. 195=121. Οὐ τοῖς γὰρ ὀμνύουσι τὸν φρονοῦντα δεῖ, | τοῖς πράγμασιν δ' αὐτοῖσι πιστεύειν ἀεί. Diphilus Tit. XXVIII. p. 196=123. Ὅρκος δ' ἑταίρας ταυτὸ καὶ δημηγόρου. | ἑκάτερος αὐτῶν ὀμνύει πρὸς ὃν λαλεῖ. Ὄμνυε autem, quod Euripidi tribuunt nonnulli libri, ne infimae quidem aetatis comicos usurpaturos fuisse existimo. Hoc enim inter ὄμνυε et ὀμνύει interest, quod ὄμνυε brevem syllabam post υ habet, ὀμνύει longam. Hanc autem formam non usurpasse videntur comici, nisi quando υ longam syllabam sibi subjectam habebat. Dixerunt ὀμνύω, ὀμνύεις, ὀμνύει, ὀμνύων, ὀμνύοντες, minime vero ὀμνύομεν, ὀμνύετε, ὤμνυον, ὄμνυε, ὀμνυέτω. Saltem nihil tale in eorum reliquiis offendi. Vulgo quidem tribuitur Menandro apud Athenaeum p. 502. E. τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος. | ἅπρατον ἐβόων, τὴν μεγάλην. ψυκτῆρά τις | προὔπινεν αὐτοῖς, ἀθλίους ἀπώλλυον. Sed ἀπολλύων sensu postulante reposuit Bentleius n. 153. Quae hactenus dicta sunt, de activa tantum forma accipienda sunt. Media enim et passiva forma nunquam variasse videntur apud Atticos, a quorum sermone aeque alienum fuisse credo ἀπολλύονται atque ἀπολλύμαι.

729, 30. πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς | νεύμοῦ, θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος.] Par. B. D. Put. omnes pro var. lect. ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας, quod ad v. 735. pertinere censet Musgravius. Hic enim locum habere non potest, ait, propter vocem νεύμου. Putat etiam σέβας esse pro σέλας. Sed ἁγνὸν σέβας dixerunt Aeschylus Eum. 888. Myrmidonibus apud Athenaeum p. 602. E. Sophocles Oed. T. 830. Phil. 1289. Euripides Cycl. 576. Haec exempla attulit Porsonus.

731. Τί χρῆμα δράσειν, ἢ τί μὴ δράσειν, λέγε.] Rom. A. B. D. E. μὴ δράσειν. Rom. C. μὴ δρᾶσαι. In Rom. A. etiam supra scriptum σαι. [Idem versus Iph. T. 758. *Ex Addendis.*]

732. Μήτ' αὐτὸς ἐκ γῆς σῆς ἔμ' ἐκβαλεῖν ποτε,] Hervagiana prima cum plerisque sequentium ante Barnesium σῆς omittunt. Recte H. Stephanus ἐκ γῆς σῆς. Sic etiam in uno libro Scaliger, in altero ἐκ τῆς γῆς.

735, 4. μήτ' ἄλλος ἦν τις τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν ἄγειν | χρῄζῃ, μεθήσειν ζῶν ἑκουσίῳ τρόπῳ.] Rom. C. D. E. μεθήσειν ζῶν. Rom. A. B. Par. A. Mag. Put. (in quo supra scriptum ζῶν) μεθήσειν γῆς. Par. E. utrumque habet.

735, 6. Ὄμνυμι γαῖαν, λαμπρὸν Ἥλίου τε φῶς, | θεούς τε πάντας,] Rom. C. (in quo v. 735. a correctore additus est) 195 D. λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς. Rom. A. B. λαμπρὸν θ' ἡλίου φάος. Rom. E. Lasc. λαμπρὸν ἡλίου φάος. Tres sunt scripturae di-

versitates, quarum nulla omni exceptione major est. Qui λαμπρόν θ' ἡλίου φάος legunt, spondeum in quarta sede exhibent. Qui vero λαμπρὸν ἡλίου φάος, metro quidem satisfaciunt, sed copulam omittendo aliquid de sententiae concinnitate detrahunt. Tertiae scripturae λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς objicit Porsonus, quod copulam inelegantер post duo vocabula insertam habet. Cujus quidem inelegantiae exempla satis frequenter apud tragicos occurrunt. Dixit noster verbi caussa infra v. 1076. καὶ δὴ γὰρ ἄλις βίοτόν θ' εὗρον, | σῶμά τ' ἐς ὕβριν ἤλυθε τέκνων. Plura exempla dedi ad Iph. T. 199. Mus. Crit. Cant. T. II. p. 282. Sed nemo non praeferret λαμπρόν θ' ἡλίου φῶς, si metri nihil interesset. Variam lectionem ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας a Musgravio ad v. 729. memoratam admisit Porsonus. Malim ἁγνὸν φάος, quod exstat apud Euripidem Hippolyto Καλυπτομένῳ Fragm. xiv. Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ, ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος. Dixit etiam Soph. El. 86. Ὦ φάος ἁγνὸν, καὶ γῆς | ἰσόμοιρος ἀήρ. Ponamus igitur Euripidem scripsisse ἡλίου θ' ἁγνὸν φάος, librariorum autem oscitatione invectum esse ἡλίου τε λαμπρὸν φάος. Vides ab hac scriptura, quasi a communi origine, facile derivari potuisse λαμπρόν θ' ἡλίου φάος, λαμπρὸν ἡλίου φάος, λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς. Sed hae merae sunt conjecturae. Matthiae, quem sequor, Aldinam revocavit.

736. ἐμμένειν, ἃ σου κλύω.] Scripsi ἐμμενεῖν, ex emendatione meane dicam an Schaeferi? Ambo enim in eam incidimus, sed ille prior occupavit. Latet in indice Graeco alterius ed. Lipsiensis ab eo curatae p. 519. Simili vitio legitur apud Euripidem Phoen. 1246. ἐπὶ τοῖσδε δ' ἐσπείσαντο, κἀν μιτραγμίοις | ὅρκους ξυνῆψαν ἐμμένειν στρατηλάταις[h]). Mavult etiam Schaeferus ἐμμενεῖν οἷς σου κλύω. Ita legi posse nemo ignorat. Sed et recepta recte se habet. Supplendum τούτοις vel ἐκείνοις. Aeque bene dicitur ἐμμενεῖν ἐκείνοις, ἃ σου κλύω, atque ἐμμενεῖν ἐκείνοις, οἷς σοῦ κλύω. Utriusque constructionis exempla praebent scriptores de ellipsi, necnon Matthiae Gramm. Gr. §. 473. 474.

737. Ἀρκεῖ. τί δ' ὅρκῳ τῷδε μὴ μένων πάθοις;] Id est, τί παθεῖν εὔγει ἐὰν μὴ ὅρκῳ τῷδε ἐμμένῃς. Optativum cum interrogatione hoc modo usurpatum alibi non reperi. Sed etiam imperativus hanc formam nonnunquam induit. Bene Graecum esset, Τί δράτω Σωκράτης; Id est, *Quid faciat vis Socrates?*

h) Isocrates περὶ τῆς Ἀντιδόσεως p. 514. C. ἀλλ' ὁμόσαι μὲν καθ' ἕκαστον τὸν ἐναντίον, ἢ μὴν ἀμείψω ἀμοιβὴν τῶν κατηγορούντων καὶ τῶν ἀπολογουμένων. Scribendum ἀμοιδεσθαι.

*Ibid.* Lasc. *μὴ μένων* solenni vitio, de quo vide ad verba *ἦν σὺ μὴ ἐγγελᾷς* v. 1329.

738. *Ἃ τοῖσι δυσσεβοῦσι γίγνεται βροτῶν.*] Rom. B. *δυσσεβοῦσι.* Rom. A. B. C. D. Lasc. *δυσεβοῦσι.* In Rom. C. alterum *σ* subscriptum. Lasc. etiam *δυσεβεῖ* v. 1254. *δυσεβέστατον* v. 1295. *δυσεβοῦς* v. 1550. Fluctuant Romani, quod semel monuisse sufficit.

194 *Ibid.* Omnes Rom. Mag. *γίνεται.* Sed Lasc. *γίγνεται.* Vide ad v. 14.

*Ibid.* Rom. A. B. E. *βροτῶν.* Rom. C. Mag. Pseudogregorius v. 788. *βροτοῖς.*

741. *πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ὧν βούλομαι.*] Rom. C. Par. A. *ὧν βούλομαι.* Rom. A. B. E. Flor. Lasc. Par. B. D. E. Mag. Put. Cott. *ἃ βούλομαι*, quod admisit Barnesius. Hoc exemplo usus est grammaticus antiquus, cujus verba leguntur apud Suidam v. *Ἃ ἅ: βραχέως δὲ καὶ δασέως τὸ ἅτινα.——καὶ ἀντὶ τοῦ ὧν τέτακται. καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Μηδείᾳ· Πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ* (Oed. C. 1106.)· *Αἰτεῖς ἃ τεύξῃ. Utraque constructio probe*, inquit Porsonus. Noster Hec. 42. *καὶ τεύξεται τοῦδ', οὐδ' ἀδώρητος φίλων | ἔσται πρὸς ἀνδρῶν.* Ibid. 51. *τοὐμὸν μὲν οὖν, ὅσονπερ ἤθελον τυχεῖν, | ἔσται.* Phoen. 513. *πρὸς δὲ τοῖσδ', αἰσχύνομαι, | ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε, καὶ πορθοῦντα γῆν, | τυχεῖν ἃ χρῄζει.* Ibid. 998. *Γυναῖκες, ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον, | κλέψας λόγοισιν, ὥσθ' ἃ βούλομαι τυχεῖν.* Praeter Brunckium ad h. v. videndus Matthiae Gramm. Gr. §. 363. Numerorum nihil referre videtur. Dixit noster Hipp. 1063. *Μάτην δ' ἂν ὅρκους ξυγχέαιμ', οὓς ὤμοσα.* Ubi nihil obstabat, quo minus diceret *ὅρκον—ὃν ὤμοσα.*

742, 3. *Ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ | πελάσειε δόμοις,*] Lasc. *ἀλλᾶσσ' ὁ μαίας.* Tragicus Rhes. 216. *Ἀλλ' εὖ σ' ὁ Μαίας παῖς ἐκεῖσε καὶ πάλιν | πέμψειεν Ἑρμῆς.* Quae sequuntur verba, *ὅς γε φηλητῶν ἄναξ*, Aegeo minus conveniunt. *Πομπαῖον Ἑρμῆν*, sed *χθόνιον*, invocat etiam Ajax apud Sophoclem v. 832. Neque hujus officii oblitus est Mercurius apud Aristophanem Pluto. *Ἡγεμόνιον* enim ipse se appellat v. 1160.

744, 5. *ὧν τ' ἐπίνοιαν σπεύδεις κατέχων, | πράξεως,*] Id est, interprete Porto, *et ea, quaecunque in animo habens festinas, perficias.* Malim, *πράξεώς τε ἃ σπεύδεις, ἐπίνοιαν αὐτῶν κατέχων. Σπεύδειν* hic *operam dare* significat. Idem est *ἐπίνοιαν κατέχων* quod *ἐπιθυμίαν ἔχων.* Noster Phoen. 411. *Πῶς δ' ἦλθες Ἄργος; τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες;* Aristophanes Av. 403. *κἀναπυθώμεθα τουτωνδί, τίνες ποτὲ, | καὶ πόθεν ἥμολον, | ἐπὶ*

τίνα τ' ἐπίνοιαν. Tragicus Rhes. 195. *Μέγας ἀγών, μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἐλεῖν. | μακάριός γε μὴν κυρήσας ἔσει.*

745, 6. *ἐπεὶ γενναῖος ἀνὴρ, | Αἰγεῦ, παρ' ἐμοὶ δεδόκησαι.*] Lasc. *ἐπὶ γενναῖος ἀνήρ.* Idem *ἐπὶ σφᾶς* v. 1345. Notanda autem ellipsis infinitivi *εἶναι*, de quo nihil dixerunt interpretes. Noster supra v. 294. *δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.* Item v. 589. *μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.* Infra v. 907. *δοκῶ γὰρ δυσμενὴς εἶναι δόμοις.* Ita pleraque loquuntur tragici. Sed dixit Euripides Tro. 394. *τὰ δ' Ἕκτορός σοι λύπῃ' ἄκουσον, ὡς ἔχει. | δόξας ἀνὴρ ἄριστος, οἴχεται θανών.* Sic etiam Hipp. 400. *τρίτον δ', ἐπειδὴ τοισίδ' οὐκ ἐξήνυσον | Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι | κράτιστον, οὐδεὶς ἀντερεῖ βουλεύμασιν. Δεδόκησαι* usurpat etiam Aristophanes Vesp. 725.

747. *Ὦ Ζεῦ, δίκη τε Ζηνὸς, ἡλίου τε φῶς,*] Hunc versum cum tribus sequentibus hoc ordine exhibet Lasc. *νῦν καλλίνικοι—γενησόμεσθα—ὦ Ζεῦ—νῦν δ' ἐλπίς.*

748, 9. *νῦν καλλίνικαι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι, | γενησόμεσθα,*] Rom. C. *καλλίνικαι.* Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. Mag. Put. *καλλίνικοι*, quod admisit Musgravius. Scripturam mutavit, ipso fatente, propter similem terminationem vocis *φίλαι*. Haec quidem pluribus exemplis ex eadem *ῥήσεως* sumtis defendi posset. V. 755. *ἤδη δὲ πάντα τἀμά σοι βουλεύματα.* V. 763. *παῖδας δὲ μείναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι.* V. 773. *ῥᾳθῦμα δ' οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον.* V. 779. *οὐ γὰρ γελᾶσθαι κλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι.* Sed Graece dicitur *ἡ καλλίνικος*. De quo vide ad *ἀπορθήτου* v. 808. *Etiamsi forma altera legitima esset*, inquit Porsonus, *feminino plurali non uteretur Medea, sed masculino.* Sic *μολόντες* v. 754. De hac constructione jam dictum ad v. 379. Scaliger etiam *καλλίνικοι*. Mox Rom. C. *γενησόμεθα.* 195

748. Desinit in hunc versum Rom. E.

749. *πείς ὁδὸν βεβήκαμεν.*] Schol. *Εἰς ὁδὸν γάρ.*) *ἀντὶ τοῦ, εἰς τὴν τῆς νίκης ἀρχὴν ἐληλύθαμεν.*

750. *νῦν δ' ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην.*] Reiskius: *νῦν δ' ἐλπὶς integre scribitur νῦν δὴ ἐλπίς.* Scribendum igitur *νῦν δὴ 'λπίς.* Quam elisionem cum exemplis confirmatam videro, legitimam esse credam. Recte *νῦν δὲ* propter *νῦν καλλίνικοι* v. 748. Vide ad v. 1039.

*Ibid.* Pseudogregorius v. 755. *τίσαι*, quod non contemnendum est, modo scribatur *τῖσαι*. Aeschylus Theb. 373. *ἐλπίς ἐστι νύκτερον τέλος μολεῖν.* Euripides Or. 777. *Μολόντα δ' ἐλπὶς ἐστι σωθῆναι κακῶν;* Alc. 144. *Ἐλπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶ σώσασθαι βίον.* Hel. 439. *ἐλπὶς δ' ἔκ γε πλουσίων δόμων | λαβεῖν τι ναύταις.* Thucydides III. 3. *καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπιχθέντας ἐκπεσεῖν ἄφνω.* Xenophon Hist. Gr. VI. 5, 35. *νῦν ἐλπὶς*

τὸ πάλαι λεγόμενον, ἀπαντεθῆναι Θηβαίους. Demosthenes Olynth. I. p. 3. C. σκοπεῖσθε εἰς τί ποτε ἐλπὶς ταῦτα τελευτήσας. Futurum praeter alios habet noster infra v. 1000. Sic etiam Alc. 294. μόνος γὰρ αὐτοῖς ἦσθα, κοὐτις ἐλπὶς ἦν, | σοῦ κατθανόντος, ἄλλα φανεῖσιν τέκνα. Aeschylus Agam. 688. ἐλπίς τις αὐτὸν εἰς δόμους ἥξειν πάλιν. Ita maluit quam ἐλθεῖν aut μολεῖν[1]). Diversam ab harum utraque constructionem habet ibid. 1445. οὗ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν, | ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς | Αἴγισθος, ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονεῖν ἐμοί.

751. οὗτος γὰρ ὦ 'νὴρ,] Rom. A. B. C. D. Lasc. Pal. A. Mag. οὗτος γὰρ ἀνὴρ, quod admisit Brunckius. *Vulgatum* ὦ 'νὴρ, ait, *forte est Aldi emendatio, qui tamen vix ignorare potuit primam in ἀνὴρ ancipitem esse.* Cujus sententiae auctorem citat Valckenarium ad Phoen. 1650. ubi vulgo legitur, Ἀταφος ἆδ' ἀνὴρ, ὡς μάθῃς, γενήσεται. Postea vero errorem suum vidit et agnovit. *Perduxerat me olim Valckenarii viri longe doctissimi auctoritas, in eam opinionem, poëtas Atticos pro lubitu primam in ἀνὴρ corripuisse vel produxisse, quod postmodo falsum esse comperi.* Haec sunt ejus verba ad Sophoclis Oed. C. 630.
196 γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο, ubi contra omnes libros γῇ τῇδ' ἀνὴρ ὅδ' dedit. Ad v. 1486. ejus fabulae haec monet: *Optime in Eurip. Medea* 769. [751.] *Aldus edidit* οὗτος γὰρ ὦ 'νὴρ, *quod retinere debebam, ut et ejusdem dramatis* v. 687. [669.] *edere,* Σοφὸς γὰρ ὦ 'νὴρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε. Porsonus utrobique ἀνὴρ, quod in ἀνὴρ mutavi.

*Ibid.* ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν,] Nostri, *where I was most at a loss, where I was weakest.* Euripides Ion. 363. Οἶσθ' οὖν, ὃ κάμνει τοῦ λόγου μάλιστά σοι;

752. λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.] Rom. C. πέφανται. Rom. A. B. πέφασται. Rom. D. πέφαται.

753. ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην πάλιν,] Reiskius: πρυμνίην. Male. A πρῷρα fit πρωρᾶτης, a πρύμνη πρυμνήτης, quod proprie κυβερνήτης significat. Hinc Aeschylus Eum. 16. Δελφὸς τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ. Ibid. 768. μήτοι τίν' ἄνδρα δεῦρο πρυμνήτην χθονὸς | ἐλθόντ' ἐποίσειν εὖ κεκασμένον δόρυ. Nostro loco πρυμνήτην adjectivi loco sumitur pro πρυμνήσιον, quo utitur poëta Herc. 478. ὡς ἀνημμένοι πάλῳ | πρυμνησίοισι βίον ἔχοιτ' εὐδαίμονα. Schol. Ἐκ τοῦ δ' ἀναψόμεν.) παυσόμεθα τῶν παρασσόντων κακῶν. ὅταν γὰρ ἀπόγειοι δεθῶμεν, παύονται τῶν καμάτων (vulgo κυμάτων) οἱ ναῦται. Haec verba

1) Dixit tamen paullo ante v. 685. γένοιτο δ' ὡς ἄριστα. Μυρίων γὰρ οὖν | πρώτων τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν. Futurum est μολεῖσθαι, quod usurpant Aeschylus Prom. 689. Sophocles Oed. C. 1742.

explicat Hesychius: *Πρυμνήσια. ἀπόγεια σχοινία.* Hinc noster Hec. 539. *λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια | νεῶν δὸς ἡμῖν.* Ceterum Hervagiana secunda aliaeque nonnullae pro *σκάλων* habent *κώπων*, quod in exemplo suo correxit Scaliger.

755, 6. *ἤδη δὲ πάντα ταμά σοι βουλεύματα | λέξω. δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους.*] Schol. *Λέξω δὲ μὴ πρὸς ἡδονήν.) μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἡδέα καὶ προσηνῆ εἶναι τὰ μέλλοντά σοι ῥηθῆναι. ἔστι γὰρ ἀηδέα* (ed. Ven. *ἡδέα*) *μὲν εἰς ἀκοὴν ἐλθεῖν, ἀναγκαῖα δὲ ὅμως.* Sensus est, *δέχου δὲ λόγους μὴ πρὸς ἡδονὴν λεγομένους, accipe sermones, qui delectandi causa non dicuntur.*

759, 60. *μολόντι δ' αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους, | ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα,*] Conjecturae sunt, Barnesii *ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταυτὰ*, Reiskii *ὡς συνδοκεῖ μοι πάντα.* Sed idem efficit vulgata. Verba *ταῦτα δοκεῖ μοι* significant *his assentior*, eoque sensu exstant apud nostrum Heracl. 1053.

760, 1. *καὶ καλῶς ἔχει, | γάμους τυράννων, οὓς, προδοὺς ἡμᾶς, ἔχει,*] Rom. A. B. C. Flor. Par. omnes, *καὶ καλῶς ἔχει.* Edd. pleraeque ex Hervagiana secunda *καὶ καλῶς ἔχειν.* Quae scriptura, licet e sola conjectura nata videatur, hoc argumento se commendat, quod post *δοκεῖ* facile irrepere potuit *ἔχει.* Legi quidem posset, expulso v. 761. *ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει, | καὶ ξύμφορ' εἶναι, καὶ καλῶς ἐγνωσμένα.* De qua constructionis mutatione mox dicam. Servato etiam v. 761. erunt quibus placeat *ἔχει* hoc sensu, *ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα, καὶ αὐτὸς καλῶς ἔχει γάμους τυράννων.* Sed rectius dicitur *καλῶς ἔχει μοι ὁ γάμος* quam *καλῶς ἔχω τὸν γάμον*, ut jam monui ad v. 715. Retinendum igitur *ἔχειν.* Si perspicuitati studuisset poëta, post verba *ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα* potius *καὶ καλῶς ἔχουσι γάμοι τυράννων* quam *καὶ καλῶς ἔχειν γάμους τυράννων* dixisset. Sed Atticae vel elegantiae vel negligentiae 197
est *ἔχειν.* *Hoc enim pendet a verbo λέξω, quod praecedit*, inquit Portus, *et ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetitum subauditur.* Ita Thucydides III. 3. *ἐσηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς, ὡς εἴη Ἀπόλλωνος Μαλόεντος ἔξω τῆς πόλεως ἑορτή, ἐν ᾗ πανδημεὶ Μιτυληναῖοι ἑορτάζουσι, καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπιχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω.* Ibid. 25. *καὶ ἔλεγε τοῖς προέδροις, ὅτι ἐσβολή τε ἅμα ἐς τὴν Ἀττικὴν ἔσται, καὶ αἱ τεσσαράκοντα νῆες παρέσονται, ἃς ἔδει βοηθῆσαι αὐτοῖς· προαποπεμφθῆναί τε αὐτὸς τούτων ἕνεκα, καὶ ἅμα τῶν ἄλλων ἐπιμελησόμενος.* Quae exempla suppeditavit mihi E. F. Poppo Observat. Crit. in Thucyd. p. 185. Nihil igitur difficultatis haberent haec verba, ni sequerentur, *καὶ ξύμφορ' εἶναι, καὶ καλῶς ἐγνωσμένα*, in quibus non dicitur quid *ξύμφορον* sit et *καλῶς ἐγνωσμένον.* Reiskius ita legendum et interpungendum censuit: *ὡς συνδοκεῖ μοι πάντα καὶ καλῶς ἔχει, | γάμους τυράννων θ', οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, | καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς εἰρ-*

γασμένα. Σύμφορα et εἰργασμένα, inquit, est pro συμφερόν τε et εἰργασμένον. Idem Reiskius Miscell. Nov. Lips. T. V. p. 919. a Valckenario ad Phoen. 1286. laudatus, medium versum delendum censet, utpote spurium et e v. 17. 565. 683. conflatum. Sed si v. 761. ex his conflatus est, nullus apud Euripidem versus est, quin simili argumento νοθείας convinci possit. Paullo majoris momenti est, quod cod. Flor. versum 761. omittit, praesertim cum hoc ignorasse videatur Reiskius. Tantum huic argumento tribuit Brunckius, ut versum, quem manifesto spurium et insititium appellat, audacter expulerit. Sed ab eodem codice absunt versus 700—705. idque propter γονάς, ut recte monet Valckenarius ad Phoen. 365. Ab eodem codice absunt Phoen. 362, 3. propter ἔχει, Phoen. 1608—13. propter βίον, Andr. 742, 3. propter ἀντιλήψεται, Andr. 933, 4. propter δόμους, Alc. 1068—73. propter duas tantum syllabas similes vocum ὀμμάτων et δεμάτων. Si toties propter homoeoteleuton in eo libro erratum est, facile mihi concessum iri arbitror, non aliam caussam quaerendam esse, cur in eo desit nostrae fabulae v. 761. quem agnoscunt Rom. A. B. C. D. Revocavit eum Matthiae, sed uncinis inclusit. Revocavit etiam Aldinam καὶ καλῶς ἔχει.

762. καὶ ξύμφορ' εἶναι, καὶ καλῶς εἰργασμένα.] Rom. C. εἰργασμένα. Rom. A. B. D. Flor. Lasc. Par. A. B. Cott. ἐγνωσμένα, quod admisit Musgravius. Sensus est δεδογμένα. Exempla pete ab H. Stephano v. Γινώσκω. Hic autem versus ut cum superioribus connectatur, ταῦτα supplent interpretes. Vertit Portus, *et utilia* haec *esse*, *et recte facta*.

764, 5. οὐχ ὡς λιποῦσα πολεμίους ἐπὶ χθονὸς | ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι,] Rectius πολεμίας, de quo mox. Non intelligo quo jure dicatur οὐχ ὡς λιποῦσα post verba παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι. Potius exspectassem οὐχ ὡς λείψουσα. Noster Tro. 740. ὦ λέκτρα πάμπα δυστυχῆ τε καὶ γάμοι, | οἷς ἦλθον εἰς μέλαθρον Ἕκτορός ποτε, | οὐχ ὡς σφαγεῖσ' Δαναΐδαις τέξουσ' ἐμὸν, | ἀλλ' ὡς τύραννον Ἀσιάδος πολυσπό-
198 ρου. Mendosa quidem est haec scriptura, sed recte se habere videtur τέξουσα[k]). Cum metro repugnet λείψουσα, vide an legendum λιποῦσ' ἄν, quod idem fere significat. Nam vix quidquam refert, utrum οὐ λείψω παῖδας an οὐκ ἂν λίποιμι παῖδας dicat Medea. Ita Agamemnon apud Euripidem Iph.

k) Seidlerus et Matthiae, οὐχ ὡς σφαγεῖσ' Δαναΐδαις τέξουσ' ἐμοί. Sed σφαγεῖσ' alienum esse a sententia jamdudum monuit Musgravius. Nec belle dicitur τέξουσ' ἐμοὶ σφαγεῖσ' Δαναΐδαις, quod minime defendit exemplum a Seidlero allatum, Ἀπουσον, ὡς σοι τέρψιν ἐμβάλω φρενί, in quo dativus uterque ad eandem personam spectat.

A. 94. *κλύων δ' ἐγὼ ταῦτ', ὀρθίῳ κηρύγματι | Ταλθύβιον εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατὸν, | ὡς οὔποτ' ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν.* Id est, *ὡς οὔποτε τλησόμενος.* Ceterum non male Burgesius *οὐχ ὡς λίπω σφε.* Quae scriptura ut admitti possit, delendus est v. 765. quem pro spurio habuit Brunckius, utpote conflatum e v. 1028, 9. *οὗτοι πόσ' ἔσται τοῦδ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ | παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.* Ita igitur procedet oratio: *παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι, | οὐχ ὡς λίπω σφε πολεμίας ἐπὶ χθονὸς, | ἀλλ' ὡῳ δόλοισι παῖδα βασιλέως κτάνω.*

*Ibid.* Rom. C. *πολεμίους*, ut Aldus. Edd. recentiores ante Musgravium *πολεμίων*. Rom. A. B. D. Lasc. Mag. Put. *πολεμίας*, quod admisit Musgravius. Sic etiam H. Stephanus. Frequens est confusio vocalis *α* et diphthongi *ου*[1]). Vide ad v. 548.

765. Rom. C. Lasc. *καθ' ὑβρίσαι.* Sic etiam Rom. C. v. 1029. ubi Lasc. recte *καθυβρίσαι.* [Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. p. 68. quia brevi praecessit *παῖδας τοὺς ἐμοὺς*, hic legendum suspicatur, *ἐχθροῖσιν αὐτοὺς τοῖς ἐμοῖς καθυβρίσαι.* *Ex Addendis.*]

767. *πέμψω γὰρ αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν,*] Rom. A. a corr. B. C. D. *αὐτούς.* Rom. A. ante corr. *αὐτοῖς.* Valckenarius ad Phoen. 1286. *αὐτῇ.* Ita enim legi monet v. 917. *πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται | τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν (οἶδ' ἐγὼ) πολύ.* Haec conjectura ut admittatur, delendus est v. 768. de quo mox dicturus sum. Admisit eam Brunckius. Porsonus vero licet versum 768. omiserit, *αὐτοὺς* revocavit.

768. *νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα,*] Rom. C. Mag. Schol. *φυγεῖν.* Aldus *τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα* etiam v. 910. 913. *μὴ φυγεῖν χθόνα* v. 941. ubi plura de hac diversitate. Nunc de *γνησιότητι* hujus versus dicendum est. Si Valckenario credis, inauditam ellipsin exhibent verba *τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.* Suspicor etiam superiora *νύμφῃ φέροντας* post *δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν* abundare ei visa esse, licet hanc sententiam diserte non expresserit. Quod ad ellipsin attinet, utinam nulla difficilior neque durior apud tragicos exstaret. *Passim ante infinitivum ὥστε paullo durius deest*, inquit Schaeferus ad Bosium p. 492=490. Sed hic potius supplendum videtur *ἱκετεύοντας*, quod in superioribus verbis quodammodo comprehenditur. Verba autem *νύμφῃ φέροντας* multum abest quin

1) Noster Heracl. 143. *δίκαιοι δ' ἐσμὲν, οἰκοῦντες, πόλιν, | αὐτοὶ καθ' αὑτῶν κυρίους κραίνειν δίκας.* Recte Scaliger *κυρίας.* Vulgata eodem vitio laborat quo *ξένους θ' ὁμοῦ γυναῖκας* Suppl. 94. *ἁπλοῦν— βιοτὰν* Herc. 663. *Πυθίου δενδρώτει πέτρᾳ* ibid. 790.

abundent. Significant enim *nuptiarum praetextis ferentes*. Dona sua φερνὰς appellat Medea v. 926. Eadem apud Senecam di-
199 cit v. 575. *Haec nostra nati dona nubenti ferant*. Valckenario obsecutus versum omisit Brunckius. Revocavit eum Matthiae, sed uncinis inclusit. Dedi quod vulgo legitur. Sed paene persuasum habeo, aliam eamque meliorem scripturam olim exstitisse, cujus vestigia his verbis exhibet Schol. *Τήνδε μὴ φυγεῖν χθόνα.*) *γράφεται δῆθεν δὴ, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ὡς δή.* Scribendum, ni fallor, *γράφεται, δῆθεν* [*ἰκεσίῳ λόγῳ*]. *δῆθεν δέ, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ὡς δή.* Utinam variam lectionem indicare contentus, particulam explicare supersedisset grammaticus. Haec enim explicatio in caussa fuit, ut scriba alterum *δῆθεν* cum verbis interjacentibus omitteret. De eo scribarum errore satis, opinor, modo dictum est ad v. 761. Lacunam expleat quisque ut velit et possit. Quod dedi, *ἰκεσίῳ λόγῳ*, non solum metro ac sententiae convenit, verum etiam eum sensum praebet, cujus interpretatio haberi possint verba *τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα*. Utut de hac conjectura statuatur, nemo non videt quam bene legatur *νύμφῃ φέροντας δῆθεν*. Suidas: *Δῆθεν. ὡς δή φησι. τοῦτο δὲ προσποίησιν ἀληθείας ἔχει, δύναμιν δὲ ψευδοῦς——προέτεινα τὰς χεῖρας, ἱκετεύων δῆθεν.* [Conjecturam meam non confirmant codices, quorum scriptura est: *Τήνδε μὴ φυγεῖν χθόνα.*) *γράφεται δῆθεν δὴ, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ὡς δὴ παραιτησομένους τὴν φυγήν. τεθέασε γὰρ τὸ δῆθεν ἀντὶ τοῦ ὡς δή.* Hinc nihil aliud extricari potest, quam pro *τήνδε* legendum *δῆθεν*. *Δῆθεν* quidem metro repugnat. Sed vulgo legitur *δῆθε* apud Euripidem El. 268. In mentem mihi venerat, *νύμφῃ φέροντας δῆθε, μὴ φεύγειν χθόνα*. Sed minus placebat *δῆθε*, ut ad v. 787. declaravi. *Ex Addendis.*]

768*. *λεπτόν τε πέπλον, καὶ πλόκον χρυσήλατον.*] Hic versus totidem verbis legitur iterum v. 919. nisi quod edd. pleraeque ibi pro *πλόκον* habent *στέφος*, quod hic etiam ex Par. A. admisit Brunckius. Porsonus *πλόκον* revocavit, Matthiae *στέφος*. Flor. *πλόκαμον*. Ex eodem Par. A. ordinem versuum mutavit Musgravius, apud quem hoc ordine leguntur: *πέμψω—λεπτόν—νύμφῃ.*—Matthiae ut vulgo. Eo excepto, nuperos editores haec quaestio non tangit. Brunckius enim, Beckius et Porsonus versum quem ultimo loco collocarat Musgravius, omnino omiserunt. Ego medium omisi. Non opus ut bis iisdem verbis declaret Medea, quaenam dona Creusae missura sit. Hic satis est *κόσμον* dicere. Altero loco, cum omnia jam parata sunt, et ipse *κόσμος* pannis involutus, vel potius pyxide sive arculâ inclusus, spectatorum oculis proponitur, non male additur hic versus, quo audito, facilius ad rei eventum properat animus.

769. *κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ,*] Reiskius *κἂν παραλαβοῦσα*. Observent tirones *ἀμφιθῇ* pro *ἀμφιθῆται*. Ita v. 950. *ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ | θήσει τὸν Ἅιδα κόσμον αὖ | τὰ ταῖν χεροῖν λαβοῦσα*. [Item v. 1129. *χρυσοῦν τε θεῖσα στέφανον ἀμφὶ βοστρύχοις*. *Ex Addendis.*] Euripides Erechtheo Fragm. vi. *ἀειδομὲ δὲ στεφάνους παρὰ πόλιον στεφανώσας*. Idem Bacch. 176. *θύρσους ἀνάπτειν, καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν, | στεφανοῦν τε κρᾶτα πισσίνοις βλαστήμασιν*. Satis usitata constructio est, ut de suo vel corpore vel parte corporis quis loquatur tanquam de alieno. Quod stare posset *ἀμφιθῆται*, modo per metrum liceret, uno exemplo ostendit Euripides Herc. 334. *ὅτ' ἂν δὲ πόσμον περιβάλησθε σώμασιν, | ἥξω πρὸς ὑμᾶς, νεττέρᾳ δώσων χθονί*. Qui tamen dixit ibid. 1159. *φέρ' ἐν πέπλοισι κρατὶ περιβάλω σκότος*.

770. *κακῶς ὀλεῖται, πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ πόρης.*] Euripidea quidem esse videntur verba *ὃς ἂν θίγῃ πόρης*, sed librariorum oscitatione ex alia fabula in hanc invecta. Hic longe praestaret *ὃς ἂν θίγῃ νεκροῦ*. Infra v. 1171. *πᾶσι δ' ἦν φόβος θιγεῖν | νεκροῦ*.

771. *ταισδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα.*] Rom. A. B. C. a corr. *χρίσω*. Rom. C. ante corr. D. Lasc. *χρήσω*. 800

772. *ἐνταῦθα μέντοι τόνδ' ἀπαλλάσσω λόγον.*] *Excidit hic versus ex Paulli Stephani editione, unde et in Barnesiana quoque omissus est.* Hoc Musgravii monitum male retulit Porsonus ad v. 783. *δόμους πατρῴους, ἀνδρὸς Ἕλληνος λόγοις*. Schol. *Ἐνταῦθα μέντοι.*) *μέχρι μὲν τούτου ἀποτερματίζω σοι, καὶ ἵστημι τὸν λόγον σιωπῶντα*.

773, 4. *ὥμωξα δ' οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον | τοὐντεῦθεν ἡμῖν.*] Rom. C. D. *τοὐντεῦθεν ἡμῖν*. Rom. A. *τοὐνθένδ' ἐν ἡμῖν*, supraescripto *γρ. τευ*. Rom. B. *τοὐνθένδεν ἡμῖν*. An olim lectum *τοὐνθένδε γ' ἡμῖν?* Sophocles Phil. 895. *Πάπαι, τί δῆτ' ἂν δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε;*

774, 5. *τέκνα γὰρ κατακτανῶ | τἄμ'*] Rom. A. B. D. *κατακτανῶ*. Rom. C. Par. A. *κατακτενῶ*, quod Novembri mense admisit Brunckius. Idem mense Julio ejusdem anni *κατακτανεῖτε* pro *κατακτενεῖτε* dederat apud Euripidem Or. 938. Futurum *κτανῶ* Atticis omnino abjudicavit Porsonus. Recte fortasse, licet ei responderi posset, non magis absurdum esse verbo *κτείνω* duo futura *κτενῶ* et *κτανῶ* tribuere, quam duos aoristos *ἔκτεινα* et *ἔκτανον* [m]).

m) Hoc argumento non defendetur futurum *ἀποκτανῶ*, si ea forma uspiam exstaret. Aoristum enim *ἀπέκτανον* solus usurpat Rhesi scriptor v. 978. *οὐ φύσεταί νιν Παλλὰς, ἢ σ' ἀπέκτανε*. Qui si comicus fuisset, audacter reponerem *ἀπέκτανα*. Sed *ἀπέκτονα* non vide-

775. (*οὔτις ἐστὶν, ὅστις ἐξαιρήσεται*),] Hujus constructionis alterum exemplum non reperi. Usitatius esset *οὐκ ἔστιν, οὐδείς ἐστιν, τίς ἐστιν*, sequente scilicet *ὅστις*. Ita noster infra v. 1506. *οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ | ἔτλη πόθ'*. Heo. 296. *Τίς ἐστιν* (alii *οὐκ ἔστιν*) *οὕτω στερρὸς ἀνθρώπου φύσις, | ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων | πλήσασα θρήνους, οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;* Ibid. 864. *Οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος*. Phoen. 597. *Πρὸς τίνος; τίς ὧδ' ἄτρωτος, ὅστις εἰς ἡμᾶς ξίφος | φόνιον ἐμβαλὼν, τὸν αὐτὸν οὐκ ἀπολσεται μόρον;* Alc. 786. *κοὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίστατας, | τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται*. Ibid. 851. *οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται | μογοῦντα πλευρὰ, πρὶν γυναῖκ' ἐμοὶ μεθῇ*. Iph. A. 525. *Οὐκ ἔστ' Ὀδυσσεὺς ὅτι σὲ κἀμὲ πημανεῖ*. Heracl. 414. *ἐκὼν δὲ τίς κακῶς οὕτω φρονεῖ, | ὅστις τὰ φίλτατ' ἐκ χερῶν δώσει τέκνα;* Ibid. 976. *τοῦτον δ', ἐπείπερ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμὰς, | οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξαιρήσεται*. Ion. 569. *Οὐκ ἔστιν ὅστις σοι προφητεύσει τάδε*. Herc. 1216. *οὐδεὶς σκότος γὰρ ὧδ' ἔχει μέλαν νέφος, | ὅστις κακῶν σῶν ξυμφορὰν κρύψειεν ἄν*. El. 903. *Οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὅστις ἂν μέμψαιτό σοι*. Sthenoboea v. 1. *Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ*. *Οὔτις* vero plerumque subjectum sibi habet *ὅς*. Aeschylus Eum. 739. *Μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν ἥ μ' ἐγείνατο*. Euripides Alc. 191. *ἡ δὲ δεξιὰν | προύτειν' ἑκάστῳ, κοὔτις ἦν οὕτω κακὸς, | ὃν οὐ προσεῖπε καὶ προσερρήθη πάλιν*. Ibid. 505. *ἀλλ' οὔτις ἐστὶν, ὃς τὸν Ἀλκμήνης γόνον | τρέσαντα χεῖρα πολεμίαν πότ' ὄψεται*. Heracl. 57. *οὐ γάρ τις ἐστὶν, ὃς πάροιθ' αἱρήσεται | τὴν σὴν ἀχρείαν δύναμιν ἀντ' Εὐρυσθέως*. Facile reponi posset *ὅς νιν ἐξαιρήσεται*, si opus esset. Sed vulgata sana videtur. Non ejusdem quidem constructionis, sed non valde diversae exempla exstant satis multa. Sophocles-Oed. C. 1167. *Ὅρα κατ' Ἄργος εἴτις ὑμῖν ἐγγενὴς | ἔσθ', ὅστις ἂν σου τοῦτο προσχρήζοι μαθεῖν*. Euripides Andr. 915. *Σοὶ δ' ἦν τις, ὅστις τοῦδ' ἐκοινώνει φόνου;* El. 650. *Ἦπού τις, ὅστις γνωριεῖ μ' ἰδὼν, γέρον*. Aristophanes Eccl. 477. *ἆρ' ἔστι τῶν ἀνδρῶν τις, ἡμῖν ὅστις ἐπακολουθεῖ*.

776. *δόμων τε πάντα συγχέας' Ἰάσονος*,] Flor. apud Valckenarium ad Hipp. 1062. *συγχέυσ'*, id est, *συγχέουσ'*.

777, 8. *ἔξειμι γαίας, φιλτάτων παίδων φόνου | φεύγουσα*,] Id est, *ἐπὶ φόνῳ, propter caedem*. Noster Hipp. 34. *ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα, | μίασμα φεύγων αἵματος Παλ-*

tur tragicis in usu fuisse. Corrigendus Aeschylus Eum. 590. *τὴν μητέρ' εἶπὰ πρῶτον εἰ κατέκτονας. Ἀπέκτονα* a comicis et prosae orationis scriptoribus usurpatum est, *κατέκτονα* vero, quantum memini, a nemine. Scribendum igitur *κατέκτανες*. Ita mox v. 594. *Εἰπεῖν γε μέντοι δεῖ σ' ὅπως κατέκτανες*. Sic etiam *κατέκτανε* v. 605. *κατέκτανεν* v. 608. *κατέκτανον* v. 615.

λαντιδῶν. Suppl. 148. *Τυδεὺς μὲν αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός.* Oeneo v. 1. *Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον | Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν | Τυδεύς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμός, | ᾤκησεν Ἄργος.*

778. *καὶ τλᾶσ' ἔργον ἀνοσιώτατον.*] Noster infra v. 1295. *ἔργον τλᾶσα δυσσεβέστατον.* Alc. 627. *ἔργον τλᾶσα γενναῖον τόδε.*

780. *ἴτω. τί μοι ζῆν κέρδος;*] Ita mox v. 801. *Ἴτω. περισσοὶ πάντες οὐν μέσῳ λόγοι.* Heracl. 454. *ἔμ' ἔκδος Ἀργείοισιν ἀντὶ τῶνδ', ἄναξ, | καὶ μήτε κινδύνευε, σωθήτω τέ μοι | τέκν'. οὐ φιλεῖν δεῖ τὴν ἐμὴν ψυχήν. ἴτω.* Hac loquendi formula utuntur, qui constanti animo mali aliquid tolerare, aut periculum subire decreverunt. Plenius noster Or. 791. *ΟΡ. Εὐλαβοῦ λύσσης μετασχεῖν τῆς ἐμῆς. ΠΥ. Τόδ' οὖν ἴτω. | ΟΡ. Οὐκ ἄρ' ὀκνήσεις; ΠΥ. Ὄκνος γὰρ τοῖς φίλοις κακὸν μέγα.*

*Ibid.* Rom. C. *τί μοι ζῆν κέρδος.* Rom. A. B. D. Lasc. *τί μοι ζῆν ἔτι* (Rom. D. *ἔστι*) *κέρδος.* Natus error e v. 143.

780, 1. *οὔτ' ἐμοὶ πατρὶς, | οὔτ' οἶκός ἐστιν, οὔτ' ἀπαλλαγὴ κακῶν.*] Rom. A. B. C. Lasc. *οὔτε μοι.* Rom. D. *οὔτε μοι.*

781. Aldus *οὔτ' οἶκος ἐστίν.* Sic etiam Par. A. Lasc.

*Ibid.* Rom. A. B. C. D. *οὔτ' ἀποστροφὴ κακῶν*, ut vulgo. In A. supra scriptum *ἀπαλλαγὴ*, quam varietatem agnoscunt etiam Par. B. D.

784. *ὃς ἡμῖν σὺν θεῷ τίσει δίκην.*] Rom. A. B. D. *τίσει.* Rom. C. Mag. Put. *δώσει.* Vulgo egitur *τίσειν δίκην* supra v. 750. *δώσει δίκην* infra v. 1265. Ubi fluctuant codices, deterius videtur *δώσει*, utpote ex interpretatione natum. Sophocles Aj. 113. *κεῖνος δὲ τίσει τήνδε κοὐκ ἄλλην δίκην.* Gl. *δώσει.*

785, 6. *οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε | ζῶντας τολοιπὸν,*] Cicero Oratore c. 46. *Itaque idem poëta, qui inusitatius contraxerat* patris mei meum factum pudet, *pro* meorum factorum,—*non dicit* liberum,—*sed, ut isti volunt,* neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. Male haec verba ad Ennii Medeam retulisse mihi videntur viri docti. Si Eanii sunt, nihil obstat quo minus ad ejus Phoenicem referantur, de quo videndus Valckenarius Diatrib. c. xxiv. Verba Amyntoris esse possunt, *μήποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν | ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα*, ex Homero Il. I. 455. translata.

786. Aldus *τολοιπὸν* etiam v. 1097. 1350. V. 786. Rom. A. C. *τολοιπὸν*, Rom. B. D. *τὸ λοιπόν.*

786, 7. *οὔτε τῆς νεοζύγου | νύμφης τεκνώσει παῖδ'.*] Mag. *νεαζύγου.* Aeque bene legeretur *νεοζυγοῦς* aut *νεόζυγος.* Hoc exstat apud Euripidem Fragm. Inc. clxvii. 3. *εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα | πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.* Illud

apud Aeschylum Prom. 1008. *δακὼν δὲ στόμιον, ὡς νεοζυγὴς | πῶλος, βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει.* Vide ad *νεοδμῆτες* v. 1333.

787. Rom. A. B. C. D. *παῖδ'*. In A. supra scriptum *γρ. δας*. Reiskius ad v. 1316. diphthongum in *παῖδας* ancipitem esse statuit. Hoc si minus placet, non desunt exempla quae singulare *παῖδα* defendant. Euripides Phoen. 19. *εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.* El. 22. ex emendatione Porsoni ad Med. 5. *δείσας δὲ μή τῳ παῖδ' ἀριστέων τέκοι | Ἀγαμέμνονος ποινάτορ', εἶχεν ἐν δόμοις* n). Aristophanes Vesp. 1128. *Ἔπειτα παῖδα χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν, | ὅθ' οὑτοσὶ με νῦν ἀποπνῖξαι βούλεται.*

787, 8. *ἐπεὶ κακῶς κακὴν | θανεῖν σφ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι φαρμάκοις.*] Rom. A. C. *κακῶς κακήν*. Lasc. Par. A. *κακὴν κακῶς*, quod admisit Brunckius. Hoc supra scriptum habet Rom. A. Adverbium priore loco posuit Sophocles Phil. 1369. *ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς.* Euripides Tro. 1055. *ἐλθοῦσα δ' Ἄργος, ὥσπερ ἀξία, κακῶς | κακὴ θανεῖται.* Cycl. 267. *ἦ κακῶς οὗτοι κακοὶ | οἱ παῖδες ἀπόλοιντ', οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ.* Aristophanes Eq. 2. *κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν | αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.* Simili modo Aeschylus Prom. 954. *νέον νέοι κρατεῖτε, καὶ δοκεῖτε δὴ | ναίειν ἀπενθῆ πέργαμ'.* Sed ubi nihil interpositum est, longe usitatior est alter ordo, quem exhibet noster infra v. 1353. *σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς, κατθανεῖ κακὸς κακῶς.* Tro. 446. *ἦ κακὸς κακῶς ταφήσει νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ.* Sic etiam Sophocles Oed. T. 248. Aj. 839. (ubi legitur *κακοὺς κάκιστα*) 1177. 1391. Aristophanes Eq. 189. 190. Nub. 554. Lys. 162. Plut. 65. 418. 880. Plura congessit Wetstenius ad Matthaei verba *κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς* c. xxi. 41. Sophocles etiam *στυγερὸν στυγερῶς* dixit Phil. 166. *δεινὰν δεινῶς* El. 198. Euripides *πάντες πάντως* Med. 826. *περισσὰν περισσῶς* Bacch. 1195. Aristophanes *καλὴ καλῶς* Ach. 252. Eccl. 725.

789. *μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω.*] De adjectivo *φαῦλος* vide Ruhnkenium ad Timaeum p. 268.

793. *Ἐπείπερ ἡμῖν τόνδ' ἐκοίνωσας λόγον,*] Flor. Cott. *ἐκοινώσω*, quod tacite admisit Brunckius. Vulgatam revocavit Porsonus. Ita v. 668. *Τοῦτῳ θεοῦ μάντευμα κοινῶσαι θέλω.* Schol. *Ἐπείπερ ἡμῖν.) τὸ ἑξῆς, ἐπείπερ ἡμῖν τόνδ' ἐκοινώνησας λόγον, ὁρᾶν σ' ἀπεννέπω τάδε. ἀπεννέπω δὲ καὶ σὲ ὠφελοῦσα καὶ τοῖς νόμοις βοηθοῦσα.* Diversa sunt *κοινῶσαι* et *κοινώσασθαι*. Illud *rem aliquam cum aliis communicare*, hoc *rei alicujus participes fieri* significat. Bene

n) Vulgo legitur ibid. 268. *Ὡς δῆθε παῖδας μὴ τέκοις ποινάτορας.* Suspiciosum est *δῆθε* pro *δῆθεν*, quod si reponere quis vellet, haud male legere posset, *ὡς παῖδα δῆθεν μὴ τέκοις ποινάτορα.*

[redacted]



igitur se habet v. 486. ὡς φίλῳ γὰρ ὄντι σοι κοινώσομαι. Sensus enim est, *tecum sermones habebo.*

796, 7. Οὐκ ἔστιν ἄλλως. σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν | τάδ' ἐστὶ, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς.] Rom. A. a corr. B. D. σοὶ δὲ συγγνώμη. Rom. A. ante corr. σὺ δὲ συγγνώμη. Rom. C. σοὶ δὲ συγνώμη. Lasc. σὲ δὲ, συγνώμη. Deinde Rom. omnes πάσχουσαν, sed in A. supra scriptum σῃ. De constructione vide ad ἔχοντα v. 727.

798. Ἀλλὰ κτανεῖν σὸν σπέρμα τολμήσεις, γύναι;] Rom. D. solenni errore θανεῖν pro κτανεῖν. Deinde Rom. C. σὸν σπέρμα. Rom. A. B. Lasc. Par. A. B. D. σὼ παῖδε. Rom. D. σὸν παῖδα. Flor. Put. σοὺς παῖδας. Hae diversitates grammaticorum conjecturae sunt, quos offendit σὸν σπέρμα. Metro autem nocet σοὺς παῖδας, sententiae σὸν παῖδα. Melior est σὼ παῖδε, quam probavit Musgravius, admisit Brunckius. Sed ne haec quidem vitio caret. Nam Medeae liberi, quorum toties fit mentio in hac fabula, semper παῖδες aut τέκνα appellantur, nunquam παῖδε aut τέκνω. Vide, si tanti est, v. 36. 45. 69. 73. 97. 112. 115. 336. 347. 477. 502. 537. 549. 552. 597. 763. 765. 777. 785. 834. 850. 884. 909. 913. 920. 926. 946. 961. 965. 970. 988. 1013. 1021. 1029. 1037. 1111. 1118. 1127. 1206. 1215. 1270. 1276. 1316. 1331. 1367. Toties duo Medeae filii παῖδες appellantur. Etiam saepius, ni fallor, τέκνα. Duale παιδοῖν semel legitur v. 1256. sed ibi de Inonis liberis agitur, nec bene diceretur, δυοῖν τε παισὶ συνθανοῦσ' ἀπόλλυται [o]). Revocavi igitur σὸν σπέρμα, quod satis defendunt Dejanirae verba apud Sophoclem Trach. 303. ὦ Ζεῦ τροπαῖε, μήποτ' εἰσίδοιμί σε | πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι. Similiter Aeschylus Suppl. 147. 157. σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρός. Ibid. 282. Βραχὺς τορός θ' ὁ μῦθος. Ἀργεῖαι γένος | ἐξευχόμεσθα, σπέρματ' εὐτέκνου βοός.

799. Οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθείη πόσις.] Ita Medea v. 1337. Οἵδ' οὐκέτ' εἰσί. τοῦτο γάρ σε δήξεται.

800. Σὺ δ' ἂν γένοιό γ' ἀθλιωτάτη γυνή.] Rom. C. σὺ δ' ἂν γένοιο γ' ἀ. γ. Rom. A. σὺ δ' ἂν γένοι' ἀ. γ. Rom. D. B. σὺ δ' ἂν

o) Aeschylus Ag. 1393. παίω δέ νιν δὶς, κἂν δυοῖν οἰμώγμασι | μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα. Eum. 603. Δυοῖν γὰρ εἶχε προσβολὰς μιασμάτων. Pers. 722. Ἀμφότερα. διπλοῦν μέτωπον ἦν δυοῖν στρατηλάτων (sic ed. Glasg.). Haec omnia soloeca mihi videntur. Δυοῖν, ni fallor, apud Atticos duali semper jungitur, δύο vero interdum plurali. Exempla in vulgatis libris innumera sunt quorum maximam partem corrupta esse credo. Nam si toties pluralem pro duali metro violato invexerunt librarii, quis dubitet id saepius accidisse ubi metrum utramque formam admittebat? Nonnulla tamen sunt loca quae dualem non admittant. Sophocles Aj. 237. δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών.

γένοιο ἀ. γ. Brunckius, σὺ δ' αὖ γένοι' ἂν ἀ. γ. *Absque ulla auctoritate mutavi*, inquit, *nec me tamen facti poenitet.* Ἂν *et* αὖ *scio a librariis saepissime fuisse commutata, et inertem particulam* γε *impendio odi.* Vulgatam revocavit Beckius. Particula γε minime iners est. Significat chorum iis quae a Medea dicta sunt aliquatenus assentiri. Sensus est, δηχθείη μὲν ὧν
204 Ἰάσων, σὺ δὲ γένοι' ἂν ἀθλιωτάτη γυνή. Contulit Porsonus tragici verba apud Plutarchum T. II. p. 35. D. p. 88. F. ΑΛ. Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς. | ΑΛ. Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς ἦ σ' ἐγείνατο. Ita noster Andr. 237. ΑΝ. Νέα πέφυκας, καὶ λέγεις αἰσχρῶν πέρι. | ΕΡ. Σὺ δ' οὐ λέγεις γε, δρᾷς δέ μ', εἰς ὅσον δύναι. Herc. 1248. ΘΗ. Εἴρηκας ἐπιτυχόντος ἀνθρώπου λόγους. | ΗΡ. Σὺ δ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς με νουθετεῖς. Plutarchus de Fortuna Alexandri II. p. 334. B. Ἀρχελάῳ δὲ δοκοῦντι γλισχροτέρῳ περὶ τὰς δωρεὰς εἶναι, Τιμόθεος ἄδων, ἐσήμαινε πολλάκις τοῦτὶ τὸ σκαμμάτιον, Σὺ δὴ τὸν γηγενέταν ἄργυρον αἰνεῖς. ὁ δὲ Ἀρχέλαος οὐκ ἀμούσως ἀντεσυνεφώνησε, Σὺ δέ γε αἰτεῖς. Id est, Ἐγὼ μὲν αἰνῶ, σὺ δὲ αἰτεῖς. Nostri, *Yes, but you ask.*

*Ibid.* Mag. ἀθλιωτάτη, γύναι. Etiam in Rom. A. supra scriptum γρ. γύναι. Sed praestat ἀθλιωτάτη γυνή. Ita v. 1216. καὶ γὰρ εἰ κτενεῖς σφ' ὅμως, | φίλοι γ' ἔφυσαν, δυστυχὴς δ' ἐγὼ γυνή.

801. Ἴτω. περισσοὶ πάντες οἱ ἐν μέσῳ λόγοι.] Scaliger ἴτων περισσοί, quam conjecturam merito improbat Barnesius. Ἴτω, inquit, *desperantis animi sermo est*, eat, currat. De hoc modo dictum ad v. 780.

*Ibid.* Rom. A. D. οὐμέσω. Pro ἐν μέσῳ olim scriptum ἐμμέσω monet Valckenarius ad Phoen. 592. Rom. C. οὐμέσω ante corr. ὀὺν μέσῳ a corr. Sic etiam Rom. B. Par. A. *Membranae* ὀὺν μέσῳ, inquit Brunckius, *quod si forte primis Editoribus se obtulisset, non dubito quin arripuissent, ut in Soph. Oed. T.* 959. 1046. ὀὐπιχώριος, *ubi recte edidimus* οἱ ἐπιχώριοι. Secus videbatur veteribus grammaticis. Aristophanes Vesp. 34. κἄπειτα τούτοις τοῖς προβάτοισί μοὐδόκει | δημηγορεῖν φάλαινα πανδοκεύτρια. Schol. Τοῖσι προβάτοις μοὐδόκει. τὸ πλῆρες, τοῖς προβάτοισί μοι ἐδόκει. καὶ ἔκθλιψις καὶ κρᾶσις. Similia sunt μαντευομένῳ μοὔχρησεν ibid. 159. ἀστέον μοὐγκώμιον Nub. 1209. ἐμοῦστι κιβωτὸς πλέα Eq. 996. αὐτός γε μέν τοὔφασκεν Eccl. 410. μεγάλων γάρ μοὐστὶν ἀγαθῶν αἴτιος Plut. 829. p) Aldus etiam apud

p) H. Stephanus Animadvers. in Lib. de Dialectis p. 64. *Quintum* [*genus*] *per ὄλιψιν et συναίρεσιν fieri ait* [*Trypho*]: *ut in* ἐμουποδύνει *pro* ἐμοὶ ὑποδύνει. *sed in hisce literis rara est talis synaloepha, cui tamen simile m apud Aristoph. vidisse mihi videor.* Si Attica crasis est, potius ἐμῴποδύνει quam ἐμούποδύνει scribendum videtur. Nam

Euripidem et Aristophanem sexies οὐ μοὶ vel ὀύμοὶ dedit, ut in Praefatione ad Sophoclis Oed. T. p. 9. monui. His similibusque exemplis tandem adducti sumus plerique, ut eam sententiam amplectaremur, quam duobus verbis, *οι cum ε fit ου*, expressit Matthiae Gramm. Gr. §. 56. p. 55. Dubitare se ait doctissimus Wolfius Analect. Lit. T. I. p. 452. propterea quod nullum futurum sit discrimen inter ὃ ἐν et οἱ ἐν, si scribatur οὐν μέσῳ. Sed hoc in aliis crasibus saepe accidit. Nullum discrimen est, verbi caussa, inter indicativum et subjunctivum verborum contractorum in ᾶν. Notandum autem μέσω sine ι subscripto, quod consulto omissum est, ut monui ad Heracl. 174.

804. λέξεις δὲ μηδὲν. τῶν ἐμοὶ δεδογμένων,] Soloecum mihi videtur λέξεις δὲ μηδὲν, sive *nihil autem dices* reddantur haec 205
verba, sive *nihil autem dicas*. Illo sensu λέξεις δ' οὐδὲν dicendum, hoc λέξῃς δὲ μηδέν. Sophocles Ant. 96. πείσομαι γὰρ οὐ | τοσοῦτον οὐδὲν, ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν [q]). Ibid. 84. Ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ | τοὔργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε. Sic recte edd. omnes, praeter eas quae Triclinianam recensionem exhibent, in quibus legitur προμηνύσεις. Male igitur hoc exemplo futuri pro imperativo positi utitur Matthiae Gramm. Gr. §. 511. 5. Magis ad rem est Aristophanis testimonium Plut. 487. Ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν, ᾧ νικήσετε τηδὶ | ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες· μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν. Subjunctivus ἐνδῶτε cum metro repugnet, constructio verborum μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδὲν ita fortasse explicanda est. Dixit comicus Av. 130. πρὸς τοῦ Διὸς τοὐλυμπίου, | ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία | λουσάμενα πρῳ· μέλλω γὰρ ἑστιᾶν γάμους· | καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιήσεις· εἰ δὲ μή, | μή μοι τόχ' ἥθῃς, ὅτ' ἂν ἐγὼ πράττω κακῶς. Olim legebatur ποιήσῃς, sed Brunckius e membranis ποιήσεις recte reposuit. Nemo ignorat hoc futurum pendere ab ὅπως haud secus ac παρέσει. In verbis e Pluto allatis non legitur quidem ὅπως, sed idem significant χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς quod ὅπως τι λέξετε ὑμεῖς. Verba igitur μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδὲν pendent ab ὅπως, quod in priori membro implicite continetur. Nostro loco legendum λέξῃς δὲ μηδέν, quod reposui. Similia sunt θαυμάσῃς μηδὲν Iph. T. 1220. θαυρύσῃς μηδὲν Tro. 458. δράσῃς μηδὲν Herc. 215. πάθητε μηδὲν ibid. 278. Hunc

τοῦ ὕδατος non fit θοὔδατος sed θὔδατος. Vide ad μ' ὑπῆλθε v. 56.

q) Malim πείσομαι γὰρ οὖν. Idem Phil. 766. ἐῶς σύτα καὶ φύλασσε. λαμβάνει γὰρ οὖν | ὕπνος μ', ὅτ' ἂν περ τὸ παυὸν ἐξήκῃ τόδε. Euripides El. 290. Οἴμοι, τόδ' οἷον εἶπας. αἴσθησις γὰρ οὖν | ἐκ τῶν θυραίων πημάτων δάκνει βροτούς. Eadem medicina egere mihi videtur Sophocles Oed. C. 495. Ἐμοὶ μὲν |οὐχ ὁδατά. λείπομαι γὰρ ἐν | τῷ μὴ δύνασθαι, μηδ' ὁρᾶν, δυοῖν πάρα.

errorem silentio praeterisse Brunckium non miror. Ille enim hujusmodi erroribus inducendis potius quam corrigendis operam dedit. Vulgo legitur apud Euripidem Phoen. 932. *Σίγα. πολίταις τοῖσδε μὴ λέξῃς λόγους.* Brunckius e codd. recte *πόλεσι δὲ* dedit, secus autem *τοῖσδε μὴ λέξεις λόγους.* Simili mendo Aldus Or. 1598. *μηδαμῶς δράσεις τάδε.* Ion. 522. *Παῦε, μὴ ψαύσας τὰ τοῦ θεοῦ στέμματα ῥήξεις χερί.* [Herc. 988. *ὦ φίλτατ', αὐδᾷ, μή μ' ἀποκτείνειες, πάτερ.* *Ex Addendis.*]

805. *εἴπερ φρονεῖς εὖ δεσπόταις, γυνή τ' ἔφυς.*] Schol. *Εἴπερ φρονεῖς γ' εὖ δεσπόταις.) δέσποιναν ἑαυτὴν λέγει, οὐχ ὡς θεραπαινῶν ὄντων τῶν ἀπὸ τοῦ χοροῦ, ἐπεὶ* (vulgo *ὅπου*) *κατ' ἀρχὴν τοῦ λόγου φίλας αὐτὰς ὀνομάζει. ἀλλὰ τὸ δεσπόταις ἀντὶ τοῦ τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς κρατοῦσι. τὸ δὲ πληθυντικὸν ἀντὶ τοῦ ἑνικοῦ. θέλει γὰρ εἰπεῖν, ἐμοὶ τῇ κρατούσῃ. καὶ γὰρ βασιλέως θυγάτηρ ἦν, καὶ γυνὴ βασιλέως τοῦ Ἰάσονος, καὶ σώζει τὸ εὐγενὲς φρόνημα.* O incredibilem interpretis stuporem, qui non viderit Medeae ancillam Jasonem arcessitum mitti. Ceterum hinc sumsit Porsonus *εἴπερ φρονεῖς γ' εὖ.* *Saepe enim in dialogis*, inquit, *particula γε sequitur εἴπερ vel continuo, vel interposito alio vocabulo.* Exempla duo dedit Porsonus, quibus tria adjiciam. Aeschylus Cho. 495. *ἤτοι δίκην ἴσθλε σύμμαχον φίλοις, | ἢ τὰς ὁμοίας ἀντίδος βλάβας λαβεῖν, | εἴπερ κρατηθεὶς γ' ἀντενικῆσαι θέλεις.* Aristophanes Ach. 306. *Πῶς δ' ἔτ' ἂν καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ, | οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει;* Nub. 359. *Λέξον δή μοι, τί παθοῦσαι, | εἴπερ νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν;* Recte igitur hic addita videtur particula. Codd. Romani, ni fallor, eam non agnoscunt, neque in sua ed. manere passus est Matthiae. Et-
806 si parum interest, vix casu factum arbitror, ut apud scholiasten exstet. Nec desunt loca, in quibus haec particula post *εἴπερ* librariorum errore omissa scripturam corruperit. Vulgo legitur apud Aristophanem Ran. 76. *Εἶτ' οὐχὶ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου | μέλλεις ἀναγαγεῖν, εἴπερ ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν.* Multi codd. *μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν.* Quam scripturam recte probat Brunckius. Superiore versu delendum videtur *ὄντ'*.

806—812. Hanc strophen, quae in edd. plerisque in undecim versus divisa est, quamque Matthiae in octo divisit, ego in septem divisi, omnes formae satis usitatae, omnesque praeter primum et ultimum diversos ab iis, quos exhibet Matthiae. Primo similes sunt hujus fabulae versus 946. 953. De secundo jam dixi ad v. 618. Tertius iambelegus est, cujus generis plures in primo Sophoclei Ajacis *μέλει* exstare monet Porsonus Praefat. ad Hec. p. xii. Quartus dactylicus hexameter catalecticus est. Quintus iambelegus est una syllaba

addita. Sophocles Aj. 175. ὥρμασε πανδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας. Sextus asynartetus est, qui ex iisdem partibus constat quibus iambelegus, sed inverso ordine. Euripides Tro. 799. πρῶτον ἔδειξε κλάδον, γλαυκᾶς Ἀθάνας. Ion. 1048. Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος, ἃ τῶν. Haec exempla attulit Gaisfordius ad Hephaestionem p. 343. Septimus una syllaba longior est quam Glyconeus. Σαπφικὸν ἑννεασύλλαβον, ἢ Ἱππωνάκτειον, appellat Hephaestio p. 56. Exempla dedit Gaisfordius p. 506. His adde nostrae fabulae v. 136. ἐπεί μοι φίλια πέφανται.

806. Ἐρεχθεΐδαι τοπαλαιὸν ὄβιοι,] Scripsi Ἐρεχθεΐδαις soluta diphthongo, quod in chori carmine licet. Noster Iph. A. 225. πυῤῥότριχας, μονόχαλα δ' ὑπὸ σφυρὰ | ποικιλοδέρμονας, οἷς παρεπάλλετο | Πηλεΐδας ξὺν ὅπλοισι παρ' ἄντυγα. Vulgo quidem legitur Πηλείδας, sed altera forma metro dactylico longe convenientior est, praesertim cum haec verba sententiae caussa rhythmo dactylico conclusisse videatur poëta. Apud tragicum Rhes. 906. recte omnes edd. Ὅλοιτο μὲν Οἰνεΐδας. Τυδεΐδην quadrisyllabum in Scolio legitur, cujus initium est, Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω. Hanc diphthongum in dativo solutam haud raro exhibent Atticorum poëtarum μέλη. Sophocles κύμαι' ἐν εὐρεῖ πόντῳ dixit Trach. 114. Cratinus apud Hephaestionem p. 47. σιγάν νυν ἅπας ἔχε σιγάν. | καὶ πάντα λόγον τάχα πεύσει. | ἡμῖν δ' Ἰθάκη πατρὶς ἐστι, | πλέομεν δ' ἂμ' Ὀδυσσεῖ θείῳ.

*Ibid.* Rom. C. τοπαλαιόν. Rom. A. B. D. Lasc. τὸ παλαιόν. Sic etiam edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam. Schol. τε παλαιὸν, quod merus error videtur.

807. καὶ θεῶν παῖδες μακάρων,] Vide Brunckium ad Sophoclis Ant. 986. Eodem jure (id est, nullo) Athenienses θεῶν παῖδες appellantur, quo Athenae θεόδμητοι.

807, 8, 9. ἱερᾶς | χώρας ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι | κλεινοτάταν σοφίαν,] *Quod habet MS. Flor.* ἀπορθήτας *sincerum arbitror*, inquit Valckenarius ad Phoen. 242. ubi vulgo legitur simile femininum ἀθανάτας θεοῦ. Aeschylus etiam, si vul- 207
gatis libris fides habenda est, ἀθανάτας τριχὸς dixit Cho. 617. Apud Aristophanem vulgo legitur ἀθανάταις ἰδέαις Nub. 288. ἀθανάταν φλόγα Thesm. 1061. Dixit etiam Sophocles Ant. 338. θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, γᾶν | ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται. Hujusmodi feminina rarissime apud Atticos poëtas reperiuntur. In Phoenissarum versu ἀθανάτου non sine idonea auctoritate reposuit Porsonus, qui tamen nostro loco non improbat ἀπορθήτας. Quod magis miror, πολυκλαύτην et φιλοξένη ex mera conjectura Aeschylo restituenda censet r). Mea quidem

r) I. Ag. 1553. ἀλλ' ἐμὸν ἐκτοῦδ' | ἔρνος ἀῤῥθὲν, τὴν πολυκλαυτὸν

sententia, neque ἀπορθήτας neque ἀπορθήτου scripsit Euripides, sed ἀπορθήτοι omissa copula. Simili modo λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ dixit v. 202. et paullo post v. 207. ἐφ' ἁλμυρὰν πόντου κλῆδ' ἀπέραντον. Similia sunt apud Sophoclem χειροδαΐκτα σφαγί' αἱμοβαφῆ Aj. 219. apud Euripidem κεραύνιόν τε πῦρ αἰθάλοιν Phoen. 191. πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα Hel. 1342. χρυσέαν ἄρνα καλλιπλόκαμον El. 705. θερμᾷ φλογὶ θεοπύρῳ ibid. 732. apud Aristophanem δροσερὰν φύσιν εὐάγητον Nub. 276. εὔανδρον γᾶν Κέκροπος ὑψόμεναι πολυήρατον ibid. 299. ἀμφιθαλὴς ἔρως χρυσόπτερος Av. 1755. Διὸς ἄμβροτον ἔγχος πυρφόρον ibid. 1747. ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ Thesm. 131. Exemplorum quae apud hos quatuor poëtas exstant, ne decimam quidem partem attuli. Exempla his contraria apud Atticos reperiri posse non diffiteor. Sed valde pauca sunt pro horum numero, neque omnia sana. Pleraeque edd. apud Aristophanem Nub. 1020. Ὦ καλλίπυργον σοφίαν | κλεινοτάτην τ' ἐπασκῶν. Brunckius ex codd. dedit κλεινοτάτην ἐπασκῶν. Quod ad genitivum ἀπορθήτοιο attinet, frequentior apud tragicos est ea forma quam ut exemplis opus sit. Apud Euripidem Hec. 467. ubi vulgo legebatur τᾶς καλλιδίφρου Ἀθαναίας, Porsonus καλλιδίφροι hiatus vitandi caussa reposuit. Sed exemplum observatu dignius praebet Aeschylus Suppl. 61. δοξάσει τις ἀκούων | ὅπα τᾶς Τηρείας | μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου, | πυρκηλάτου τ' ἀηδόνος. Nemo non videt copulam sententiae nocere, quippe quae significet, diversam a Terei uxore esse πυρκήλατον ἀηδόνα. Scribendum igitur πυρκηλάτοι' ἀηδόνος.

808 808. Scholiastes ἄπο φερβόμενοι divisim legisse videtur. Verba ejus sunt: Χώρας ἀπορθήτου.) ἡ σύνταξις, ἀπὸ ἀπορθήτου χώρας. ἀπόρθητον δὲ αὐτὴν εἶπεν, διὰ τὰς θρυλλουμένας πολ-

τ' | Ἰφιγένειαν ἀνάξια δράσασ, etc. *Dele inutilem copulam et lege* πολυκλαύτην, ait Porsonus. Ime, potius dele etiam nomen proprium et lege τὴν πολύκλαυτον ἀνάξια δράσας. Nominum propriorum a librariis additorum exempla dedi ad Euripidis Iph. T. 824. Mus. Crit. Cant. T. II. p. 296. Quod πολύκλαυτόν τ' vulgo legitur, argumento est, anapaestorum συνάφειαν librariis haud ignotam fuisse. Non enim copulam addidissent, nisi metro necessariam existimassent. Il. Cho. 654. εἴπερ φιλοξένη 'στιν Αἴγισθου βία. Ita Porsonus pro φιλόξενʼ ἐστίν. Legendum φιλόξενός τις. Aeschylus Prom. 695. Πρό γε στενάζω, καὶ φοβοῦ πλέα τις εἶ. Theb. 497. ὃ σηματουργὸς οὔ τις εὐτελὴς ἄρ' ἦν. Sophocles Aj. 1266. Φεῦ, τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς | χάρις διαῤῥεῖ, κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται. Euripides Iph. A. 1012. Κακός τις ἐστὶ, καὶ λίαν ταρβεῖ στρατόν. Bacch. 822. Εὖ γ' εἶπας αὐτὸ, καί τις εἶ πάλαι σοφός. Hel. 911. ἅστις δ' ὁ πλοῦτος; ἔνδικός τις ὤν. Aristophanes Av. 1328. πάνυ γὰρ βραδύς ἐστί τις, ὥσπερ ὄνος. Thesm. 646. ὡς καὶ στιβαρά τις φαίνεται καὶ καρτερά. Plut. 726. Ὡς φιλόπολίς τις ὁδ' ὁ δαίμων καὶ σοφός. Plura attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 487. 5.

λὰς νίκας αὐτῶν. αὐτοὶ γὰρ ἀπόρθητοι καὶ ἀήττητοι διετέλεσαν. τὸ δὲ φερβόμενοι σοφίαν, ἀντὶ τοῦ προσλαμβάνοντες, καὶ παιδευόμενοι πᾶσαν σοφίαν. οὕτω δὲ εἶπεν, ὡς ἀναγκαίας αὐτῆς (Ε. αὐτοῖς) οὔσης τῆς παιδεύσεως, καθάπερ ἄλλης τροφῆς. Hanc scripturam solus adoptavit Barnesius. Praestat ἀποφερβόμενοι.

809, 10. αἰεὶ διὰ λαμπροτάτου | βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος,] Rom. C. *aiel.* Rom. A. B. Lasc. Par. A. ἀεὶ, quod admisit Brunckius.

*Ibid. Idem observat Aristides in Panathenaico*, inquit Musgravius. Nempe p. 100, 12. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις τῶν περὶ γῆν ἀέρων τοσοῦτον ἀφέστηκε γῆς τῇ φύσει, οὐδ' αἰθέρι μᾶλλον εἴκασται.

810, 1, 2. ἔνθα πόθ' ἁγνὰς | ἐννέα Πιερίδας λέγουσι Μούσας | ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι..] Rom. C. λέγουσι μούσας. Rom. A. B. Par. A. μούσας λέγουσι, quod admisit Brunckius. Matthiae vulgatam revocavit. Lasc. λέγουσι omnino omittit.

812. Magna interpretum controversia est, utrum Ἁρμονίαν nomen proprium sit, necne. Schol. ἔνιοι δὲ λέγουσι Εὐριπίδην τὰς Μούσας λέγειν Ἁρμονίας θυγατέρας, ἀγνοήσαντες. οὐ γὰρ τοῦτο λέγει, ἀλλὰ ὅτι αἱ Μοῦσαι πρῶτον ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐλθοῦσαι ἁρμονίαν ᾖδον καὶ τὴν μελῳδίαν. διὰ γὰρ τοῦ φυτεῦσαι τοῦτο παρίστησιν νῦν. περὶ δὲ τοῦ τὰς Μούσας ἐν τῇ Ἀττικῇ ἱδρῦσθαι, ἀρκεῖ τὰ Παλαιφάτου. Sed huic explicationi repugnat adjectivum ξανθὰν, quod personam designare monet Musgravius. Melior est altera interpretatio, quam improbat grammaticus. Euripides igitur Musas in Attica ex Harmonia natas statuit, τὰς ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα | Μνημοσύνη, γουνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα, auctore Hesiodo Theog. 53. Non ideo rejicienda est haec sententia, quia nemo praeter Euripidem Musarum matrem Harmoniam appellavit, aut ipsas in Attica natas dixit. Tam multa enim receptae mythologiae contraria apud nostrum reperiuntur, ut facile videas eum in illa sententia fuisse, nihil esse in his rebus quod sibi permittere poëtae non liceret. Ceterum longe aliter haec verba accipit Musgravius, tali scilicet sensu, *ubi Musae flavam Harmoniam educarunt.* Haec explicatio ut constet, pro φυτεῦσαι legendum censet χορεῦσαι, *choris initiare*, quod hic valere putat *educare.*

815—819. Τοῦ καλλινάου—ξυνεργούς.] Hunc locum ob oculos habuisse videtur Sophocles Oed. C. 685. οὐδ' ἄϋπνοι | κρῆναι μινύθουσι, | Κηφισοῦ νομάδες ῥεέθρων, | ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἄματι | ἀκυτάκος πεδίων ἐπινίσσεται, | ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ, | στερνούχου χθονός. οὐδὲ Μουσᾶν | χοροί νιν ἀπεστύγησαν, | οὐδὲ χρυσάνιος

Ἀφροδίτα s). Apud utrumque poëtam Veneris, Musarum et Cephisi mentio.

813. καλλιναόυ τ' ἐπὶ Κηφισοῦ ῥοαῖς] Schol. Τοῦ καλλιναόυ.) νῦν τοῦ ἐν Ἀττικῇ μνημονεύει. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος ὁμώνυμος ἐν Βοιωτίᾳ. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερυι, καθά φησι Πολέμων ἐν τῷ περὶ Ποταμῶν, γράφων οὕτως· ἐν Ἀθήνησί τε Κηρισσὸς (sic ed. Ven.), καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Ἄργει. Praeter hunc grammaticum, τοῦ καλλιναόυ τ' exhibent Rom. A. B. C. Par. A. Hanc scripturam a Musgravio probatam admisit Brunckius. Musgravii verba sunt: *Lege ob metrum* τοῦ καλλιναόυ *ut habet Scholiastes. Penultimam enim corripit* καλλίναος *ut* ζωῆς *Hecub.* 1108. θηώσας *Heracl.* 998. [995.] Καλλίναος, quod iterum legitur apud Euripidem Alc. 592. adjectivum est ejusdem familiae cujus ἀέναος, quod penultimam semper corripit. Si uspiam exstaret καλλίναος tertia producta, nihil aliud significare posset quam *pulchra templa habens.*

*Ibid.* Rom. C. ἐπὶ Κηφισσοῦ. Rom. A. B. D. Par. A. ἀπὸ Κηφισοῦ, quod admisit Brunckius. In Rom. A. supra scriptum ἐπί.

*Ibid.* Par. A. ante corr. ῥοαῖς ut vulgo. Idem correctus ab eadem manu ῥοὰς, quod admisit Brunckius.

814. τὰν Κύπρῳ κλήζουσιν ἀφυσαμέναν] Rom. A. B. C. ἀφυσαμέναν, ut ex conjectura edidit Porsonus. *Duplicavi* σ, inquit, *quod in choricis licet.* In Rom. A. medium α supra scriptum habet ω. Rom. D. ἀφυσσομένην. Hesychius: Ἀφυσσάμενος. ἀντλήσαντες. Vide Homerum Il. Γ. 295. Tragici non solum in choricis σ duplicant, verum etiam nonnunquam in anapaestis. Aeschylus κατανασσαμένη dixit Eum. 952. Idem Theb. 1064. γένος ὠλέσσατε πρέμνοθεν οὕτως. Matthiae tamen ἀφυσαμέναν revocavit.

815, 6. χώραν καταπνεῦσαι μετρίας ἀνέμων | ἡδυπνόους αὔρας,] Rom. A. B. C. χώραν. Rom. D. τὴν χώραν. Hi omnes μετρίας—αὔρας ut vulgo. Brunckius ex ingenio, χώραν καταπνεῦσαι μετρίαις ἀνέμων ἡδυπνόοις αὔραις. Atqui non dicitur ὕδατί με κατέχεεν, *aqua me perfudit*, sed ὕδωρ μου κατέχεεν. Aristophanes Eq. 1088. Ἀλλ' ἐγὼ εἶδον ὄναρ, καὶ μοὐδόκει ἡ θεὸς αὐτὴ | τοῦ δήμου καταχεῖν ἀρυταίνῃ πλουθυγίειαν. Lys. 551. Ἀλλ' ἤνπερ ὅ τε γλυκύθυμος Ἔρως, χὴ Κυπρογένεια Ἀφροδίτη | ἵμερον ἡμῶν κατὰ τῶν κόλπων καὶ τῶν μηρῶν καταπνεύσῃ. Plura dabit Matthiae Gramm. Gr. §. 376. p. 504. Recte igitur Reiskius χώρας καταπνεῦσαι, id est, ipso interprete, *exspirasse,*

s) Recte Aldus οὐδὲ χρυσάνιος. Vitium est in strophico versu 680.

nbi legendum θεαῖς μονοσυλλάβως.

exhalasse, *in*, adversus, super *regionem*. Admisit hanc conjecturam Porsonus. Beckius et Matthiae omnia ut vulgo.

816. Rom. A. B. D. Par. A. ἡδυπνόους omittunt. Legitur in Rom. C. et in A. quidem, sed a recentiore manu. Salvo metro abesse nequit. Nescio an operae pretium sit monere, Euripidem ἡδυπνόους dicere maluisse quam ἡδυπνόων, licet αὔρας alterum habeat adjectivum, ἀνέμων vero nullum. De hac re non eadem veterum sententia fuit quae recentiorum. Dixit Sophocles Aj. 134. *Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου | Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου.* Idem Oenomao apud Aristophanem Av. 1537. *Γενοίμαν ἀετὸς ὑψιπέτης, | ὡς ἂν ποταθείην ἀτρυγέτου | γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας.* Recentiores dixissent ἀγχίαλον et ἀτρύγετον. Euripides Hipp. 128. *θερμᾶς δ' ἐπὶ νῶτα πέτρας | εὐαλίου κατέβαλεν.* Alia sexcenta sciens praetermitto.

816, 7. *αἰεὶ δ' ἐπὶ βαλλομέναν | χαίταισιν εὐώδη ῥοδέων πλόκον ἀνθέων,*] Lasc. *ἀεὶ δ' ἐπὶ βαλλομένα.* Hervagiana secunda et sequentes ante Brunckium *αἰεὶ δ' ἐπιβαλλομέναν.* Rom. A. C. *ἀεὶ δ' ἐπιβαλλομέναν*, quod admisit Brunckius. Par. A. etiam *ἀεί.* 210

817. Matthiae *χαίταις.* Vulgata metro convenientior est.

818. *τᾷ σοφίᾳ παρέδρους πέμπειν ἔρωτας,*] Schol. *Παρέδρους·) συνοίκους. παρόσον οὐκ ἐκτός εἰσιν ἔρωτος οἱ περὶ σοφίαν καὶ πᾶσαν ἀρετὴν διατείμενοι.*

819. *παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς.*] *Membranae et Lasc. ἀρετᾶς praestant*, inquit Brunckius. Musgraviana enim typographi errore *ἀρετῆς.* Rom. C. *ἀρετάς.*

820, 1. *Πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν | ἢ πόλις, ἢ φίλων πόμπιμόν σε χώρα*] Rom. C. *ἢ πόλις ἢ φίλων.* Rom. A. B. D. *ἢ φίλων ἢ πόλις.* Flor. Par. A. B. D. *ἢ φίλων ἢ πόλιν.* Suspicor aut meam collationem aut Musgravianam hic mendosam esse. Haec verba interpretes miris modis exercuerunt. *Patet aliquid deesse*, inquit Reiskius. *Putem igitur ῥοαὶ ex vs.* 835. [813.] *huc transferendum, et ibi quidem καλλιναόν δ' ἀπὸ Κηφισοῦ τὰν Κύπριν, hic autem scribendum esse πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν ῥοαὶ σ' ἢ πόλις, ἢ φίλων ἀποπόμπιμόν σε χώρα.* Brunckius ex conjectura Musgravii *πόρος* dedit pro *πόλις*, quod revocavit Beckius. *Sensus esset integer*, inquit Porsonus, *si legeremus ποταμῶν τις, de qua omissione vide quae mox dicturus sum ad Hec.* 1169. [1161. *ed.* 1808.] Haec conjectura cum metro repugnet, versum quoque antistrophicum 828. corrigendum statuit, ut mox videbimus. Optime se habet *ἱερῶν ποταμῶν ἢ πόλις.* Ordo est, *Πῶς οὖν ἢ πόλις ἱερῶν ποταμῶν*, etc. Aristophanes Av. 417. *Ὁρᾷ τι κέρδος ἐνθαδ' ἄξιον μονῆς, | ὅτῳ πέποιθε, μοι ξυνὼν, | κρατεῖν ἂν ἢ τὸν ἐχθρὸν, ἢ φίλοισιν ὠφελεῖν ἔχειν;* Id est, *ἢ κρατεῖν ἄν, τὸν ἐχθρὸν, ἢ φίλοισιν* etc. *Ἱερῶν ποταμῶν*

πόλις appellantur Athenae propter parva flumina Cephisum et Ilissum, quorum alterum modo memoravit poëta. His verbis illustrandis multum valet Phoenissarum locus a nemine, quod sciam, huc allatus. V. 831. τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργος ἀνέστα | διδύμων ποταμῶν, πόρον ἀμφὶ μέσον | Δίρκας, χλοεροτρόφον ἃ πεδίον | πρόπαρ Ἰσμηνοῦ καταδεύει. Thebae igitur πύργος διδύμων ποταμῶν, Athenae ἱερῶν ποταμῶν πόλις. Recte Buchananus: *Quinam sacrorum fluviorum | urbs, et cunctis hospita tellus | te venientem accipiet sobolis | execranda caede cruentam?* Schol. Πῶς οὖν ἱερῶν.) ἢ μεταξὺ τῶν ἱερῶν κειμένοις (f. ἡ μ. τ. ἱ. κειμένη) ποταμῶν.—ὁ δὲ νοῦς, πῶς ἂν οὖν σε δέξαιτο ἡ πόλις αὕτη, ἡ ἱεροὺς ἔχουσα ποταμούς. Ceterum pleraeque edd. distinctionem habent post ποταμῶν, quam recte delevit Matthiae.

821. Rom. A. ante corr. πόμπιμός σε χώραν, quam scripturam tacite adoptavit Matthiae. Rom. A. a corr. B. πόμπιμόν σε χώρα. Rom. C. D. Flor. Par. A. B. Mag. Cott. πόμπιμός σε χώρα, quod admisit Brunckius. Schol. Πόμπιμος.) ἤγουν τὴν ἐκπεμφθεῖσαν ἐπιδεχομένη, οὐκ αὐτὴ πόμπιμος οὖσα. Musgravius legendum putat ποίνιμος, *ultrix, vindex amicorum. Non diffiteor,* inquit, *me ποίνιμος hoc sensu nuspiam adhuc invenisse.*

211 822. τὰν παιδολέτειραν ἕξει,] Porsonus: *Huc respexit Hesychius, cujus verba, partim ope codicis, ita legenda;* Παιδολέτειρα, παιδοφόνος. Παιδολέτειραν, παιδοφόνον. Nempe Musurus: Παιδυλέτρια, παιδοφόνος. Παιδολέτερα, παιδοφόνον. Cod. Παιδολέτερον, παιδοφόνον. Infra v. 1360. Φεῦ φεῦ μυσαρὰ καὶ παιδολέτορ.

823, 4. τὰν οὐχ ὁσίαν, μετ' ἄλλων | σκέψαι τεκέων πλαγάν.] Sic Aldus. Lasc. plenam distinctionem, H. Stephanus aliique multi notam interrogationis post ὁσίαν exhibent. Hi omnes igitur μετ' ἄλλων sequentibus jungunt. Schol. Πλαγάν.) τὴν πληγὴν, φησὶ, τῶν τέκνων, καὶ τὸν φόνον, μὴ προπετῶς δράσῃς, ἀλλὰ πρότερον μεθ' ἡμῶν ἢ ἄλλων τινῶν σκέψαι εἰ τοῦτο δρᾶσαί σ' ἐχρῆν. Acquiescendum in hac interpretatione censet Barnesius, nec cum Samuele Petito Miscell. III. 20. legendum μεταλλῶν, *accurate perpendens,* masculinum pro feminino. Petito se omnino accedere monet Heathius, nec quemquam terrere debere participium masculino genere, licet de muliere sermo sit, id enim exemplis apud poëtas Atticos defendi posse [t]).

t) En ipsa exempla ab Heathio allata. I. Euripides Iph. T. 837. ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ | ψυχὰ, τί φῶ; De hoc satis, opinor, dictum Mus. Crit. Cant. T. II. p. 296. II. Tro. 531. Πᾶσα δὲ γέννα Φρυγῶν | πρὸς πύλας ὡρμάθη, | πεύκᾳ ἐν οὐρείᾳ | ξεστὸν λόχον Ἀργείων | καὶ Δαρδανίας ἄταν | θεᾷ δώσων. Hic δώσων dicitur πρὸς τὰ

Reiskius Brubachianam sequitur, quae non post ὁσίαν sed post ἄλλων distinguit. Vertit: *Quomodo igitur urbs—tenebit una cum aliis civibus te non puram?* Musgravius Petiti conjecturam non improbat, suam tamen praefert, τὰν οὐχ ὁσίαν κατ' ἄλλων, *minime puram erga alios*, Aeetam scilicet et Peliam. Iacobsius Animadvers. in Euripidem p. 25. sibi in mentem venisse ait μετ' ἀστῶν, quod cum ἕξει conjungendum putat, ut sensus sit, *civibus suis adscribere poterit*. Hanc conjecturam, quae Beckio Porsonoque mentione digna visa est, admisit Zimmermannus. Equidem dedi e Brubachiana τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων, id est, ni fallor, τὰν οὐχ ὁσίαν ὡς οἱ ἄλλοι πολῖται.

825. σκέψαι φόνον οἷον αἴρῃ.] Non dicitur φόνον αἴρεῖσθαι, sed φόνον αἴρεσθαι. Saltem πόλεμον, νεῖκος, δυσμένειαν, κίνδυνον, πόνους, φυγὴν αἴρεσθαι apud tragicos leguntur. Porsonus igitur αἴρει (rectius ἀρεῖ) reposuit, quod futurum est verbi ἀείρεσθαι ex ἀερῶ contractum. *Dedi igitur αἴρει, inquit, quanquam tolerari potest praesens αἴρει.* Hoc admisi. Matthiae αἴρει ut vulgo, mutata tamen terminatione. Simile vitium est κίνδυνον αἴρεῖσθαι μέγαν apud Euripidem Heracl. 505. quod pluribus exemplis illustravi. 825

826, 7. μὴ πρὸς γονάτων σε πάντες | πάντως ἱκετεύομεν,] Rom. C. πάντες πάντως. Rom. A. B. Par. A. B. D. πάντως πάντες. Rom. D. πάντες omisso πάντως. Masculinum πάντες defendit Barnesius ex Alc. 384. Ἀρκοῦμεν ἡμεῖς οἱ προθνήσκοντες σέθεν. Sed ibi sensus est ἐγὼ ἡ προθνήσκουσα, de quo vide ad σοφοὶ

σημαινόμενον. Idem enim valet πᾶσα γύννα Φρυγῶν quod πᾶς Φρύξ. III. Tro. 1114. δύσγαμον αἰσχος ἑλὼν | Ἑλλάδι τᾷ μεγάλᾳ. Haec verba de Helena dicta putat Heathius. Sermonem de Menelao esse recte statuit Seidlerus. Δύσγαμον αἶσχος, ait, *intellige ipsam Helenam.* IV. Ion. 973. Καὶ πῶς τὰ πρέσσω, θνητὸς ὤν, ὑπερδράμω; Creusa loquitur. Hujus scripturae auctor, ni fallor, Aemilius Portus ad Tro. 930. Qui eam amplexus est Barnesius, fatetur omnes edd. superiores θνητὸς οὖσ' exhibere. V. El. 1015. ὡς μὲν ταῦθ' ἡμῖν οὐ καλῶς. τὸ πρᾶγμα δὲ | μαθόντα σ' ἦν μὲν ἄξιος μισεῖν ἔχεις, | στυγεῖν δίκαιον· εἰ δὲ μή, τί δεῖ στυγεῖν; Recte Seidlerus et Matthiae, τὸ πρᾶγμα δὲ | μαθόντας, ἦν μὲν ἄξιος μισῶν ἔχῃ, | στυγεῖν δίκαιον. VI. Aristophanes Eccl. 584. Μὴ νῦν πρότερον μηδεὶς ὑμῶν ἀντείπῃ μηδ' ὑποκρούσῃ, | πρὶν ἐπίστασθαι τὴν διάνοιαν, καὶ τοῦ φράζοντος ἀκοῦσαι. Hoc exemplum Heathio suppeditavit Clarkius ad Il. *E.* 778. Respondet Brunckius ad Sophoclis El. 977. *Mulieres viros se esse assimulantes e virorum persona loqui debeant.* Si secus esset, defendi posset φράζοντος. *Masculinum singularis numeri adhibetur,—ubi universe aliquis intelligitur, seu vir, seu femina sit, licet femina nunc innuatur.* Ita recte Hermannus ad Vigerum n. 50. qui tamen meliora exempla proferre poterat quam illud θνητὸς ὤν apud Euripidem Ione. Etiam si hoc tantum esset, non defenderet μεταλλῶν de Medea dictum.

v. 379. Porsonus *πάντως πάντως*. *Edidi bis πάντως*, inquit, *ut duplicatur θανάτῳ supra* 648. [635.] Vulgatam revocavit Matthiae, quem sequor. Non suo tantum nomine, sed omnium Medeae amicorum loquitur chorus.

827. *μὴ τέκνα φονεύσῃς.*] Rom. A. B. C. Flor. Lasc. Par. A. E. *τέκνα μὴ φονεύσῃς*. Brunckius *μὴ* omnino delevit. Matthiae vulgatam revocavit. Vide ad antistrophicum versum 835.

828, 9, 30. *Πῶς δὲ θράσος ἢ φρενὸς, ἢ χειρὶ τέκνων σέθεν, καρδίᾳ τε λήψῃ | δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;*] Rom. A. B. C. D. Flor. Par. A. B. Burn. Schol. *πόθεν* pro *πῶς δὲ*, quod Porsono non invito admisit Matthiae. Reiskius ita legendum censebat: *πῶς δὲ θράσος εἰς φρένας, εἰς καρδίαν τε λήψῃ, χειρὶ τέκνοις σέθεν δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;* Non opus ut moneam, ingeniosum hunc virum vix unquam metri rationem habuisse. Brunckius ex conjectura Musgravii: *πῶς δὴ* (hoc *δὴ* ipsius Brunckii est) *θράσος ἐνθεμένα | χειρὶ, τέκνων σέθεν, καρδίᾳ τε λήψῃ, | δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;* Id est, *πῶς δὴ ἐνθεμένα θράσος χειρὶ καρδίᾳ τε, τέκνων σέθεν λήψῃ, δεινὰν τόλμαν προσάγουσα;* Paullo aliter Beckius: *πῶς δὴ θράσος ἢ φρεσὶν, ἢ | χειρὶ, τέκνων σέθεν, καρδίᾳ τε λήψῃ, | δεινὰν προσάγουσα τόλμαν; In re desperata*, inquit Porsonus, *paullo plus audaciae condonandum est.* Conjecit igitur *πόθεν δὲ θράσος θανατηρόν*. Cujus scripturae vestigia apud grammaticum exstare putat, cujus verba attuli ad v. 370. Huic conjecturae tantum fere tribuo quod ipsum tribuisse credo, id est, parum aut nihil. E mala scriptura meliusculam efficies, legendo, *Πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ | χειρὶ, τέκνοις σέθεν, καρδίαν τε λήψει, | δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;* Ordo est, *τέκνοις σέθεν δεινὰν προσάγουσα τόλμαν*. Sic *παισὶν ὄλεθρον προσάγεις* v. 962. Heathius genitivum *τέκνων* eo sensu accipit, consentiente, ni fallor, Beckio. Sed ubi dicitur *τέκνων σέθεν προσάγουσα, liberis tuis admovens*, aut aliquid ejusmodi? Scholiastae interpretatio ita se habet: *Πόθεν θράσος.*) *τίνι λογισμῷ χρησαμένη. τουτέστι, τίς σε ὁ τῶν πάντων πείσας τοσοῦτον θράσος ἐνθεῖναι τῇ σαυτῆς ψυχῇ, ἢ τῇ δεξιᾷ ὁπλιζομένη κατὰ τῶν φιλτάτων παίδων παρασκευάσαι. Καρδίᾳ τε λήψῃ.*) *ἀντὶ τοῦ κατὰ τὴν σαυτῆς καρδίαν καὶ τὸν λογισμὸν προσλήψῃ, σχήσεις.* Haec ipsis poëtae verbis obscuriora sunt.

831, 2. *πῶς δ' ὄμματα προσβαλοῦσα | τέκνοις,*] Rom. A. a corr. C. *ὄμματα*. Rom. A. ante corr. B. D. Par. B. *ὄμμα*. Deinde Rom. B. D. *προσβαλοῦσα*. Rom. C. *προβαλοῦσα*. Rom. A. *προσλαβοῦσα* supra scripto *γρ. βαλοῦσα*.

832. *ἄδακρυν μοῖραν*] Reiskius *ἄδακρύν μοι κόραν, pupillam.*

833. *σχήσεις; φόνον οὐ δυνήσῃ*] Rom A. B. C. D. *σχήσεις*. Flor. *σχήσαις*. Lasc. *σχήσειν*. Deinde Rom. A. a corr. B. C. D. *φόνον*. Rom. A. ante corr. Par. A. Mag. *φόνου*. Rom. A. supra

scriptum habet ω, i. e. φόνῳ. Ita etiam legisse scholiasten suspicatur Musgravius. Contra Canterus: *Rectius φόνου Scholiastes legit.* En ejus verba: *Τέγξαι χεῖρα φόνῳ.*) τὸ ἑξῆς, φόνου χεῖρα φονίαν. εὖ οἶδα, φησὶ, ὅτι οὐ καρτερήσεις τῇ ἐργάσει τοῦ φόνου, τέγξαι μολύναι τὴν χεῖρα αἵματι τῶν παίδων γονυπετούντων σε. Quidquid legerit scholiastes, scripsit Euripides ἄδακρυν μοῖραν σχήσεις φόνου; Barnesius: *Alii legunt σχήσεις φόνου;* Similia monet Heathius. Admisit hanc scripturam Brunckius. Dicitur μοῖραν φόνου ut μοῖραν θανάτου v. 957.

*Ibid.* Rom. C. D. οὐ δυνήσῃ. Rom. A. B. Flor. Lasc. Par. A. B. D. οὐ δυνάσῃ. In Rom. A. ά supra scriptum habet η. Reiskius φόνῳ οὖν δυνήσῃ cum interrogatione. Musgravius legendum suspicatur φόνῳ ἢ δυνάσῃ. Hinc admisi ἤ, licet scholiastes οὐ agnoscat. Sed hae particulae facillime permutantur. Quinque igitur versus 831—5. una sententia inclusi sunt.

834. *παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων*] Rom. A. C. *πιτνόντων.* Rom. B. Lasc. *πιτνώντων.* In Rom. A. supra scriptum ώ. Vide ad v. 54.

835. *τέγξαι χέρα φοίνιον ἐν τλάμονι θυμῷ.*] Lasc. τεῦξαι. [Similiter *ὀφθαλμοτεύκτῳ* Alc. 182. *Ex Addendis.*] Idem cum Rom. A. B. C. D. Schol. χεῖρα. Deinde Rom. C. φόνιον. Rom. A. B. D. φονίαν. In A. supra scriptum γρ. καὶ φόνιον. Lasc. φοινίαν. Tum Rom. A. B. C. Flor. Lasc. Par. A. B. D. Put. ἐν omittunt. Postremo Rom. C. Par. A. τλάμονι. Rom. A. B. Lasc. τλήμονι. Hactenus de scriptis libris. Impressi ante Musgravium, et ipse Musgravius in textu, *τέγξαι χέρα φοίνιον ἐν τλάμονι θυμῷ.* In annotatione vero duas conjecturas profert; unam *τέγξαι χέρα πολυμον, κἂν τλάμονι θυμῷ*, alteram *τέγξαι χέρα φοινίῳ παντλάμονι θυμῷ.* Reiskius jam conjecerat *παντλαμονι θυμῷ.* Edidit Brunckius, *τέγξαι φονίαν χέρα τλάμονι θυμῷ.* Hunc sequitur Beckius. Porsonus vero, *τέγξαι χέρα φοινίαν τλάμονι θυμῷ.* Sic etiam Matthiae, nisi quod ἐν revocavit. Idem significat *τέγξαι χέρα φοινίαν* quod *τέγξαι χέρα αἵματι.* Fallitur igitur Musgravius, cum scholiasten, cujus verba modo attuli, *φόνῳ* superiori versu legisse putat. *Τλάμονι* autem recte explicat Musgravius *crudeli.*

836, 7. *Ἥκω κελευσθεὶς. καὶ γὰρ οὖσα δυσμενὴς, | οὐκ ἂν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ',*] Rom. A. B. C. D. Flor. Lasc. Par. A. Pseudogregorius v. 1983. *οὐκ ἂν ἁμάρτοις.* Mag. ἁμάρτῃς. Deinde Rom. C. Pseudogregorius, *τοῦδε γ'.* Lasc. τοῦδε τ'. Rom. A. B. D. Flor. Par. A. τοῦδ' ἔτ'. Musgravius *οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδ' ἔτ'.* Recte Porsonus οὔτ' ἂν (i. e. οὔτοι ἄν) *ἁμάρτοις τοῦδέ γ'.* Matthiae Aldinam revocavit, quae non solum propter γε tantulo intervallo sine caussa repetitum suspiciosa est,

verum etiam propter particulas ἄν γε, quarum prior alteram
214 raro subjectam sibi habet apud tragicos. Causa vulgatae scripturae fuit Attica crasis a librariis male intellecta. Particulas τοι ἄν in unam longam syllabam coalescere nemo hodie nescit. Scribae vero τ' ἄν pro τε ἄν acceperunt. Hoc cum a sententia alienum videretur, primum οὐκ ἄν ἁμάρτοις reposuerunt, deinde metro consulentes οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις. Si copula sententiae non nocuisset, scripsissent potius οὔτ' ἄν γ' ἁμάρτοις u).

839, 40. *Ἰᾶσον, αἰτοῦμαί σε τῶν εἰρημένων | συγγνώμον' εἶναι.*] Rom. B. C. *Ἰᾶσον.* Rom. A. (in quo supra scriptum *ον*) D. *Ἰάσων.* Non mirum igitur si reperitur vocativus *Κρέων*, de quo vide ad v. 287.

840, 1. *τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν | εἰκός γ', ἐπεὶ νῷν πόλλ' ὑπελῤγασται φίλα.*] Rom. C. *εἰκός γ'.* Rom. A. B. D. Par. A. *εἰκός σ'*, quod admisit Brunckius.

842, 3. *ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην, | καλοιδόρησα.*] Pseudogregorius v. 756. *ἔγωγ' ἐμαυτῇ πρὸς λόγους ἀφικόμην.* Vertit Portus, *Ego enim mecum ipsa rationem inii, et conviciata*

u) Bis apud Sophoclem particulae οὔτ' ἄν a librariis non intellectae scripturam corrupisse mihi videntur. I. Ant. 747. *Οὐκ ἄν γ' ἔλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ. Neminem non offendat*, inquit Brunckius, *bis posita in hoc versu particula γε.* Reposuit igitur, *Οὐκ ἄν γ' ἔλοις ἥσσω με τῶν αἰσχρῶν ποτε.* Qua scriptura mihi unquam pejus excogitavit *stolidus ille Graeculus*, cujus inscitiam atque temeritatem toties perstringit Brunckius. Erfurdtius in ed. majori versum recte scriptum exhibuit. In minori vero vulgatam revocavit, idque probante Hermanno. II. Aj. 1338. *ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοὶ, | οὔπουν ἀτιμάσαιμ' ἄν, ὥστε μὴ λέγειν*, etc. Sic plerique libri tam scripti quam impressi. Nonnulli codices *οὐκ ἄν ἀτιμάσαιμ' ἄν*, unde Triclinius *οὐκ ἄν γ' ἀτιμάσαιμ' ἄν*, quod nuper revocavit Hermannus. Dixi de hoc loco Mus. Crit. Cant. T. I. p. 486. Placet etiam Hermanno *οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις* apud Euripidem, quem particulas *οὐκ ἄν γε* bis praeterea adhibuisse monet. Primum exemplum est Phoen. 1220. *Καιόν τε κεύθεις, καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ. | ΑΓ. Οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά.* Rectius Aldus *Κοὐκ ἄν γε λέξαιμ'*. Particula *γε* hic propria vi fruitur, praecedente scilicet *καὶ*, nec sine sensus detrimento abesse potest haec aut illa. Easdem particulas interposito etiam ἄν adhibet Euripides Or. 781. *ΟΡ. Εὖ λέγεις. φεύγω τὸ δεινὸν τῇδε. ΠΥ. Μᾶλλον ᾗ μένων. | ΟΡ. Καί τις ἄν γε μ' οἰκτίσειε, ΜΥ. Μέγα γὰρ ἡγένειά σου. | ΟΡ. Θάνατον ἀσχάλλων πατρῷον. ΠΥ. Πάντα ταῦτ' ἐν ὄμμασιν.* Alterum Hermanni exemplum est Herc. 1195. *ΘΗ. Φεῦ φεῦ, τίς ἀνδρῶν ὧδε δυσδαίμων ἔφυ. | ΑΜ. Οὐκ ἄν γ' εἰδείης ἕτερον πολυμοχθότερον πολυπλαγκτότερόν τε θνατῶν.* Quis non mallet ἴδοις? Legendum, *Οὐκ ἄν ἴδοις ἕτερον πολυμοχθότερον πολυπλαγκτότερόν τε βροτῶν.* Sequitur: *ΘΗ. Τί γὰρ πέπλοισιν ἄθλιον κρύπτεις κάρα; | ΑΜ. Αἰδόμενος τὸ σὸν ὄμμα τε καὶ φιλίαν ὁμοφύλιον, αἱμά τε παιδοφόνον.* Vulgo *ὄμμα καὶ φιλίαν ὁμόφυλον.* Seidlerus de Versibus Dochm. p. 360. *ὄμμα καὶ φιλίαν ὁμοφύλιον.*

*sum* mihi. Reprehendit eum Abreschius ad Aeschyli Prom. 121. cujus verba sunt: *nunquam λόγοι est* ratio; *debebat* convitiis in memet grassata sum, *aut simili modo.* Confert nostrum Tro. 916. *ἐγὼ δ', ἃ σ' οἶδα διὰ λόγων ἰὼν ἐμοῦ | κατηγορήσειν, ἀντιθεῖσ' ἀμείψομαι | τοῖς σοῖσι τἀμὰ καὶ τὰ σ' αἰτιάματα.* Sed legitur infra v. 1049. *Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων | μύθων ἔμολον, καὶ πρὸς ἀμίλλας | ἦλθον μείζους, ἢ χρῆν γενεὰν | θῆλυν ἐρευνᾶν.* Ubi *μῦθοι* non sunt *convicia* sed *rationes. Διὰ λόγων ἰέναι τινὶ* non est *λοιδορίαις*, ut putat Abreschius, sed *verbis, rationibus* vel *argumentis cum aliquo contendere*, vel potius simpliciter *διαλέγεσθαί τινι.* Libellus de Vita Homeri (qui 215
Herodoto vulgo tribuitur) c. 24. *διὰ λόγων δὲ ἰὼν Ὁμήρῳ ὁ Χῖος, εὑρίσκει ἐόντα δεξιὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον, ἔπειθέ τε αὐτὸν μένειν, καὶ τῶν παίδων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι.* Hoc exemplum attulit Marklandus ad Euripidis Suppl. 114. Parum igitur aut nihil interest inter *διὰ λόγων ἰέναι* et *εἰς λόγους ἰέναι*, nec minus bene diceret Medea, si per metrum liceret, *ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ εἰς λόγους ἀφικόμην.* Ita enim loquitur Eteocles Phoen. 778. *σοὶ μὲν γὰρ ἡδὺς εἰς λόγους ἀφίξεται.* Simili ratione quae ibid. 886. leguntur Tiresiae verba, *εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου*, eandem vim haberent si legeretur *δι' ἔχθους*, quomodo legitur v. 482. *καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών.* Item Hipp. 1164. *Πρὸς τοῦ; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος, | ὅτου κατήσχυν' ἄλοχον, ὡς πατρὸς, βίᾳ.* De hac praepositionis *διὰ* potestate videantur Valckenarius ad Phoen. 482. 1554. Brunckius ad Sophoclis Oed. T. 773. Matthiae Gramm. Gr. §. 580. p. 848.

843, 4. *Σχετλία, τί μαίνομαι, | καὶ δυσμεναίνω τοῖσι βουλεύσασιν εὖ,*] Rom. C. *βουλεύσασιν εὖ.* Rom. A. B. D. Lasc. Par. A. Mag. Etymologus M. p. 292, 15. *βουλεύουσιν εὖ*, quod admisit Brunckius.

845. *ἐχθρὰ δὲ γαίας κοιράνοις καθίσταμαι,*] Rom. A. D. *κοιράνοις.* Rom. B. C. *τυράννοις.* Vide ad *κοίρανος* v. 70.

848, 9. *οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι | θυμοῦ;*] Notandus imperativus primae personae, si ita loqui licet. Verba enim *οὐκ ἀπαλλαχθήσει* (vel *ἀπαλλάξει*) *θυμοῦ* valent *ἀπαλλάχθητι θυμοῦ.* Similiter noster Andr. 1210. *Οὐ σπαράξομαι κόμαν; | οὐκ ἐπιθήσομαι | ἐμῷ κάρᾳ κτύπημα χερὸς ὀλοόν;* Hel. 550. *οὐχ ὡς δρομαία πῶλος, ἢ Βάκχη θεοῦ, | τάφῳ ξυνάψω κῶλον;* Herc. 1148. *οὐκ εἶμι πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα; | ἢ φάσγανον πρὸς ἧπαρ ἔξακοντίσας, | τέκνοις δικαστὴς αἵματος γενήσομαι; | ἢ σάρκα τὴν ἐμὴν * ἐμπρήσας πυρὶ, | δύσκλειαν, ἢ μένει μ', ἀπώσομαι βίου;* [Aristophanes Vesp. 52. *Εἶτ' οὐκ ἐγὼ, δοὺς δ' ὀβολὼ μισθώσομαι, | οὕτως ὑποκρινόμενον σαφῶς ὀνείρατα;* Ex *Addendis.*]

850, 1. *οὐκ εἰσὶ μέν μοι παῖδες, οἶδα δὲ χθόνα | φεύγοντας ἡμᾶς, καὶ σπανίζοντας φίλων;*] Omnes quas vidi editiones notam interrogationis, quam post *φίλων* posui, aut omnino omittunt, ut Aldina, aut post *παῖδας* collocatam exhibent, ut recentiorum pleraeque. *Οὐκ* utrique sententiae membro commune est. Vide ad v. 1120.

852, 3. *ταῦτ' ἐννοηθεῖσ', ἡσθόμην ἀβουλίαν | πολλὴν ἔχουσα καὶ μάτην θυμουμένη.*] Rom. C. Pseudogregorius v. 905. *ἐννοηθεῖσ'*. Hujus verbi activa et passiva forma promiscue fere usurpantur, ut *ἀπορῶ* et *ἀποροῦμαι*, *ταλαιπωρῶ* et *ταλαιπωροῦμαι*. Rom. A. B. Flor. Par. A. Put. Cott. *ἐννοήσασ'*, quod admisit Brunckius. Neutrum habet Rom. D. cui desunt v. 850—5. Sophocles Trach. 578. a Brunckio allegatus: *τοῦτ' ἐννοήσασ', ὦ φίλαι (δόμοις γὰρ ἦν, | κείνου θανόντος, ἐγκεκλημένον καλῶς)*, etc. Passivam formam revocavit Porsonus, quippe qua per totam hanc fabulam utatur poëta. Dixit *ἐννοούμενος* v. 46. *ἐννοοῦμαι* v. 870. *ἐννουμένη* v. 895. x)

816 853. Pseudogregorius v. 906. *καὶ μάτην λυπουμένη.*

854, 5. *νῦν οὖν ἐπαινῶ, σωφρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖς, | κῆδος τόδ' ἡμῖν προσλαβών.*] Barnesius clam edidit *νῦν οὖν σ' ἐπαινῶ*. Silentium ejus Beckio fraudi fuit, qui pronomen a Musgravio Brunckioque omissum revocavit, superioribus editionibus, ut conjicere par est, in consilium non vocatis. Iterum a Porsono expulsum est. Lasc. et Matthiae *σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖς*.

855, 6. *ἐγὼ δ' ἄφρων, | ἦ χρῆν μετεῖναι τῶνδε τῶν βουλευμάτων,*] Cott. *ἦν*, quod probabunt fortasse nonnulli propter sequentia verba *καὶ ξυμπεραίνειν, καὶ παρεστάναι λέγει*. Sed vulgatam constructionem defendunt exempla quae attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 428. p. 590.

857. *καὶ ξυμπεραίνειν, καὶ παρεστάναι λέγει,*] Put. *ξυγγαμεῖν σοι* pro *ξυμπεραίνειν*.

858. *νύμφην τε κηδεύουσαν ἥδεσθαι σέθεν.*] Put. *εὐφραίνειν σέθεν*. Male vertit Portus, *et gaudere quòd sponsa tua te curet*. Nec melius Heathius, *et voluptate affici quod sponsa tibi matrimonio juncta sit*. Portum secutus, male haec verba cum Sophocleis *σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω* similibusque contulit Matthiae Gramm. Gr. §. 551. Cujus quo major est auctoritas, eo diligentius ejus errores corrigendos arbitror. Potius audiamus Reiskium: *Κηδεύουσαν non ad νύμφην refero, sed ἐμὲ subintelligendum*: me *laetari κηδεύουσαν* (*id est τῷ κηδεύειν*) *νύμ-*

x Semel tantum legitur passiva forma apud Sophoclem Phil. 1440. *τοῦτο δ' ἐννοεῖσθ', ὅτ' ἂν | πορθῇ-τε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς*. Ubi rectius fortasse legeretur *ἐννοεῖθ'*.

φην σέθεν, dum curo sponsam tuam *eique servio*. Hinc Musgravius, *et gaudere, sponsae tuae curam habentem*. Recte etiam Buchananus, *astare lecto conjugis novae, atque ei | gratum quod esset facere.*

859, 60. ἀλλ' ἐσμὲν, οἷον ἐσμὲν οὐκ ἐρῶ κακὸν | γυναῖκες.] Ita distinguit Aldus. Vertit igitur Buchananus, *verum nos sumus | non dico pestis quanta certe foeminae.* Aliter distinguit Hervagiana secunda: ἀλλ' ἐσμὲν, οἷον ἐσμὲν, οὐκ ἐρῶ κακὸν, | γυναῖκες. Id est, interprete Porto, *Sed sumus* id, *quod sumus, non dicam malum, mulieres.* Hanc rationem amplexi sunt omnes recentiores. Similia sunt ἤγγειλας οἳ' ἤγγειλας v. 979. ἔκυρσεν ὧν ἔκυρσεν apud Euripidem El. 289. aliaque quae collegit Abreschius ad Aeschyli Ag. 67. T. I. p. 253.

860. οὔκουν χρῆν σ' ὁμοσοῦσθαι κακοῖς,] Dedi οὐκ οὖν, de qua scriptura alibi plus semel disputavi. Deinde Rom. B. χρῆν σ'. Rom. A. ἐχρῆν σ'. Rom. C. χρῇ σ' (sic).

861. οὐδ' ἀντιτείνειν νήπι' ἀντὶ νηπίων.] Lasc. Mag. ἀντιτένειν, quod penultimam corripit. Sic etiam tacite Barnesius, propterea a Musgravio reprehensus. Barnesium fefellit Porti interpretatio, *neque reddere stulta pro stultis. Eadem locutio in fragmentis Hippolyti prioris*, inquit Musgravius. Imo Protesilai Fragm. ii. δυοῖν λεγόντοιν, θατέρου θυμουμένου | ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις, σοφώτερος. Quae verba ad Hippolytum Καλυπτόμενον a Barnesio relata sunt. Ordo est, δυοῖν λεγόντοιν σοφώτερος, ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις θατέρου θυμουμένου. Ἀντιτείνειν igitur valet ἀντιλέγειν. Vide ad ἐξέτεινα v. 1318. Hesychius: Ἀντιτείνει. ἐρίζει.

862, 3. παριέμεσθα, καὶ φαμὲν κακῶς φρονεῖν | τότ'.] Non- 217
nulli edd. περιέμεσθα, quod e Basiliensi codice corrigendum monet Portus. Is codex, cujus mentio nonnullis viris doctis imposuit, nihil aliud est quam editio quae Stiblini dicitur. Schol. *Παριέμεθα.*) παυόμεθα, παραπεμπόμεθα. οἷον παραιτοῦμαι, συγχωρῶ. Timaeus p. 207. Παρίεμαι. παραιτοῦμαι. Plato Apol. Socr. p. 17. C. καὶ μέντοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. Hoc exemplum cum aliis attulit Ruhnkenius. Sophocles Oed. C. 1665. εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονεῖν λέγειν, | οὐκ ἂν παρείμην, οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν. Id est, οὐκ ἂν παρείμην ἐκείνων (οὐκ ἂν παραιτησαίμην ἐκείνους) οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν. Hoc vult dicere, *non tanti eos facio, ut eorum veniam impetrare cupiam.*

863. ἀλλ' ἄμεινον νῦν βεβούλευμαι τάδε.] Rom. C. τάδε. Rom. A. B. D. Lasc. τόδε, quod admisit Matthiae. In Rom. A. supra scriptum ά. Vide ad v. 72.

864. ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε λείπετε στέγας.] Dedi δεῦρο pro

δεῦτε, quod non est Atticum. Euripides Heracl. 48. ω τέκνα, τέκνα, δεῦρο λαμβάνεσθ' ἐμῶν | πέπλων. Herc. 520. δεῦρ', ὦ τέκν', ἐκρῆμνασθε πατρῴων πέπλων. Aristophanes Pac. 1115. ἄγε δὴ, θεαταὶ, δεῦρο συσπλαγχνεύετε | μετὰ νῷν. Λεῦτε agnoscit Pseudogregorius v. 466. 687. ὦ δεῦτε φίλαι, δεῦτε, λίπωμεν φόβον (vel δέος).

865, 6. ἐξέλθατ', ἀσπάσασθε καὶ προσείπατε | πατέρα μεθ' ἡμῶν,] Pseudogregorius v. 467. προσέλθατ'. Rom. C. ante corr. ἔξελθατ'. Rom. A. B. C. a corr. Lasc. Mag. Burn. ἐξέλθετ'. Sic etiam H. Stephanus et omnes recentiores. Eadem fere varietas apud Lucam Evang. xi. 52. οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως. αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθατε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε. Sic optimi vetustissimique codices, quos secutus est Griesbachius. Vulgo enim legitur εἰσήλθετε, quod a correctore profectum videtur. Ita tamen scripsisse evangelistam vix dubito. Εἰσήλθετε enim inter ἤρατε et ἐκωλύσατε positum facili errore in εἰσήλθατε mutatum est. Simili quid accidit apud Euripidem Ion. 750. σημήνατ'. εἰ γὰρ ἀγαθά μοι μηνύσετε, | οὐκ εἰς ἀπίστους δεσπότας βαλεῖς χάριν. Aldus μηνύσατε, quod e σημήνατε natum est. Contrarium errorem exhibent edd. pleraeque Iph. A. 1149. ἔγημες ἄκουσάν με, κἄλαβες βίᾳ. Ad haec Marklandus: *Nescio quid sit ἔγημες, quod tamen habent omnes quas vidi editiones. Scribo ἔγημας.* Hoc haberent omnes editiones, ni sequeretur κἄλαβες, cujus terminatio priorem aoristum corrupit[y]).

866, 7. καὶ διαλλάχθηθ' ἅμα | τῆς πρόσθεν ἔχθρας, εἰς φίλους μητρὸς μέτα.] Lasc. διαλλέχθηθ'.

869. λάβεσθε χειρὸς δεξιᾶς,] Pseudogregorius v. 468. λάζεσθε. Non male, modo scribatur λάζυσθε, quod vulgo legitur v. 926. Vide ad v. 1185. Schol. λάβεσθε ut vulgo.

218 871, 2. ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον, | φίλην ὁρέξετ' ὠλένην; ] Hoc καὶ, quod agnoscit scholiastes, multis conjecturis locum dedit. Reiskius primum aut οὕτω καὶ βραχὺν aut οὕτω πάμπολυν legendum censet, subaudito ἀπολεῖσθε. Id est, *O liberi, pereundum vobis est brevi, tam brevi exacta vita*, aut *vita non admodum longa exacta*. Deinde οὕτω καὶ πολὺν ζῶτε χρόνον in parenthesi. Hinc constat eum ὁρέξετε pro imperativo accepisse. *Forte* οὕτω δαὶ, inquit Musgravius. Brunckius celato lectore, ἆρ', ὦ τέκν', ἆρ' οὕτω πολὺν ζῶντες χρόνον.

y) Sophocles Oed. C. 580. ὡς αὐτὶν' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον | τιμῇ παθέξων, ἢ πρὸς οὐρανὸν βεβῶν. Ibid. 427. οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ, | οὕτως ἀτίμως πατρίδος ἐξωθούμενον, | οὐκ ἔσχον, οὐδ' ἤμυνον. Ibid. 731. ὃν μήτ' ὀνεῖτε, μήτ' ἀφεῖτ' ἔπος κακόν. Sic Aldus. Hodie recte legitur καθέξον, ἤμυναν, ἀφῆτ'.

Beckius vulgatam revocavit, posita tamen distinctione post οὕτω, quam recte delevit Porsonus. Non magis emendatione eget hic versus quam Hec. 1286. ἐπείπερ οὕτω καὶ λίαν θρασυστομεῖ, quo exemplo usus sum ad v. 513. ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν. Aeque bene enim dicitur καὶ πολὺς ac καὶ λίαν. Aristophanes Ach. 694. πολλὰ δὴ ξυμπονήσαντα, καὶ | θερμὸν ἀπομορξάμενον | ἀνδρικὸν ἰδρῶτα δὴ καὶ πολύν, | ἅπερ πίθακον ἀλιτρίας πολλᾶς πλέων. Archytas apud Stobaeum Ecl. Phys. p. 12. καὶ δοκεῖ ἁ λογιστικὰ ποτὶ τὰν ἄλλαν σοφίαν τᾶν μὲν ἀλλᾶν τεχνᾶν καὶ πολὺ διαφέρειν.

872, 3. τάλαιν' ἐγὼ, | ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι καὶ φόβου πλέα.] Pseudogregorius v. 468. ὦ τάλαιν' ἐγὼ, | ὡς ἄρτι δακρύσαιμι καὶ φόβου πλέα. Schol. Ὡς ἀρτίδακρυς.) ἀντὶ τοῦ προσφάτως δακρύουσα. Rectius Hesychius: Ἀρτίδακρυς. εὐχερὴς πρὸς δάκρυον. Idem: Ἀριδάκρυς. ταχέως [δακρύων]. Mihi diverse videntur ἀρίδακρυς et ἀρτίδακρυς. Ἀρίδακρυς est qui multum, ἀρτίδακρυς qui facile lachrymatur.

874. χρόνῳ δὲ νεῖκος πατρὸς ἐξαιρουμένη,] Notandum νεῖκος ἐξαιρουμένη.

875. ὄψιν τερείνην τήνδ' ἔπλησα δακρύων.] Rom. A. B. C. Lasc. τερεινήν. Neutra scriptura recte se habet. Non enim dicitur τέρεινος, τερεῖνος aut τερεινὸς, sed ὁ τέρην, ἡ τέρεινα. Hipponax apud Hephaestionem p. 30. εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα. Aeschylus Suppl. 1005. τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς. Euripides Cycl. 512. λύχνα δ' ἀμμένα δαΐα (vox corrupta) σὸν | χρόα, χὡς τέρεινα νύμφα, | στεφάνων οὐ μία χροιὰ | περὶ σὸν κρᾶτα τάχ' ἐξομιλήσει. Recte igitur τέρεινον scripsit Barnesius in margine ejus exempli editionis suae, quod lectiones Cottonianas Musgravio mihique suppeditavit. De τήνδε vide ad v. 672.

876. Κἀμοὶ κατ' ὄσσων χλωρὸν ὥρμηθη δάκρυ.] Pseudogregorius v. 478. θερμὸν ὥρμηθη δάκρυ. Frustra. Ita mox v. 892. αὔτη, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας; Hel. 1205. χλωροῖς τε τέγγεις δακρυσι σὴν παρηΐδα. Non solum *virides lachrymas*, sed *viridem aquam*, *viride vinum*, *viridem sanguinem* dixit noster. Vertit Portus *recentes lachrymae*, quod non satis intelligo. Potius crediderim sensum esse *humidae*. Non minus obscurum est πολιὸν δάκρυον, *canae lachrymae*, quod legitur Herc. 1209.

877. καὶ μὴ προβαίη μεῖζον ἢ τὸ νῦν κακόν.] Rom. C. τοννῦν. Vide an legendum τὰ νῦν. Sophocles Trach. 837. πῶς ὄθ' ἅν ἀέλιον ἕτερον ἢ τὰ νῦν ἴδοι.

878. Αἰνῶ, γύναι, τάδ', οὐδ' ἐκεῖνα μέμφομαι.] Mag. Pseu- 219
dogregorius v. 795. οὐκ ἐκεῖνα μέμφομαι.

879. *εἰκὸς γὰρ ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος,*] Euripides Or. 1629. a Musgravio allegatus: *Ἑλένην μὲν, ἣν σὺ διολέσαι πρόθυμος ὢν | ἥμαρτες, ὀργὴν Μενέλεῳ ποιούμενος, | ἥδ' ἐστὶν, ἣν ὁρᾶτ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς.*

880. *γάμους παρεμπολῶντί γ' ἀλλοίους πόσει.*] Rom. A. ante corr. *γάμου παρεμπολῶντος ἀλλοίου πόσει.* Rom. A. a corr. B. C. D. Flor. Lasc. Par. omnes, Mag. *γάμους παρεμπολῶντος ἀλλοίους πόσει.* Omnes igitur codices *παρεμπολῶντος*. *Quod si verum*, inquit Musgravius, *legendum in fine versus πόσεως*. Sed hunc genitivum apud Atticos non exstare monet Porsonus, licet dativus *πόσει* in eorum libris frequenter occurrat, nominativus pluralis *πόσεις* apud Euripidem Iph. A. 176. Brunckius vulgatam quidem probat, sed alteram fuisse suspicatur scripturam, *γάμους παρεμπολῶντά γ' ἀλλοίους πόσιν*. *Latinorum ablativus absolutus*, ait, *Graece per quartum casum exprimitur*. Exempla dedi ad Euripidis Iph. T. 930. Mus. Crit. Cant. T. II. p. 299. Utitur hac constructione Lucas Act. Apost. xxvi. 2. *Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἡγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, ἐπὶ σοῦ μέλλων σήμερον ἀπολογεῖσθαι· μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων.* Supplendum *ὁρῶν* vel *εἰδὼς* monent interpretes. Schol. *Τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι.*) *πιθανῶς κέχρηται τῇ τροπικῇ λέξει, ἐμφαίνων αὐτὸν κέρδους ἕνεκα καὶ τοῦ τους ἐκ Μηδείας παῖδας ὠφελῆσαι τοῦτον ὡς πραγματευσάμενον ἑαυτῷ τὸν γάμον. τὸ γὰρ παρεμπολᾶν ἀντὶ τοῦ περδαίνειν τίθεται, οἷον ἄλλοις* (ed. Ven. *ἀλλὰ*) *γάμους χρωμένου παρὰ τοὺς ὑπάρχοντας. ἢ τὸ πόσει ἀντὶ τοῦ πόσιος, δοτικῇ ἀντὶ γενικῆς. παρεμπολῶντος* (ed. Ven. *παρεμπολοῦντος*) *δὲ ἀντὶ τοῦ ὠνουμένου.——ἰδίως οὖν εἴη πόσει ἀντὶ τοῦ πόσιος. οἱ δὲ ὑποκριταὶ ἀγνοήσαντες γράφουσιν ἀντὶ τοῦ πόσει ἐμοῦ, ὅπερ οὐ δεῖ.* Fuerunt igitur qui legerent, *γάμους παρεμπολῶντας ἀλλοίους ἐμοῦ*. [Scripturam omnium fere librorum retineri posse suspicatur Gaisfordius, modo ita interpungatur: *εἰκὸς γὰρ ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος | (γάμους παρεμπολῶντος ἀλλοίους) πόσει. Ex Addendis.*]

882, 3. *ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν ἀλλὰ τῷ χρόνῳ | βουλήν.*] Rom. C. Schol. *ἀλλὰ τῷ χρόνῳ.* Rom. A. B. Par. A. *ἀλλὰ νῦν χρόνῳ*, quod admisit Brunckius. In Rom. A. gl. a prima manu *τὸ νῦν περισσὸν*, a secunda *γρ. τῷ*. Hoc revocavit Porsonus. Sophocles Phil. 1040. ab eo allegatus: *ἀλλ' ὦ πατρῴα γῆ, θεοί τ' ἐπόψιοι, | τίσασθε, τίσασθ' ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτὲ | ξυμπαντας αὐτούς, εἴτε κἄμ' ἀπεστέρετε.* Idem El. 1013. *αὐτὴ δὲ νοῦν σχὲς ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτὲ, | σθένουσα μηδὲν, τοῖς κρατοῦσιν εἰκαθεῖν.* Verba *ἀλλὰ τῷ χρόνῳ* significant *tandem aliquando*. Idem valet *ἀλλὰ νῦν*. Sophocles Ant. 552. *Τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἐπωφελοῖμ' ἐγώ;* El. 411. *Ὦ θεοὶ πατρῷοι, ξυγγένεσθέ γ' ἀλλὰ*

νῦν. Euripides Ion. 425. *Ἔστω τάδ', ἔστω. Λοξίας δ' ἐὰν θέλῃ | νῦν ἀλλὰ τὰς πρὶν ἀναλαβεῖν ἁμαρτίας, | ἅπας μὲν οὐ γένοιτ' ἂν εἰς ἡμᾶς φίλος, | ὅσον δὲ χρήζει (θεὸς γάρ ἐστι) δέξομαι.* Aristophanes Av. 1595. *Ἀλλ' οὔτε πρότερον πώποθ' ἡμεῖς ἤρξαμεν | πολέμου πρὸς ὑμᾶς, νῦν τ' ἐθέλομεν, εἰ δοκεῖ, | ἐὰν τὸ δίκαιον ἀλλὰ νῦν ἐθέλητε δρᾶν, | σπονδὰς ποιεῖσθαι.* Eodem sensu dicitur fortasse *ἀλλὰ νῦν χρόνῳ*. Sed exemplum nondum reperi.

884, 5. *ὑμῖν δὲ, παῖδες, οὐκ ἀφροντίστως πατὴρ | πολλὴν ἔθηκε σὺν θεοῖς σωτηρίαν.*] Rom. C. *σωτηρίαν*. Rom. A. B. Flor. Par. A. B. D. Put. Cott. *προμηθίαν*, quod admisit Brunckius. Lasc. *προμύθιαν*. Dedit etiam Brunckius *ὑμῶν* ex conjectura Valckenarii ad Phoen. 1475. Mediam formam *ἔθετο* postulare videtur sensus, quem his verbis tribuit Valckenarius. Sophocles Oed. T. 134. *πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν.* Ibid. 1459. *παίδων δὲ, τῶν μὲν ἀρσένων μή μοι, Κρέον, | προθῇ μέριμναν.* Aj. 12. *ἐννέπειν δ' ὅτου χάριν | σπουδὴν ἔθου τήνδ', ὡς παρ' εἰθυίας μάθῃς.* Ibid. 536. *Ἐπήνεσ' ἔργον καὶ πρόνοιαν, ἣν ἔθου.* El. 1334. *νῦν δ' εὐλάβειαν τῶνδε προυθέμην ἐγώ.* [Diversa igitur videntur *ὑμῶν ἔθετο προμηθίαν* et *ὑμῖν ἔθηκε προμηθίαν*. Hanc loquendi rationem illustrat noster Hec. 795. *τυχὼν δ' ὅσων δεῖ, καὶ λαβὼν προμηθίαν, | ἔκτεινε.* Ubi verba *λαβὼν προμηθίαν* explicat scholiastes *λαβὼν πρέπουσαν πηδεμονίαν*. Hoc sensu si recte dicitur *προμηθίαν ἀπό τινος λαβεῖν*, haud dubie dici potest *προμηθίαν τινὶ θεῖναι* vel *δοῦναι*. Eligat igitur lector inter *προμηθίαν* et *σωτηρίαν*. *Ex Addendis.*] Edidi quod in plerisque codicibus legitur, utpote de scriptura incertus.

886. *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας*] Cott. *οἶμαι γὰρ ἡμᾶς*. Male. Quia Aristophanes Plut. 114. *οἶμαι γὰρ οἶμαι* dixit, Euripidem etiam *οἶμαι γὰρ οἶμαι* scripsisse suspicatur Valckenarius ad Phoen. 615.

887. *τὰ πρῶτ' ἐσεσθαι σὺν κασιγνήτοις ἔτι.*] Euripides Or. 1246. *Μυκηνίδες ὦ φίλαι, | τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἔδος Ἀργείων.* Aristophanes Ran. 422. *νυνὶ δὲ δημαγωγεῖ | ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσι, | κἄστιν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας.* Herodotus VI. 100. *Αἰσχίνης ὁ Νόθωνος, ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα.* Idem IX. 77. *Λάμπων ὁ Πύθεω, Αἰγινητέων τὰ πρῶτα.* Hanc loquendi rationem illustrarunt Wesselingius ad Herodotum, Matthiae Gramm. Gr. §. 438. Blomfieldius ad Aeschyli Pers. 1. *Τάδε μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων | Ἑλλὰς ἐς αἶαν πιστὰ καλεῖται.*

888, 9. *ἀλλ' αὐξάνεσθε. τἄλλα δ' ἐξεργάζεται | πατήρ τε καὶ θεῶν ὅστις ἐστὶν εὐμενής.*] Alii *τἆλλα*, ut Rom. A. et Aldus, alii *τἄλλα*, ut Rom. C. et Lasc. Consulantur Wolfii Quae-

stiones epistolicae de orthographicis quibusdam Graecis, in Analectis ejus Literariis insertae, quarum secunda titulum habet *Τἆλλα, non τἄλλα.* Qui *τοὔργον* et *τοὔπος* scribunt, eodem jure *τἆργα* et *τἄλλα* scribere possunt. Utriusque enim numeri scriptura iisdem argumentis nititur. Qui vero *τοὔργον* scribunt, quod faciunt plerique, *τἆργα* scribere debent, modo sibi constare velint. Non assentior igitur Wolfio dicenti p. 434. *contra τοὔργον pluralem habet τἆργα, non τἄργα, ut Soph. El.* 623.

888. Burn. *ἐξεργάξεται. Quod temporibus aptius fortasse conveniret*, ait Porsonus, *si constaret, hoc futuro usos esse Tragicos.* Satis frequens apud tragicos est praesens pro futuro. Aeschylus Prom. 510. *Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος | κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς, | δύαις τε καμφθεὶς, ὧδε δεσμὰ φυγγάνω.* Ag. 129. *χρόνῳ μὲν αἰρεῖ* (vulgo *ἀγρεῖ*) *Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος, | πάντα δὲ πύργων | κτήνη πρόσθε τὰ θημιοπληθῆ | μοῖρα λαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.* Sed *ἐξεργάζεται* fortasse propriam praesentis habet significationem, *nunc operatur.*

890, 1. *ἴδοιμι δ' ὑμᾶς εὐτραφεῖς ἥβης τέλος | μολόντας, ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν ὑπερτέρους.*] Rom. B. C. D. *μολόντας.* Rom. A. *μολῶντας.* Vide ad v. 459. 664.

892. *Αὐτὴ, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας,*] Schol. *Αὐτή* 221 *τε χλωροῖς.*) *πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν.* etc. Reiskius *Αὕτη, o tu*, quod admisit Brunckius[z]). Noster Alc. 776. *Οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;*

893. *στρέψασα λευκὴν ἔμπαλιν παρηΐδα,*] Similis est v. 1117. *λευκὴν τ' ἀπέστρεψ' ἔμπαλιν παρηΐδα.* Vide etiam ad v. 974.

894. *κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον;*] Rom. C. *κοὐκασμένη.* Sic etiam post v. 974. Rom. A. ante corr. Vide ad v. 494.

895. *Οὐδέν. τέκνων τῶνδ' ἐννοουμένη πέρι.*] Signum imperfectae orationis post *πέρι* addunt Brunckius aliique, quasi prae lachrymis loqui non possit Medea. Rectius fortasse subauditur *δακρύω.*

896. *Θάρσει νυν. εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι.*] Rom. A. D. *θάρσει νῦν.* Rom. B. *θάρσει νυν.* Rom. C. *θάρσει νύν.* Pseudogregorius v. 760. *θάρσησον.* Hic et Rom. A. B. *εὖ γὰρ*

z) Noster Hec. 492. *οὐχ ἥδ' ἄναασα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν; | οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ; | καὶ νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκεν δορὶ, | αὕτη δὲ δούλη, γραῦς, ἄπαις, ἐπὶ χθονὶ | κεῖται, πόνους φέρουσα δύστηνον κάρᾳ.* Quis semel monitus non videt Euripidem scripsisse *αὐτὴ δὲ δούλη*, etc.

τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι. In Rom. A. corrector dedit θήσομαι pro θήσω. Ab eadem manu supra scriptum γρ. θήσω. Rom. C. εὖ γὰρ νῦν τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι. Rom. D. εὖ γὰρ ἐγὼ τῶνδε θήσω πέρι. Flor. Par. B. D. εὖ γὰρ τῶνδε νῦν θήσομαι πέρι. Laso. εὖ γὰρ τῶνδε θήσομαι πέρι, quod admisit Brunckius. Similis est v. 65. σιγὴν γὰρ, εἰ χρὴ, τῶνδε θήσομαι πέρι. *Non placet περὶ*, inquit Reiskius, *non quidem ideo, quod versum proxime superiorem pariter claudat, sed magis quod incongrua dictio sit* θήσω περὶ τῶνδε εὖ *pro* θήσω τὰ τῶνδε εὖ. Conjicit igitur πράγη, quod priorem producit. Mihi quoque suspiciosa videtur tam vulgata scriptura, quam ea, quam in ejus locum admisit Brunckius. Haec tamen fortasse melior est. Noster Iph. A. 672. Σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, θέμενος εὖ τἀκεῖ, πάτερ. Iph. T. 1003. Σὺ δ' ἂν, τὸ σαυτοῦ θέμενος εὖ, νόστου τύχοις. Bacch. 48. εἰς δ' ἄλλην χθόνα, | τἀνθένδε θέμενος εὖ, μεταστήσω πόδα. Hero. 604. πόλιν τε σὴν | μὴ πρὶν ταράξῃς, πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι, τέκνον. Ibid. 938. ἔξον μιᾶς μοι χειρὸς εὖ θέσθαι τάδε. Ibid. 617. pro τἀνθάδ' εἰδείην fortasse legendum τἀνθάδ' εὖ θείμην. Haec exempla attuli, ut ostenderem εὖ θήσομαι tutiorem esse scripturam quam εὖ θήσω. Secus fortasse esset, si θήσω καλῶς hic legeretur. Hoc enim usurpavit noster Hec. 875. Or. 1664. Hipp. 521. θήσει καλῶς El. 648. Magnam exemplorum copiam partim collegit, partim ab aliis collectam indicavit Wyttenbacchius ad Plutarchum de Sanitate Tuenda p. 129. D.

897. Δράσω τάδ'. οὔτι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις.] Rom. C. οὔτε σοῖς. Rom. A. D. Lasc. οὔτοι σοῖς, quod admisit Porsonus. Rom. B. οὐ γὰρ τοῖς σοῖς. Pseudogregorius v. 766. Πέποιθα, κοὔτι σοῖς ἀπιστῶ τοῖς λόγοις.

*Ibid. Fortasse* ἀπειστήσω, ἀντὶ τοῦ ἀπειθήσω, *legendum*, ait Portus, quem nugari affirmat Barnesius. Tacent hic Reiskius et Musgravius, qui ἀπειστῆσαι Heracl. 968. ἀπειστήσω ibid. 1024. maluerunt. Meam de hac quaestione sententiam 222
ad Heracl. 968. declaravi.

898. γυνὴ δὲ θῆλυ, κἀπὶ δακρύοις ἕφυ.] Par. A. θῆλυς, quod admisit Brunckius. *Membranarum lectionem vulgatae*, inquit, *ut suaviorem, praetuli.* Vulgatae tamen favere fatetur Sophoclis verba Aj. 580. κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή. Aristoteles de Hist. Anim. IX. 1. p. 922. E. a Porto allegatus; διόπερ γυνὴ ἀνδρὸς ἐλεημονέστερον, καὶ ἀριδακρυ μᾶλλον. Noster Danae Fragm. v. 1. ἔρως γὰρ ἀργὸν, κἀπὶ τοιούτοις ἕφυ. Schol. et Pseudogregorius v. 747. θῆλυ, quod revocavit Porsonus.

899. Τί δῆτα λίαν τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;] Rom. C. τί δῆτα λίαν. Rom. A. B. D. Flor. Lasc. Par. A. B. D. Put. Cott. τί δὴ τάλαινα, quod admisit Beckius, repudiavit Por-

sonus, revocavit Matthiae. Longe melior vulgata, de qua vide ad verba *μὴ λίαν τάχου* v. 156. *Λίαν cur mutetur*, inquit Musgravius, *nulla ratio est: primam enim non raro apud Homerum producit.* Non solum apud Homerum, verum etiam passim apud Atticos poëtas, ut recte monet Brunckius [a]).

*Ibid.* Rom. A. B. C. *τοῖσδ' ἐπιστένεις* (B. *ἐπιστένοις*) *τέκνοις*. Rom. D. Flor. Put. *σοῖς* pro *τοῖσδ'*. Vide ad Heracl. 238.

900. *Ἔκτικτον αὐτούς. ζῆν δ' ὅτ' ἐξηύχουν τέκνα,*] Rom. A. B. C. *ἐξηύχουν*. Buchananus *precarer*, Portus *optabam*. Barnesius recte *ἐξηύχου*, *optabas*, ex conjectura Scaligeri. Sic etiam Burn. Matthiae *ἐξεύχου*.

901. *εἰσῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε.*] Lasc. *εἰσῆλθ' ἐμ' οἶκτος*. De constructione verborum *οἶκτος εἰ γενήσεται* vide ad *φόβος εἰ πείσω* v. 181.

903. *τὰ μὲν λέλεκται, τῶν δ' ἐγὼ μνησθήσομαι.*] Rom. A. B. C. D. Par. A. aliique haud dubie plerique *μνησθήσομαι*. Sed in Par. A. supra scriptum *γρ. μεμνήσομαι*, quod a Brunckio probatum admisit Beckius. Alteram formam, quam revocavit Matthiae, tragicis omnino abjudicat Porsonus, ut et *κληθήσεται*, quod olim legebatur apud Aeschylum Prom. 839. Sed *βεβλήσομαι* et *βληθήσομαι* aeque proba censet [b]).

904. *ἐπεὶ τυράννοις γῆς μ' ἀποστέλλειν δοκεῖ,*] Rom. C. *ἀποστέλλειν*. Rom. A. B. D. Flor. (apud Valckenarium ad Phoen. 790.) Lasc. Par. A. Mag. *ἀποστεῖλαι*, quod admisit Brunckius. Noster Iph. A. 743. *ἐξ ὀμμάτων δάμαρτ' ἀποστεῖλαι θέλων.*

908. *ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ.*] Lasc. *τοῦδ'*. Rectius fortasse legeretur *ἀπαρούμεν*, de qua futuri forma dixi
223 ad v. 825. Sed praesens *ἀπαίρομεν* defendunt exempla ad *ἐξεργάζεται* v. 888. allata.

909, 10. *παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτραφῶσιν σῇ χερὶ, | αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.*] *Mallem*, inquit Brunckius, *παῖδας δ'*, *ὅπως* etc. Parum refert, sed vulgata paullo melior videtur.

a) *Λίαν* priore producta scripturam haud raro corrupit. Apud Euripidem Andr. 867. edidit Aldus, *Ὦ παῖ τότε λίαν οὔτ' ἐσθ' ἐπήνεσα.* Item v. 1255. *μηδέν τε λίαν γε δυσφρονεῖν παρήνεσα.* Alia exempla collegerunt Brunckius aliique. His adde Aristophanem Vesp. 872. *παῦσόν τ' αὐτοῦ τοντὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθες.* Persuasum hoc *τοντὶ* metri caussa invectum esse. Longe praestat *τοῦτο τὸ λίαν*.

b) Noster Hec. 863. *ῥᾳδὸν δ' Ἀχαιοῖς αἰ διαβληθήσομαι.* Heracl. 423. *κἀγὼ πολίταις μὴ διαβληθήσομαι.* In his *διαβεβλήσεται* metrum corrumperet, nisi scriberetur etiam *εἴτε* et *μήτε*, quae reponere nimiae esset audaciae.

909. Rom. A. B. C. D. *ἐπραφῶσι*, quod admisit Brunckius. Beckius *ἐπραφῶσιν* revocavit, Porsonus *ἐπραφῶσι*.

911. *Οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι. πειρᾶσθαι δὲ χρή.*] Reiskius *οὐκ οἶδα μὲν εἰ πείσαιμι. Nam alias soloecissat oratio*, inquit, *quum ἂν non ad οἶδα sed ad πείσαιμι pertineat; neque est in vet. ed. quae οὐκ οἶδα εἰ πείσαιμι dat.* Hervagiana prima cum plerisque sequentium ante Barnesium, *οὐκ οἶδ' εἰ πείσαιμι. Videtur legendum οἶδά γ' εἰ πείσαιμι*, inquit Canterus. Haec conjectura posthabita, Aldinam revocavit Barnesius. Porsonus *οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ πείσαιμι. Mutavi literam*, ait, *saepe cum altera confusam.* Male eum fecisse ostendunt alia ejus constructionis exempla, quae attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 598. c. Euripides Alc. 49. *Λαβὼν ἔθ'. οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε.* Plato Timaeo p. 26. B. *ἐγὼ, ἃ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν.* Ordo est, *οὐκ οἶδα εἰ δυναίμην ἄν.* Aristophanes Av. 1018. *ΜΕ. Ὑπάγομί τ' ἄρ' ἄν. ΠΕΙ. Νὴ Δί', ὡς οὐκ οἶδά γ' εἰ | φθαίης ἄν. ἐπίκεινταί γὰρ ἐγγὺς αὐταί.* Tantum abest ut soloecum sit *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι*, ut particula *ἂν* omissa non *οὐκ οἶδα εἰ πείσαιμι* sed *οὐκ οἶδα εἰ πείσω* dici debeat. Matthiae vulgatam revocavit. Ceterum liquet e proximis Medeae verbis, verba *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι* idem significare quod *φόβος εἰ πείσω* v. 181. id est, *vereor ut persuadeam, non puto me persuasurum.* In ceteris etiam exemplis verba *οὐκ οἶδα εἰ* significant *vereor ut.* Hoc moneo, ut ostendam quantum intersit inter Graeca *οὐκ οἶδα εἰ* et Latina *nescio an.* Haec enim verba apud probatos scriptores affirmandi sensum habent. Graeca contra aut negant, aut rem in medio relinquunt, ut hujus fabulae v. 71. *ὃ μέντοι μῦθος εἰ σαφὴς ὅδε, | οὐκ οἶδα.*

912, 3. *Σὺ δ' ἀλλὰ σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς | γυναῖκα,*] Id est, *Si ipse hoc a Creonte petere dubitas, uxorem a patre petere jube.* Hoc *ἀλλὰ* nostra lingua valet *then.* Exempla indicavi ad Heracl. 565. quorum unum et alterum hic plenius apponam. Aristophanes Ach. 185. *ΔΙ. Οἱ δ' οὖν βοιῶτων. ἀλλὰ τᾶς σπονδᾶς φέρεις; | ΑΜ. Ἔγωγε, φημὶ, τρία γε ταυτὶ γεύματα. | αὗται μέν εἰσι πεντέτεις. γεῦσαι λαβών. | ΔΙ. Αἰβοῖ. ΑΜ. Τί ἔστιν; ΔΙ. Οὐκ ἀρέσκουσίν μ', ὅτι | ὄζουσι πίττης καὶ παρασκευῆς νεῶν. | ΑΜ. Σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκάτεις γεῦσαι λαβών.* Ibid. 1026. *ΓΕ. Ἀπόλοιο τὠφθαλμώ, δακρύων τὼ βόε. | ἀλλ' εἶτε κήδει Δεμέτου Φυλασίου, | ὑπάλειφον εἰρήνῃ με τὠφθαλμὼ ταχύ. | ΔΙ. Ἀλλ' ὦ πόνηρ', οὐ δημοσίευσον τυγχάνω. | ΓΕ. Ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ἦν πως κομψώσωμαι τὼ βόε. | ΔΙ. Οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κλᾶε πρὸς τοὺς Πιττάλου. | ΓΕ. Σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα | εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί.* Hoc enim diversum est a priori petitione.

224 913. *παῖδας τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.*] Brunckius ex ingenio *παῖδας σοὺς ἀφιέναι φυγῆς. Nauseam movet*, inquit, *toties repetita haec clausula τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα, hic praesertim, quum post duos interjectos versus iterum recurrat. Sed in hoc loco nullus dubito, quin oscitantiae librarii debeatur.* Vera fortasse est Brunckii suspicio, cujus tamen conjecturam recte repudiavit Beckius. Hujusmodi repetitionibus nihil usitatius in vulgatis tragicorum exemplis. Dicit Polynices apud Euripidem Phoen. 481. *ὥστ' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβὼν*, deinde septem versibus interpositis, *οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον ἀνὰ μέρος λαβών.* Neque praeterea legitur *ἀνὰ μέρος* in tota Atticorum poësi.

915. *εἴπερ γυναικῶν ἐστι τῶν ἄλλων μία.*] Sic Aldus. Lasc. *ἐστί.* Rom. A. *ἔστι.*

917, 8. *πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται | τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν (οἶδ' ἐγὼ) πολύ,*] Rom. C. *αὐτή*, male quidem, sed fortasse consulto.

919. *λεπτόν τε πέπλον καὶ στέφος χρυσήλατον*] Rom. C. *στέφος.* Rom. A. B. D. Flor. Par. B. D. Cott. *πλόκον*, quod admisi. Legebantur haec verba etiam post v. 768. ubi plerique libri *πλόκον.*

922. *εὐδαιμονήσει δ' οὐχ ἓν, ἀλλὰ μυρία,*] Lasc. *ἀλλ' εἰς μυρία.*

923. *ἀνδρὸς γ' ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ' ὁμευνέτου,*] Rom. C. *ἀνδρός γ' ἀρίστου.* Rom. A. B. Par. A. (qui hunc v. in margine scriptum exhibet) *ἀνδρός τ' ἀρίστου*, quod admisit Brunckius. Rom. A. C. D. *ὁμευνέτου.*

924, 5. *κεκτημένη τε κόσμον, ὃν ποθ' Ἥλιος | πατὴρ πατρὸς δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.*] Rom. C. *πατὴρ πατρός.* Rom. A. B. D. Lasc. *πατρὸς πατήρ*, quod admisit Matthiae. Schol. *Πατρὸς πατρὶ δίδωσι ἐκγόνοισιν οἷς.*) *ἤτοι ἀντὶ γονεῦσιν, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ μὲν ἐγγόνοις, τουτέστι παισὶν, ἵνα τοῦτο λείπῃ.* Nihil hinc colligi potest, nisi grammaticum legisse *πατρὸς* priore loco.

925. *Ὅς*, suus, non valde frequentatur a tragicis. Aeschylus tamen *λιτῶν τῶν ὧν* dixit Theb. 646. Sophocles *ὧν παίδων* Oed. C. 1639. *τῶν ὧν τέκνων* Trach. 266. *τὸν ὃν προσμένουσ' ἄκοιτον* ibid. 525. *τῶν ὅπλων τῶν ὧν* Aj. 442. Apud Euripidem Hel. 1134. *ὧν ἀλόχων* pro *τῶν ἀλόχων* metri causa reposuit Matthiae. Plato etiam *τὰ ἃ θάκνα* Rep. III. p. 394. A.

926. *λάζυσθε φερνὰς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας,*] Schol. *Φερνήτης.*) *ἢ προλέξ. λάβετε, φησὶ, τὴν ἐμὴν φερνὴν, ἣν εἰσηνεγκάμην τῷ πατρὶ ὑμῶν, καὶ ἀποκομίζετε τῇ νύμφῃ.* Male. Quo sensu dicatur *φερνάς*, declaravi ad v. 768.

927, 8. καὶ τῇ τυράννῳ μακαρίᾳ νύμφῃ δότε | φέροντες.] Lasc. τυράννων. Vide ad v. 1027.

928. οὗτοι δῶρα μεμπτὰ δέξεται.] Schol. Οὗτοι δῶρα.) τοῦτο διπλῆν ἔχει τὴν ἔννοιαν, μίαν μὲν ἣν ὁ Ἰάσων ἐκδέχεται, ὅτε οὐκ ἀπόβλητα αὐτῇ τὰ δῶρα, ἀλλὰ θαυμαστά· ἑτέραν δὲ ἣν αὐτὴ κρύπτει, ἀντὶ τοῦ, οὐ γελάσει τὸ δῶρον ὡς ἀσθενές, ἀναιρήσει γὰρ αὐτήν.

930, 1. δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων; | δοκεῖς δὲ χρυσοῦ;] Lasc. δοκῇς—δοκεῖς. Rom. C. βασιλείων.

932, 3. εἴπερ γὰρ ἡμᾶς ἀξιοῖ λόγου τινὸς | γυνή, προθήσει χρημάτων, σάφ' οἶδ' ἐγώ.] Lasc. Mag. (qui προθήση) σάφ' οἶδ' ὅτι. Eadem varietas v. 1034. 225

934. Μή μοι σὺ πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος.] Alludit Euripides, judice Barnesio, ad versum qui legitur apud Platonem Rep. III. p. 390. E. Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας. Ovidius de Arte Am. III. 653. a Porto allegatus: *Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque.* | *Placatur donis Jupiter ipse datis.*

936. κείνης ὁ δαίμων. κεῖνα νῦν αὔξει θεός.] Lasc. 'κείνης ὁ δαίμων. 'κείναν νῦν αὔξει θεὸς. Mag. etiam κείναν.

937, 8. τῶν δ' ἐμῶν παίδων φυγας, | ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθ', οὐ χρυσοῦ μόνον.] Rom. C. D. ψυχῆς. Rom. A. B. ψυχαῖς. In A. supra scriptum γρ. ψυχῆς. Schol. Ψυχῆς ἂν ἀλλάξαιμ'.) ἀντὶ τοῦ, ἐλοίμην ἂν καὶ ἀποθανεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς παῖδας ἀποκτεῖναί μου. καὶ τοῦτο κατ' εἰρωνείαν.

939. ἀλλ' ὦ τέκν', εἰσελθόντε πλησίους δόμους,] Rom. C. εἰσελθόντε. Rom. A. B. D. solenni errore εἰσελθόντες.

*Ibid.* Rom. C. πλησίους. Rom. A. B. Flor. Mag. Put. (supra scripto η) Cott. πλουσίους, quod admisit Musgravius. Reiskius: *Πλουσίους quarundam editionum praestat vulgatae πλησίους, quidquid Barnesius et ejus echo, Malus, contradicant.* Itali verba sunt: *Alias legebatur πλουσίους. Rectius quidem est πλησίους, ut cuique patet.* Lectio πλουσίους ei non nisi e margine Barnesianae innotuit, nec quidquam de scriptura dixit Barnesius.

940. πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν τ' ἐμήν,] Supra v. 17. non mutavi vulgatam scripturam, προδοὺς γὰρ αὐτοῦ τέκνα, δισπότιν τ' ἐμήν, nisi quod post alios αὐτοῦ scripsi. Diversi sunt Jasonis liberi ab uxore, quae verbis δεσπότιν τ' ἐμήν significatur. Quod si λέκτρα (i. e. γυναῖκα) pro τέκνα scripsisset poëta, jam non δεσπότιν τ' ἐμήν sed δεσπότιν δ' ἐμήν scribendum esset, quod recte, ni fallor, loco de quo nunc agitur reposui, ubi eandem mulierem et novam Jasonis uxorem et suam dominam appellat Medea. Ita Aeschylus Cho. 187. ἀλλ' οὐδὲ μήν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐκείρατο, | ἐμὴ δὲ μήτηρ, οὐδαμῶς

ἐπώνυμον | φρόνημα παισὶ δύσθεον πεπαμένη. (Ἐμή γε Porsonus, inquit Butlerus, *sed retinendum videtur* δὲ, *ut referatur ad* μὲν *in* ἡ κτανοῦσά νιν *subaudito.*) Pers. 150. ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς | φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως, | δέσποινα δ' ἐμὴ προσπίτνωμεν. Sophocles Oed. C. 322. *ΟΙ.* Πῶς εἶπας, ὦ παῖ; *ΑΝ.* Παῖδα σὴν, ἐμὴν δ' ὁρᾶν | ὅμαιμον. αὐδῇ δ' αὐτέκ' ἔξεστιν μαθεῖν. Ibid. 1275. ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες, Trach. 741. Τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω | πατέρα, κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ. Euripides Hec. 532. ὁ δ' εἶπεν· Ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμὸς, | δέξαι χοάς μοι τάσδε κηλητηρίους. Herc. 97. ἔλθοι τ' ἔτ' ἂν παῖς οὑμὸς, εὐνήτωρ δὲ σός. El. 1241. δεινὸν δὲ ναὸς ἀρτίως πόντου σάλον | παύσαντ', ἀφίγμεθ' Ἄργος, ὡς εἰσειδόμεν | σφαγὰς ἀδελφῆς (ἡμετέρας scilicet) τῆσδε, μητέρος δὲ σῆς. Herodotus VII. 10. ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ, ἀδελφεῷ δὲ ἐμῷ, Δαρείῳ, ἠγόρευον μὴ
226 στρατεύεσθαι ἐπὶ Σκύθας, ἄνδρας οὐδαμόθι γῆς ἄστυ νέμοντας. Plato Protagora p. 310. A. Τῆς παρελθούσης νυκτὸς ταυτησὶ, ἔτι βαθέος ὄρθρου, Ἱπποκράτης ὁ Ἀπολλοδώρου υἱὸς, Φάσωνος δὲ ἀδελφὸς, τὴν θύραν τῇ βακτηρίᾳ πάνυ σφόδρα ἔκρουε. Aeschines in Timarchum p. 284. C. πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφιδοῦν τοῦ Ἰφικράτους, υἱὸν δὲ Τισίου τοῦ Ῥαμνουσίου, ὁμώνυμον δὲ τοῦ νυνὶ κρινομένου Τιμάρχου. In his omnibus reticetur μὲν in priore membro, quod tamen interdum exprimitur. Noster Oeneo Fragm. i. 3. Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς, | ᾤκησεν Ἄργος. Interdum etiam in utroque membro est τε. Assentior Marklando legenti in Iph. A. 1155. καὶ τὼ Διός τε (vulgo γε) παῖδ', ἐμώ τε συγγόνω, | ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην. Sophocles Trach. 405. Πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν, Οἰνέως | κόρην, δάμαρτά θ' Ἡρακλέους (εἰ μὴ κυρῶ | λεύσσων μάταια) δεσπότιν τε τὴν ἐμήν. Verte, *Dejaniram Oenei filiam, quae et uxor Herculis est, et mea domina.* Quod si τε non est in priore membro, non potest esse in posteriore, nisi hujus subjectum, ut vocant, diversum sit a subjecto prioris. Optime vulgo legitur apud Euripidem El. 612. *ΟΡ.* Τί δῆτα δρῶντες τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα; | *ΠΡ.* Κτανὼν Θυέστου παῖδα, σήν τε μητέρα. Aegisthum scilicet et Clytaemnestram. Sequentia vero loca emendatione egere mihi videntur. Aeschylus Ag. 1592. Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατὴρ, | πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν (ὡς τορῶς φράσαι) | αὑτοῦ τ' ἀδελφὸν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει, | ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων. Euripides Andr. 24. κἀγὼ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντέκτω κόρον, | πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδὶ, δεσπότῃ τ' ἐμῷ. Cum priore loco de solo Thyesta sermo sit, altero de solo Neoptolemo, illic repone αὑτοῦ δ' ἀδελφὸν, hic δεσπότῃ δ' ἐμῷ. Minus recte Brunckius δεσπότῃ γ' ἐμῷ. Haec tamen scriptura repo-

menda videtur in Iph. A. 1455. *πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει, πόσιν τε σόν.* Lego *πόσιν γε σὸν, maritum scilicet tuum*, quem odisse non debes c). Confer Andr. 247. *Ἑλένῃ νιν ὦλεσ', οὐκ ἐγώ, μήτηρ γε σή.* Bacch. 923. *Τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν, | ἢ τὴν Ἀγαύης ἑστάναι, μητρὸς γ' ἐμῆς;* In his *γε* valet *scilicet.*

941. *ἱκετεύετ', ἐξαιτεῖσθε μὴ φυγεῖν χθόνα,*] Verba *τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα* ter jam habuimus in fine senarii, v. 768. 910. 913. Primo loco nonnulli libri *φυγεῖν*, secundo tertioque omnes *φεύγειν*. Saltem nemo enotavit *φυγεῖν*. Quarto loco Rom. C. *φυγεῖν*, Rom. A. B. Lasc. Par. A. *φεύγειν*, quod admisit Brunckius. In hac diversitate perexigua est librorum auctoritas. Edidit Aldus apud Euripidem Hipp. 1066. *Ποῖ δῆτα πλήμων τρέψομαι; τίνος ξένων | δόμους ἔσειμι, τῇδ' ἐπ' αἰτίᾳ φεύγων;* In quinta senarii sede usitatiora sunt *θανεῖν, κτανεῖν, λιπεῖν, παθεῖν, τεκεῖν* et similia, quam *θνήσκειν, κτείνειν, λείπειν, πάσχειν, τίκτειν. Θανεῖν*, verbi caussa, in ea sede habet Euripides Hec. 396. Or. 1206. Med. 238. Alc. 699. Iph. A. 1252. Iph. T. 1004. 1066. Rhes. 759. Heracl. 444. 963. 1016. Ion. 1401. Herc. 289. El. 1265. Sed idem saepius *θνήσκειν* et simillia usurpavit, quam ut sollicitari debeat *φεύγειν* Med. 768. 910. 913. Ita Andr. 1235. *κἀγὼ γὰρ, ἣν ἄκλαυστ' ἐχρῆν τίκτειν τέκνα.* Iph. A. 512. *ἀλλ' εὐκλεές τοι δεσποτῶν θνήσκειν ὑπερ.* Ibid. 490. *σκοπῶν ἔσειδον, οἷον ἦν κτείνειν τέκνα.* Herc. 70. *ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μέλλομεν θνήσκειν, γέρον.* Ibid. 156. *τοὺς Ἡρακλείους παῖδας, οὐ θνήσκειν χρεών.* Ibid. 284. *ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεών.* Haec exempla ostendunt, nihil referre utrum quintus pes senarii tragicis spondeus an iambus sit, modo utraque syllaba eadem voce contineatur. Hoc semel iterumque jam monui. Vide ad v. 88. 277. Dedi igitur *μὴ φεύγειν χθόνα* cum Brunckio aliisque, ut in primis tribus locis.

942. *πόσμον διδόντες.*] Mag. *κόσμον φέροντες.* Vulgatam agnoscit scholiastes.

942, 3. *τοῦδε γὰρ μάλιστα δεῖ, | εἰς χεῖρ' ἐκείνης δῶρα δέξασθαι τάδε.*] Rom. A, a corr. C. *ἐκείνης.* Rom. A. ante corr. B. D. Flor. Lasc. Par. B. D. Put. *ἐκείνην*, quod ex Porti conjectura admisit Barnesius. Scaliger *ἐκείνῃ.*

946. *Νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζωᾶς,*] Porsonus *ζόας.* Idem *ζόης* Hec. 1108. [1090.] *Si quis cum Brunckio*, inquit, *primam in ζωῆς corripi posse contendat, judicio suo fruatur.*

c) Mavult Reisigius p. 190. *πόσιν δὲ σόν.* Sed hoc esset, *μὴ πατέρα τὸν ἐμὸν, ἀλλὰ σὸν πόσιν στύγει.* Noster Phoen. 632. *κἂν τι σοι, πόλις, γένηται, μὴ μέ, τόνδε δ' αἰτιῶ.*

Matthiae ζοῆς in Hecuba, ζωᾶς in Medea dedit, licet syllaba prior utrobique corripiatur. Formam vulgarem Atticis omnino abjudicandam suspicor. Legitur praeterea apud Aeschylum Theb. 945, (ubi Blomfieldius ζοὰ) apud Euripidem Phoen. 1531. Hipp. 816. (ubi Monkius ζόαν) Iph. T. 150. (de quo vide Mus. Crit. Cant. T. II. p. 280.) 846. Tro. 254. Herc. 664. El. 121. denique apud incertum tragicum, quem allegat Porsonus ad Hec. 1090. Ex tot exemplis nullum est, in quo prior syllaba necessario producatur. Revocavi igitur ζόας, cujus loco ζοᾶς legere per me licet. Apud Herodotum, ni fallor, vulgo ζόη. Ζωὸς, *vivus*, apud Atticos non exstare videtur. Ζῶον, *animal*, frequenter ab illis usurpatur, sed rectius scribitur ζῷον, ut jam monui ad Euripidis Suppl. 969. Diarii Class. T. XVI. p. 34. Hanc scripturam passim exhibet Platonis editio Aldina. Ζώειν pro ζῆν dixit Sophocles Oed. C. 1213. El. 158.

947. οὐκέτι. στείχουσι γὰρ εἰς φόνον ἤδη.] Rom. C. οὐκ ἔστι. Vide ad κοὐκ ἔστ' ἐκεῖνος v. 76. Idem εἰς φόνον. Rom. A. B. D. Lasc. Par. A. ἐς φόνον.

948. δέξεται νύμφα χρυσείων ἀναδέσμων,] Rom. A. B. C. ἀναδέσμων. Lasc. ἀναδεσμείων. Porsonus ἀναδεσμῶν. Matthiae iterum ἀναδέσμων. Hesychius: Ἀναδέσμη. μίτρα, ἀνάθημα. οἱ δὲ εἶδος κόσμου ἐπὶ κεφαλῆς. Scribendum igitur ἀναδεσμῶν, vel potius ἀναδεσμᾶν.

949. δέξεται δύστανος ἄταν,] Rom. A. B. D. δέξεται δύστηνος. Rom. C. Mag. δέξεται ἁ δύστανος. Lasc. δέξετ' ἁ δύστανος, unde Brunckius δέξεθ' ἁ δύστανος. Porsonus vulgatam revocavit. Matthiae ut Brunckius.

228 950, 1, 2. ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ | θήσει τὸν Ἅιδα κόσμον αὐ|τὰ ταῖν χεροῖν λαβοῦσα.] Brunckius τὸν Ἅιδα κόσμον. Deinde Rom. C. Lasc. αὐτᾶ χεροῖν. Rom. A. B. Par. A. αὐτῇ χεροῖν. In Rom. A. supra scriptum γρ. αὐτά. Hi omnes ταῖν omittunt. Rom. D. etiam αὐτά. Hervagiana prima typographi errore ταὐτὰ ταῖν χεροῖν. Eodem vitio laborant pleraeque sequentium ante Commelinianam, quae ex emendatione Porti ταῦτα ταῖν χεροῖν exhibet. Ab hac scriptura deceptus Reiskius, ἁραιπνὰ, *velociter, avide*, legendum conjecit. Musgravius αὐτὰ ταῖν χεροῖν edidit, sed ex corrupta superiorum edd. scriptura τ retinuit, et κόσμον τ' pro κόσμον dedit. Copulam recte expulit Brunckius. Porsonus αὐτά γ' ἐν χεροῖν. Matthiae iterum αὐτὰ ταῖν χεροῖν. Suspiciosum est hoc ταῖν, quod non agnoscunt codices. Sive servetur, sive omittatur, versus cum antistrophico 959. non congruit.

953, 4. Πείσει χάρις, ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλου, | χρυσεότευκτον στέφανον περιθέσθαι.] Rom. C. ἀμβρόσιος τ' αὐγὰ πέ-

πλου. Rom. A. ante corr. D. ἀμβρόσιος αὐγὰ πέπλων. Rom. A. a corr. B. ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλων. In A. supra scriptum πέπλου. Flor. Lasc. Par. A. Mag. Cott. etiam πέπλων, quod admisit Brunckius. Schol. Αὐτὰ πέπλων.) τὸ ἑξῆς, αὐτὰ χάρις ἀμβρόσιος πέπλων πείσει παραθέσθαι (sic) χροῒ χρυσότευκτον στέφανον. Is igitur in exemplo suo πείσει χάρις ἀμβρόσιος αὐτὰ πέπλων habuit. Sive πέπλου legatur, sive πέπλων, ineptam sententiam praebet vulgata scriptura, novae nuptae scilicet persuasuram esse venustatem divinumque splendorem *pepli*, ut *coronam* capiti imponat. Reiskii conjecturam, πέπλους χρυσεάτευκτόν τε στέφανον, a Musgravio aliisque omnibus omnino neglectam esse miror. Reiskium secutus, πέπλον, χρυσότευκτόν τε στέφανον admittere haud dubitavi. De χρυσότευκτον mox. Πέπλον vero potius quam πέπλους scripsi, quia fluctuant libri inter πέπλου et πέπλων, quorum utrique similius est πέπλον quam πέπλους. Ceterum intellige τὴν χάριν τοῦ πέπλου, καὶ τὴν αὐγὴν τοῦ στεφάνου.

954. Porsonus: *Hic versus non omnino cum strophico congruit. Scio, quam periculosum sit nova verba confingere, sed analogiae conveniret* χρυσεόπλεκτον. Quod ad metrum attinet, idem efficit χρυσότευκτόν τε quod χρυσεόπλεκτον. Hinc est, quod χρυσότευκτον potius quam χρυσεότευκτον edidi. Illam formam exhibet scholiastes. Aeschylus Theb. 666. εἴ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα. Idem Περῥαιβίσιν apud Athenaeum p. 499. A. Ποῦ μοι τὰ πολλὰ δῶρα κἀκροθίνια; | ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα; Apud Euripidem Phoen. 228. scripti codices χρυσεοτεύκτοις, sed metro convenientius est χρυσοτεύκτοις, quod exhibet Aldina. Apud Euripidem etiam vulgo leguntur χρυσεοβόστρυχος, χρυσεόκυκλος, χρυσεόμαλλος, χρυσεόνωτος, χρυσεοπήνητος, χρυσεοσάνδαλος, χρυσεοστέφανος, χρυσεόστολος, χρυσεότυπος, χρυσεοφάλαρος, quorum nonnulla metro adversantur. Matthiae τὰν χρυσοστέφανον κόραν reposuit Ion. 1085. ἔπὶ δὲ χρυσοτύπῳ κράνει praeeunte Seidlero El. 470. χρυσόμαλλον κατὰ δῶμα πολίμναν ibid. 725.

955. νεοτέροις δ' ἤδη πάρα νυμφοκομήσει.] Rom. C. D. 229 νεοτέροις δ' ἤδη. Rom. A. B. νεοτέροις ἤδη. Barnesiana typographi errore νεοτέροις δ' ἤθη. Deinde Rom. A. ante corr. C. D. Lasc. παρανυμφοκομήσει. Rom. A. a corr. B. παρανυμφοκοσμήσει. Schol. Νεοτέροις.) ἀντὶ τοῦ παρὰ τοῖς νεοτέροις καὶ τοῖς κατοικοῦσιν αὐτὴν κοσμήσει ταῦτα τὰ δῶρα. νυμφοκοσμῆσαι δέ ἐστι τὸ τὴν νύμφην κοσμῆσαι. νυμφοκομήσει (vulgo νυμφοκοσμήσει) δὲ, ἀντὶ τοῦ νυμφευθήσεται. Dicitur νεοτέροις πάρα νυμφοκομήσει ut νυμφευθεῖσα παρ' ἀνδρὶ τῷδε v. 1303. Notandum autem νυμφοκομεῖν, *nubere*, cujus sensus alterum exemplum in promtu non habeo.

956. *τοῖον εἰς ἔρκος πεσεῖται,*] Lasc. *ἐς ἔρκος.* *Ἕρκος* pro *δίκτυον* accipiendum monet Musgravius. Hesychius: *Ἕρκεσι. δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ.* Idem: *Ἕρκος. ἤγουν φραγμὸς, ὡς τὸ, Λίμασιὰς λέξοντες, ἀλωῆς ἔμμεναι ἕρκος* (Od. Ω. 223.). *καὶ λίνον.* [*Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἢ κίχλαι τανυσίπτεροι, ἠὲ πέλειαι,*] *ἕρκει ἐνιπλήξωσι* (Od. X. 469.). Plura congesserunt interpretes.

957, 8. *καὶ μοῖραν θανάτου | προσλήψεται δύστανος,*] Rom. B. C. D. Lasc. Par. A. *προσλήψεται* omittunt. In Rom. A. additum legitur ab alia manu. Brunckius *προσλήψεθ' ἁ δύστανος.* Beckius *προσλήψεται δύστανος* ut vulgo.

958, 9. *ἅ|τταν δ' οὐχ ὑπεκφεύξεται.*] Rom. A. B. D. *ὑπερφεύξεται,* cujus compositi exempla mihi non succurrunt. Rom. C. *ὑπεφεύξεται* (sic). Porsonus propter metrum *ὑπεκδραμεῖται* edidit e sola conjectura. *Alterum,* ait, *facile pro interpretatione irrepere potuit.* Vulgatam revocavit Matthiae, quem sequor. Non mala est Porsoni conjectura, sed incerta. Trium Rom. scriptura *ὑπερφεύξεται* aliam emendationis viam fortasse aperiet.

960. *Σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε κηδεμὼν τυράννων,*] *Κηδεμὼν* pro *κηδεστά.* Hesychius: *Κηδεμόνες. φροντισταὶ, εὐεργέται, καὶ οἱ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖοι.* Gl. apud Brunckium *γαμβρέ.* Plura de hac re Valckenarius ad Phoen. 431. De metro hujus versus vide Gaisfordium ad Hephaestionem p. 341.

961, 2. *παισὶν οὐ κατειδὼς | ὀλέθριον βιοτὰν προσάγεις,*] Non miror *ὀλέθριον βιοτὰν* pro certa morte dictum viris doctis displicuisse. Quod Reiskius conjecit, *ὄλεθρον, οὐ βιοτάν,* etsi non valde bonum, melius est Musgravii interpretatione, *exitiales opes* sive *facultates.* Is enim *βιοτὰν* eodem sensu sumendum contendit, quo *βίοτον* v. 1070. 1076. Melioris scripturae vestigia exhibent nonnulli libri. Rom. A. B. C. D. *ὀλέθριον βιοτάν.* Sed in A. supra scriptum *ᾷ,* ut sit *βιοτᾷ.* Mag. *ὄλεθρον.* Hinc oritur vera scriptura *ὄλεθρον βιοτᾷ,* quam agnoscit scholiastes, cujus verba ita legenda sunt: *Σὺ δ' ὦ τάλαν.) τοῦτο πρὸς Ἰάσονα ἀποτείνει. κηδεμὼν δὲ παρὰ τὸ κῆδος, ἀντὶ τοῦ γαμβρέ. σὺ δέ, φησὶν, ὦ ἐπ' ὀλέθρῳ γινόμενε νυμφίε τῆς Γλαύκης, καὶ ἐπιγαμβρίαν οὐκ εὐτυχῆ ταύτην πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐσχηκώς, ὄλεθρον τοῖς αὐτοῦ παισὶ καὶ τῇ νύμφῃ κατασκευάζεις, οὐ συνεὶς τὸ ἐπ' ὀλέθρῳ μηχάνημα. βιοτᾷ δὲ παισὶν, ἀντὶ τοῦ τῇ βιοτῇ τῶν παίδων.* Vulgo quidem legitur *βιοτὰν δὲ παισὶν,* sed sequentia verba satis ostendunt grammaticum *βιοτᾷ* in exemplo suo habuisse. Eadem est ratio duorum dativorum *παισὶν* et *βιοτᾷ,* quae duorum accusativorum in Homerico illo *τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος* similibusque. Noster Iph. T. 852. *Ἐγὼ δ' ἃ μέλεος οἶδ' ὅτε φάσγανον | δέρᾳ θῆκέ* (f. *φῆκέ*)

μοι μελεόφρων πατήρ. Tro. 650. Ἄκουσον, ὡς σοι τέρψιν ἐμβάλω φρενί. Heracl. 63. Βούλει πόνον μοι τῇδε προσθεῖναι χερί; Incertus Rhes. 266. Ἢ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί.

962, 3. ἀλόχῳ | τε σᾷ στυγερὸν θάνατον.] Par. A. ἀλόχῳ τε σᾷ στυγερᾷ στυγερόν,

964. δύστανε, μοίρας ὅσον παροίχῃ.] Hunc versum omnino praetermisit Buchananus. Vertit Portus, *O infelix, quantam calamitatem igneras.* Mihi sensus esse videtur, *quantum a pristina fortuna excidisti.*

965, 6. Μεταστένομαι δὲ σὸν ἄλγος, ὦ τάλαινα παίδων | μᾶτερ,] Μεταστένομαι, *simul gemo, in partem doloris eumo.* Noster Hec. 211. σὲ μέν, ὦ μᾶτερ δύστανε βίου, | κλάω πανοδύρτοις θρήνοις· | τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν τ', | οὐ μεταπλάομαι, ἀλλὰ φανεῖν μοι | ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

966, 7. ἃ φονεύσεις | τὰ τέκνα νυμφιδίων ἕνεκεν λεχέων,] Rom. C. φονεύσεις. Rom. A. B. D. φονεύεις. Futurum habet noster v. 1248.

967. Rom. A. B. C. D. Lasc. τέκνα sine τά. Brunckius, quem sequuntur Beckius et Porsonus, σὰ τέκνα. Matthiae τὰ τέκνα. Recte scripti libri τέκνα. Additum est τὰ propter ὀλέθριον v. 562.

*Ibid.* Rom. C. D. ἕνεκεν. Rom. A. B. ἕνεκε. Rom. A. ἕνεκε etiam v. 1054. 1083.

968, 9. ἃ σοι προλιπὼν ἀνόμως, | ἄλλῃ ξυνοικεῖ πόσις συνεύνῳ.] Matthiae ἄλλᾳ.

974. Τί συγχυθεῖσ' ἔστηκας, ἡνίκ' εὐτυχεῖς; | τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηΐδα, | πρὶν ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον;] Secundum tertiumque versum Valckenario apud Piersonum Verisim. p. 59. Musgravioque obsecutus delevit Brunckius, revocavit et uncinis inclusit Matthiae. Musgravii quidem sententia retineri posset tertius versus, quamquam non valde repugnat quo minus cum secundo deleatur. Totidem verbis supra leguntur v. 983, 4. nisi quod ibi pro τί σὴν ἔτρεψας legitur στρέψασα λευκὴν. Illud autem ἔτρεψας manifestum vocis indicium est. Si per metrum licuisset, ἔστρεψας scripsisset falsarius, idque metro repugnante exhibent Rom. A. C. Mag. *Pro ἔτρεψας correxeram ἔστρεψας*, inquit Piersonus. Recte quidem, si solius sententiae ratio habenda esset. Dixit enim Euripides στρέψασα πάλλευκον δέρην v. 30. λευκὴν τ' ἀπέστρεψ' ἔμπαλιν παρηΐδα 1117. καὶ πάλιν στρέψεις κάρα v. 1121. πρόσωπον ἔμπαλιν στρέφοντα Hec. 543. σὺ τ' αὖ πρόσωπον πρὸς κασίγνητον στρέφε Phoen. 460. Quo sensu non dicitur τρέπε.

975. Αἰ αἰ.] Rom. C. D. αἰ. αἰ. Rom. A. B. αἰ. αἰ. αἰ.

αἲ. Brunckius αἴ, αἴ, αἲ. Porsonus bis ut vulgo. De accentu vide ad v. 272.

977, 8. *Μῶν τιν' ἀγγέλων τύχην | οὐκ οἶδα, δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου;*] Rom. B. C. uterque a corr. *ἀγγέλων*. Rom.
251 A. C. ante corr. Lasc. *ἀγγέλων*. Sic etiam Hervagiana secunda aliaeque. Rom. B. ante corr. *ἀγγέλω*. Gl. in Rom. A. B. *μηνύων*. Mag. *ἀγγέλλω*. Schol. *Μῶν τιν' ἀγγέλω τύχην.) ἡ μὲν Μήδεια* etc.

977. *Τύχην* pro *συμφοράν*, ut Heracl. 714. *Ἦν δ' οὖν (ὃ μὴ γένοιτο) χρήσωνται τύχῃ.* Non opus igitur Reiskii conjecturis *στυγνα* et *λύπην*. Aliam rationem vide ad v. sequentem. Rom. C. ante corr. *τύχης*.

978. Rom. A. ante corr. *δόξης ἐσφάλην*. Nimirum fuisse videntur, qui haec verba ita ordinarent: *Μῶν ἀγγέλων οὐκ οἶδα τίνα τύχην, δόξης ἐσφάλην εὐαγγέλου.* Hinc fortasse est, quod Lasc. *τίν'* cum accentu exhibet.

980. *Τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυρροεῖς;*] Rom. A. C. D. *τί δὲ κατηφεῖς*. Rom. B. Lasc. Par. A. Mag. *τί* (Lasc. *τι*) *δαὶ κατηφεῖς*. In Rom. C. etiam supra scriptum *αἰ*. Lasc. in margine *ἡ* habet. Pseudogregorius v. 730. *τί δ' αὖ κατηφεῖς*, probante Valckenario ad Phoen. 1668. improbante vero Brunckio. Cujus scripturae exemplum praebet v. 333. *Τί δ' αὖ βιάζει, κοὐκ ἀπαλλάσσει χθονός;* Sed praestare videtur *Τί δὴ κατηφεῖς*. *Δαὶ* tragicis abjudicarunt Brunckius et Porsonus.

*Ibid.* Noster Heracl. 635. *Τί χρῆμα κεῖσαι, καὶ κατηφὲς ὄμμ' ἔχεις.* Plutarchus de Vitioso Pudore p. 528. E. *Ὡς γὰρ τὴν κατήφειαν ὁρίζονται λύπην κάτω βλέπειν ποιοῦσαν, οὕτω τὴν αἰσχυντηλίαν μέχρι τοῦ μηδὲ ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπείκουσαν, δυσωπίαν ὠνόμασαν.* De hac voce dixit Schleusnerus Lexico N. T. occasione sumta a Jacobi verbis c. iv. 9. *ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν.* Apud Homerum exstant *κατηφὴς*, *κατηφίη*, *κατηφεῖν*, necnon *κατήφονες* Il. Ω. 253. de quo consulendi interpretes. *Κατηφὴς* nostra lingua significat *dejected*.

981. *Πολλή μ' ἀνάγκη, πρέσβυ.*] Noster Phoen. 1667. *AN. Ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ πρτε; | KP. Πολλή σ' ἀνάγκη. ποῖ γὰρ ἐκφεύξει λέχος;* Hic *Πολλή γ' ἀνάγκη* Barnesius, quod utrobique reponendum censet Valckenarius, propterea quod ita legitur apud Sophoclem Oed. C. 295. El. 309. Euripidem Hec. 395. Alc. 378. Apud Sophoclem quoque Trach. 295. *πολλή γ' ἀνάγκη* pro *πολλη δ' ἀνάγκη* legendum arbitratur. Sed exemplorum numerum minuerunt nuperi editores. Apud Sophoclem Oed. C. 293. Trach. 295. *πολλή 'στ' ἀνάγκη* edidit Brunckius. Apud Euripidem Alc. 378. neminem esse credo, quin cum Monkio legere malit, *Πολλή μ' ἀνάγκη, σοῦ*

γ' ἀπεστερημένους. Nulla igitur caussa est, quare sollicitetur vulgata nostri loci scriptura, quam agnoscit scholiastes. Plena oratio est, πολλὴ ἀνάγκη ἐστί με δακρύειν, et in altero, quod mutavit Barnesius, πολλὴ ἀνάγκη ἐστί σε γαμεῖσθαι. Noster v. 787. ἐπεὶ κακὴν κακῶς | θανεῖν σφ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι φαρμάκοις. Cum dativa v. 242.

981, 2. ταῦτα γὰρ θεοὶ, | κἀγὼ κακῶς φρονοῦσ' ἐμηχανησάμην.] Notanda constructio.

983. Θάρσει. κρατεῖς τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.] Schol. Θάρσει.) ἔτι θαρσεῖν ὀφείλεις. καὶ γὰρ εἰ καὶ φεύγειν μέλλεις, τῇ τῶν παίδων ὑποστάσει καὶ ζωῇ ὅμως ἰσχὺν ἔχει τὰ κατὰ σέ, καὶ 252
εὐέλπις εἶ τούτοις πρὸς τὸ μέλλον συμβιῶναι. τὸ δὲ ἔτι καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος κεῖται. τὸ οὖν κρατεῖς ἀντὶ τοῦ νενίκηκας, καὶ εὐτύχηκας τὸ ὅσον ἐπὶ τοῖς τέκνοις. ὡς εὔελπις εἶ πρὸς τὸ μέλλον. Ita vulgatam explicare conatur grammaticus. Buchananus, probante Heathio; *Animo bono es, per liberos potentiae | adhuc prioris magna superest portio.* Portus: *Confide tu: obtines n. adhuc*, et in tua potestate habes *liberos.* Ut constet haec interpretatio, verba κρατεῖς πρὸς τέκνων ἔτι pro τέκνων κρατεῖς προσέτι per tmesin poni monet. Secundum Portum Latine vertit et explicat Barnesius. Reiskius vero κρατεῖς πρὸς τέκνων, *vincis per liberos.* Sed respondet Medea, Ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἢ τάλαιν' ἐγώ. Ubi fieri nequit, quin κατάξω, de cujus interpretatione mox dicetur, e paedogogi verbis derivatum sit. Confert Musgravius Euripidem Iph. A. 658. *ΙΦ.* Ὅλοιντο λόγχαι, καὶ τὰ Μενέλεω κακά. | *ΑΓ.* Ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ', ἀμὲ διολέσαντ' ἔχει. Sic etiam El. 221. *ΗΛ.* Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, προσπίτνω σε μὴ θανεῖν. | *ΟΡ.* Ἄλλους κτάνοιμ' ἂν μᾶλλον ἐχθίους σέθεν. Musgravius igitur pro κρατεῖς τοι scribendum censet κατάξῃ, *redux fies, redibis.* Activum futurum usurpat Aeschylus Theb. 652. δίκη δ' ἄρ' εἶναι φησὶν, ὡς τὰ γράμματα | λέγει· Κατάξω τ' ἄνδρα τόνδε, καὶ πόλιν | ἕξει πατρῴαν, θωμάτων τ' ἐπίστροφάς. Ibid. 966. εἴ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα, | ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν. Euripides Phoen. 430. Δισσοῖς Ἄδραστος ὦμοσεν γαμβροῖς τόδε, | ἄμφω κατάξειν εἰς πάτραν, πρόσθεν δ' ἐμέ. Musgravii conjecturam admisit Brunckius. *Felices hujusmodi in Euripidem prolatae conjecturae non paucae*, inquit, *Poëtam magis exornant, ejusque studiosos non minus juvant, quam multa commentariorum ampla volumina, Oxoniensibusque operis duodecim circiter millium mendorum veniam impetrant.* Porsonus vero, repudiato κατάξῃ, literarum vestigiis paullo propius insistens κάτεισι τοι edidit, quod non solum hoc nomine praestat, verum etiam quia κατέρχομαι, cujus futurum est κάτειμι, saepius legitur eo sensu, quem verbis tribuit Musgravius, quam κατά-

γομαι. Aeschylus Ag. 1292. φυγὰς δ' ἀλήτης τῇδε γῆς ἐκπέξενος | κάτεισιν, ἄτας τάσδε θρυγκώσων φίλοις. Idem κατέρχομαι eodem sensu Cho. 3. κατῆλθες Theb. 1000. κατελθὼν Ag. 1656. Eum. 465. Vide etiam Herodotum a Porsono allegatum III. 45. IX. 26. Suspicatur Porsonus, vulgatam κρατεῖς τοι ortam ex Sophoclis Aj. 1352. Παῦσαι. κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος.

984. Ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἢ τάλαιν' ἐγώ.] Schol. Ἄλλους κατάξω.) τὸν ἐσόμενον τῶν παίδων φόνον πάλιν προοδύρεται, ἀσήμως δὲ, ὑπὲρ τοῦ μὴ συνιέναι τὸν παιδαγωγόν. τὸ μὲν οὖν ἄλλους ἀντὶ τοῦ τούτους, τὸ δὲ κατάξω ἀντὶ τοῦ πέμψω εἰς τὸν Ἅιδην. Recte κατάξω explicat grammaticus. Plenius noster Alc. 24: ἤδη δὲ τόνδε θάνατον εἰσορῶ πέλας, | ἱερέα θανόντων, ὅς νιν εἰς Ἅιδου δόμους | μέλλει κατάξειν. Admisso κάτει τοι, nascitur διπλῆ ἔννοια, cum alio sensu Medeae verba accipiat paedagogus, atque ipsa proferat. Initio versus legebat Duportus, teste Barnesio, Ἀλλ' οὓς κατάξω, Sed quos ego liberos perdam. Sic etiam Scaliger. Idem sibi quoque in mentem venisse testatur Reiskius, qui addit: Forte quoque καταλείψω leg. est pro κατάξω, quod, quamvis videatur Medeae sententiae congruere, non tamen convenit paedagogi responso. Et ne ipsi quidem Medeae sententiae respondet κατάξω, nisi velis per κατάξω εἰς Ἅιδου interpretari, quod durum et insolens est. Nam κατάγειν alias et proprie est in patriam reducere. Vides eum non longe a vera scriptura abfuisse.

989. ὦ τέκνα, τέκνα, σφῶν μέν ἐστι δὴ πόλις,] Sic Lasc. et Aldus, nisi quod Aldus σφῶν habet. Idem tamen recte σφῷν v. 993. 1004. Porsonus σφῷν μὲν ἔστι, consentiente, quod ad accentus attinet, Rom. A.

990. καὶ δῶμ', ἐν ᾧ, λιπόντες ἀθλίαν ἐμέ,] Schol. λέγει δὲ ἀσήμως τὸν Ἅιδην. καὶ πάντα τὰ ἑξῆς αἰνιγματωδῶς ὁμιλεῖ, ὑπὲρ τοῦ μὴ αἰσθέσθαι τὸν παιδαγωγόν. Paedagogus quidem jam e scena discessit, nec puto Medeam amplius διπλᾶς ἐννοίας sectari, quae eo frigidiores sunt, quo propius ad eventum pervenit res. Celat a liberis animi propositum, dolorisque, quem excitat venturi facinoris meditatio, caussam reddit satis probabilem. Postea clarius loquitur, sed pueri nihil audiunt, saltem nihil intelligunt.

991. οἰκήσατ' αἰαῖ, μητρὸς ἐστερημένοι.] Rom. C. D. αἰαῖ. Rom. A. B. ἀαῖ.

992. ἐγὼ δ' ἐς ἄλλην γαῖαν εἶμι δὴ φυγὰς,] Rom. C. εἰς ἄλλην. Idem εἰς ἄλλο v. 1007.

993. πρὶν σφῶν ὄνασθαι, κἀπιδεῖν εὐδαίμονας,] Votum maternum ὄνασθαι τῶν τέκνων, quod explicat ipsa Medea v. 1000.

Aristophanes Thesm. 476. *καὐτὴ γὰρ ἔγωγ' (οὕτως ὀναίμην τῶν τέκνων) | μισῶ τὴν ἄνδρ' ἐκεῖνον, εἰ μὴ μαίνομαι.*

994. *πρὶν λέκτρα, καὶ γυναῖκα, καὶ γαμηλίους | εὐνὰς ἀγῆλαι,*] Reiskius *γυναῖκας. Neque obest*, inquit, *tot tautologorum coacervatio, γυναῖκες et λέκτρα et γαμήλιοι εὐναί. Saepe ad vitium luxuriat Euripides, alias ad obscuritatem usque et soloecismum breviloquus. In versu* 1338. [1305.] *conjungit λέχος et εὐνήν.* Hoc verum est, sed nihil ad rem. Legendo enim *γυναῖκας* neque augetur neque minuitur tautologia. Trea Romani *γυναῖκα* habent. Quartus D. mutilus est. Beckius *γυναῖκας* tacite edidit. *Ob silentium ejus*, inquit Porsonus, *operarum hunc esse errorem fere crederem, nisi id ipsum conjecisset Reiskius. Nihil deterior plurali singularis. Aristoph. Plut.* 592. *οὔτε μύροισιν μυρίσαι στακτοῖς, ὁπόταν νύμφην ἀγάγησθον.* Vide ad *σῶμα* v. 1080.

995. Schol. *Εὐνὰς ἀγῆλαι.*) *Φρύνιχος. ἀγῆλαι ἀντὶ εὐξασθαι. καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει· διὰ παντὸς, ὦ δέσποινα, ἀγηλοῦμεν ἡμεῖς σ' ἀεί. καὶ Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισιν· Φέρε νὴ ἀγῆλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἐγώ.* Aristophanis verba ita in metrum redegit Kusterus ad Suidam T. III. p. 717. *διὰ παντὸς, ὦ δέσποινα, ἀγηλοῦμέν σ' ἀεὶ | ἡμεῖς.* Quam recte, mox videbimus. Plura comicorum testimonia attulerat Phrynichus, quae ut recte constituantur, cum grammatico nostro conferendi sunt Suidas, Etymologici Magni scriptor atque alius grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 328. I. Eupolis 234
*Δήμοις*: *Α. Ἀναθῶμέν νυν ἡμεῖς τούτοις τασδὶ τὰς εἰρεσιώνας, | καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. χαίρετε πάντες. Β. Λεχώμεσθα.* Ita pro *τὰς διττὰς εἰρεσιώνας* Porsonus apud Gaisfordium ad Hephaestionem p. 278. II. Aristophanes Pac. 395. *καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσι προσόδοις τε μεγαλαισι διὰ παντὸς, ὦ | δέσποτ', ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί.* Ita fere vulgo, rectius quam apud grammaticos. III. Hermippus *Ἀρτοπώλισι*: *Φέρε νυν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἐγώ, | καὶ θυμιάσω, τοῦ τέκνου σεσωσμένου.* Alii *οἴους ἐγώ*, alii *ἰοῦσ' ἔσω*. Legendum *ἰοῦσ' ἐγώ* jam monui ad v. 88. IV. Theopompus Penelopa: *καί σε τῇ νουμηνίᾳ | ἀγαλματίοις ἀγαλοῦμεν ἀεὶ καὶ δάφνῃ.* Hactenus haec. Nostro loco *ἀγῆλαι* significat *κοσμῆσαι*, de quo sensu consulendus Ruhnkenius ad Timaeum p. 4. Gl. in Par. B. *θεάσασθαι* a grammatico valde indocto profecta est. Hesychius: *Ἀγῆλαι. σεμνῦναι, ἀναθεῖναι, κοσμῆσαι, καὶ εἰς ἀγέλην ἀγαγεῖν.*

*Ibid. λαμπάδας τ' ἀνασχέθειν.*] Dedi *ἀνασχεθεῖν. Ἔσχεθον* enim aoristus est, nec nisi forma diversum ab *ἔσχον*, quod ejus locum invasit apud Euripidem Phoen. 411. Hipp. 1289. Idem Alcmaeone Fr. xii. xiii. *Γυναῖκες, ὁρμήθητε,*

μήδ' ἀθυμία | σχέθη τις ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ σχεθρῶς ὁρᾶν | ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην. Ubi soloecum esset σχέθῃ, si praesens esset σχέθω. Vide ad Heracl. 272.

*Ibid.* Similem querelam edit Jocasta Phoen. 346. ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς | νόμιμον ἐν γάμοις, | ὡς πρέπει ματέρι μακαρίᾳ· | ἀνυμέναιά τ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη | λουτροφόρου χλιδᾶς. Nam τοπαλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμούντων ἐν τοῖς γάμοις δαδουχεῖν ἔθος ἦν, monente scholiasta ad Apollonii IV. 1145. Meminit hujus moris noster etiam Iph. A. 732. Λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα; Clytaemnestrae verba sunt domum redire jussae relicta filia.

*Ibid.* Inter hunc v. et sequentem Par. A. unius versiculi vacuum spatium exhibet.

996. ὦ δυστάλαινα, τῆς ἐμῆς αὐθαδίας.] Sic pleraeque editiones. Nonnullae auctore Beckio, ni fallor, ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας. Quae ratio longe melior est. Noster Heracl. 448. ὦ δυστάλαινα τοῦ μακροῦ βίου σέθεν. Hipp. 570. ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων. Ibid. 1407. Ὦ δυστάλας σὺ τῆσδε συμφορᾶς, πάτερ. El. 1109. οἴμοι τάλαινα τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Plato Phaedone p. 58. E. εὐδαίμων μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο, ὦ Ἐχέκρατες, καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων, ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα. Hoc exemplum attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 348.

997. ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην,] Hunc v. et sequentem propter ἄλλως allegant scholiastes Venetus ad Il. Ψ. 144. et Etymologus p. 68, 39. monente Valckenario ad Phoen. 1152. De ἄλλως ἄρα vide ad v. 1229.

998. ἄλλως δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνοις,] Noster Tro. 752. ὦ νέον ὑπαγκάλισμα μητρὶ φίλτατον, | ὦ χρωτὸς ἡδὺ πνεῦμα, διὰ κενῆς ἄρα | ἐν σπαργάνοις σε μαστὸς ἐξέθρεψ' ὅδε, | μάτην δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνους. *Quandoquidem interpolatum est Medeae drama*, ait Valckenarius, *versus illic videri posset e Troasin intersertus: sed contra deberi suspicor in Troasin histrionibus, qui loci meminerant e Medea.* Haec ad verba πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς Phoen. 1152. Καταξαίνειν proprie est *carminare*, vel potius *carminando consumere*. Euripides Ion. 1266. Λάζυσθ', ἵν' αὐτῆς τοὺς ἀκηράτους πλόκους | κόμης καταξήνωσι Παρνασοῦ πλάκες, | ὅθεν πετραῖον ἅλμα δισκεύθησεται. Aristophanes Ach. 518. Εἰπέ μοι, τί φεισόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται, | μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα; Tragici vero, ut alia multa, ita hoc verbum longissime a vera significatione deflectunt. Dixit Euripides Herc. 284. ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεών | μὴ πυρὶ καταξανθέντας, ἐχθροῖσιν γέλων | διδόντας, οὐμοὶ τοῦ θανεῖν μεῖζον κακόν.

999. *στερρὰς ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας.*] Rom. A. *στερράς.* Femininum *στερρὰ* legitur etiam apud Aeschylum Prom. 1051. Euripidem Hec. 1295. Iph. T. 206. Sed hic *στερρὸς ἀνθρώπου φύσις* dixit Hec. 296.

1000, 1. *ἦ μήν ποθ' ἡ δύστηνος εἶχον ἐλπίδας | πολλὰς ἐν ὑμῖν,*] Herodotus V. 36. *εἰ δὲ τὰ χρήματα καταιρεθείη τὰ ἐκ τοῦ ἱροῦ τοῦ ἐν Βραγχίδῃσι, τὰ Κροῖσος ὁ Λυδὸς ἀνέθηκε, πολλὰς εἶχε ἐλπίδας ἐπικρατήσειν τῆς θαλάσσης.*

[1001, 2, 3. *γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ, | καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν, | ζηλωτὸν ἀνθρώποισι.*] Nostet Alc. 665. *τοίγαρ φυτεύων παῖδας οὐκέτ' ἂν φθάνοις, | οἳ γηροβοσκήσουσι, καὶ θανόντα σε | περιστελοῦσι, καὶ προθήσονται νεκρόν. Ex Addendis.*]

1003, 4. *νῦν δ' ὄλωλε δὴ | γλυκεῖα φροντίς.*] Rom. C. D. *ὄλωλε δή.* Rom. A. B. *ὄλωλε δήν.*

1006, 7. *ὑμεῖς δὲ μητρὸς οὐκέτ' ὄμμασιν φίλοις | ὄψεσθ', ἐς ἄλλο σχῆμα ἀποστάντες βίου.*] Schol. *Ἀποστάντες βίου.*) *ἄλλου βίου λέγει τοῦ κατὰ τὸν Ἅιδην, ὡς καὶ τοῖς κατοιχομένοις οὔσης τινὸς ἑτέρας πολιτείας.*

1008. *φεῦ φεῦ, τί προσδέρκεσθέ μ' ὄμμασιν, τέκνα;*] Rom. B. C. D. *ὄμμασιν τέκνα.* In B. supra scriptum *γρ. φίλοις.* Rom. A. *ὄμμασι φίλοις* supra scripto *γρ. τέκνα.* Huc retractum *φίλοις* e v. 1006.

1010, 1, 2. *αἲ αἲ, τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται. | γυναῖκες, ὄμμα φαιδρὸν ὡς εἶδον τέκνων, | οὐκ ἂν δυναίμην.*] Ita pleraeque edd. ante Musgravium, qui minimam distinctionem post *οἴχεται*, plenam post *τέκνων* ponendam recte monuit. Hanc rationem secutus est Buchananus: *Hei misera, quid agam? mulieres, mihi deficit | cor intuendo blanda lumina liberum. | Nequeo.* Schol. *Γυναῖκες ὄμμασιν.*) *πρὸς τὰς τοῦ χοροῦ λέγει. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι τὸν φόνον οὐκέτι μου ἡ ψυχὴ τολμᾷ, ἀλλὰ λύομαι ταῖς τῶν ὀφθαλμῶν χάρισιν ἀτενιζόντων εἰς ἐμὲ τῶν φιλτάτων.*

1011. Lasc. Cott. *ὄμμα τερπνόν.* Praestat vulgata *ὄμμα φαιδρὸν*, licet hoc adjectivum alibi apud Euripidem non exstet. Sed dixit Or. 891. *τὸ δ' ὄμμ' ἀεὶ | φαιδρωπὸν ἐδίδου τοῖσιν Αἰγίσθου φίλοις.* Aeschylus Ag. 529. *εἴ που πάλαι, φαιδροῖσι τοισίδ' ὄμμασι | δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ.* Sophocles Oed. C. 319. *οὐκ ἔστιν ἄλλη. φαιδρά γ' οὖν ἀπ' ὀμμάτων | σαίνει με προστείχουσα.*

1012, 3. *χαιρέτω βουλεύματα | τὰ πρόσθεν.*] Flor. Cott. *ἐρρέτω βουλεύματα.* Schol. *Χαιρέτω βουλεύματα.*) *διὰ τὸ σφάξαι τὰ τέκνα. καὶ ἐλθέτω, φησὶν, ὁ ἐπὶ τῷ φράξαί μου τὰ τέκνα κρατήσας λογισμός.* Scripsisse videtur, *καὶ ἀπελθέτω, φησὶν, ὁ ἐπὶ τῷ σφάξαι* etc. 236

1016. *οὐ δῆτ' ἔγωγε. χαιρέτω βουλεύματα.*] Schol. *Οὐ δῆτ' ἐγώ.*) *ὅτι μετάνοιά ἐστιν. οὐκ ἂν ἐγὼ φονεύσαιμι, ἀλλὰ μεθείσθω*

μοι οὐ (leg. ὃ) κρατήσας τοῦ φόνου λογισμός. γράφεται δὲ καὶ παύηται βουλευμάτων. Sic ed. Veneta. Barnesius, γράφεται δὲ καὶ παύσομαι βουλευμάτων. Praestat fortasse παύομαι βουλευμάτων, quod exhibet Par. D. pro var. lect.

1017. καίτοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ' ὄφλειν,] Post hunc versum mutilus est Rom. D. usque ad finem tragoediae. Quae sequuntur igitur in tribus tantum Romanis exstant.

1019, 20. τολμητέον τάδ'. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, | τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί.] Rom. C. φρενί. Rom. A. B. Lasc. φρενός. Qui genitivum invexerunt, legisse videntur κακῆς, ita vero distinxisse: ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κακῆς, | τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους, φρενός. Id est, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κακῆς φρενός ἐστι, τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους. Ita fere noster Hipp. 956. Φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός; Sed recte se habet substantivum κάκης. Hesychius: Κακή. πελία. ἢ κακία, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. κακουχίας. Vide an legendum: Κάκη. κακία. Πελιάσαν· ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. κακουχίας. Huic conjecturae non valde repugnat, quod verba τῆς ἐμῆς κάκης in Medea leguntur. Fieri potest ut in utraque tragoedia fuerint, quod v. 676. monet scholiastes. Sed veri similius est, grammaticum in fabulae nomine errasse. De quo errore nonnihil dixi v. 73. Plerique tamen interpretes aliter corrigunt, nempe ita: Κάκη. δειλία ἢ κακία. etc. Allegant Euripidem Iph. T. 676. καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι, | Ἄργει τε, Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί. Plura de κάκη si quis requirit, praeter Hesychii interpretes adeat Ruhnkenium ad Timaeum p. 152. Vertit Buchananus: *Sed meae est ignaviae | hoc crimen: animo molliora suggero | verba.* Portus: *Nam ignaviae meae est | hoc, quod et istos molles sermones animo cogitatos protulerim.* Sed προέσθαι neque *suggerere* neque *proferre* significat, sed *projicere, perdere*, quo sensu ἀναλῶσαι usurpat noster v. 319. ῥίψαι v. 1371. [d]) Addit autem φρενὶ eodem fere sensu quo Hec. 299. Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ | τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενί.

1021, 2. χωρεῖτε, παῖδες, εἰς δόμους. ὅτῳ δὲ μὴ | θέμις παρεῖναι τοῖς ἐμοῖσι θύμασιν,] Rom. C. θύμασιν. Rom. A. B. Flor. Lasc. Par. omnes, Mag. δώμασιν, *Malo nihilominus vulgatam*, inquit Musgravius. Eam quoque longe praestare monet Porsonus.

d) Noster Iph. A. 1191. ἦκον δ' ἐς Ἄργος προσπίσοις τέκνοισι σοῖς; | ἀλλ' οὐ θέμις σοι. τίς δὲ καὶ προσβλέψεται | παίδων σ', ἐὰν αὐτῶν προθέμενος κτάνῃς τινά; Musgravius προσκτσῃ. Porsonus ad Phoen. 1575. ὅταν ἂν προθέμενος. Utramque conjecturam admisit Matthiae. Dubitanter corrigo ἵν' αὐτῶν, audacter προθμενος.

1023. αὐτῷ μελήσει.] Hervagiana prima aliaeque nonnullae solenni vitio *μελλήσει*. Haec verba cum superioribus ita explicat scholiastes: Ὅτῳ δὲ μή.) ὅτῳ δέ, φησὶν, οὐκ εὐσεβὲς φαίνεται παρεῖναι τῷ φόνῳ τούτῳ, καὶ δέχεσθαι τοιαύτας θυσίας (vulgo τοιαύναις θυσίαις), οὗτος ἀπέστω. τοῦτο δὲ εἶπεν ὡς ὄντων θεῶν τινων χαιρόντων ἀνθροφονίᾳ, οἷον, Ἐρινύων, Ἄρεως καὶ τινῶν ἑτέρων. Ὅμηρος· Ἄρες, Ἄρες βροτολοιγέ. τῷ δὲ αὐτῷ μελήσει συναπτέον τὸ μὴ παρεῖναι. Longe diversa est Reiskii interpretatio: *Introite quantocyus, o liberi, forte enim fiat, ut maritus superveniat, quem adesse sacrificio, quod nunc paro, fas non est.* Hunc sensum cum vulgata scriptura non admittat, ἀντῶν με λήσει, *latebit me superveniens*, vel ἥκων aut μολὼν, legendum censet. 257

*Ibid.* χεῖρα δ' οὐ διαφθερῶ.] Haec verba non aeque bene ac superiora explicat scholiastes, cujus verba sunt: *Χεῖρα δ' οὐ διαφθερῶ.*) πάλιν ἐνταῦθα λύεται πρὸς οἶκτον. ἔστι γὰρ μίμησις μητρὸς, οὐ προαιρέσει, ἀνάγκῃ δὲ τῷ τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι τολμήσης φόνον κατὰ τῶν φιλτάτων. οὐκ ἄν, φησὶν, ἐγὼ μολύναιμι τῷ ἐξ ἐμοῦ παίδων αἵματι τὴν ἐμαυτῆς χεῖρα. Huno sequi videtur Buchananus: *Meam profecto dexteram non polluam.* Portus etiam clarius: *manum vero* meam caede *non corrumpam*, neque polluam. Reiskius iterum conjecturis indulget. Scribendum putat aut καιρὸν οὐ διαφθερῶ, *tempus opportunum non sinam elabi*, aut πεῖραν οὐ διαφθερῶ, *institutum hoc non sinam disperire.* Recte Heathius: *Verte*, Manum meam non corrumpam, *misericordia scilicet. Adhuc enim in proposito perstat Medea, nec nisi versu sequente remollescit.* Heathium, vel potius glossographos veteres, sequitur Musgravius. Verbum διαφθερῶ supra scriptum habet μαλακίσω in Par. A. ἀμβλυνῶ vero in Par. B. D. in quibus χεῖρα explicatur ὁρμήν. Non video quid huic sententiae illustrandae conferant Creontis verba v. 343. αἰδούμενος δὲ, πολλὰ δὴ διέφθορα, quae significant, interprete Buchanano, *quin saepe damno mihi meus pudor fuit.* Magis ad rem sunt Platonis verba Phaedone p. 117. B. οὐδὲν τρέσας, οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος οὔτε τοῦ προσώπου. His omissis, rectius fecisset Musgravius, si Aeschylum allegasset Ag. 941. Γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ. Id est, οὐ μαλακὸς γενήσομαι.

1024. ἀ ἀ. μὴ δῆτα, θυμέ, μὴ σύ γ' ἐργάσῃ τάδε.] Hic legantur quindecim senarii e Neophronis Medea a Stobaeo Tit. XX. p. 172=107. allati: Εἶεν. τί δράσεις, θυμέ; βούλευσαι ταλῶς, | πρὶν ἢ ξαμαρτεῖν, καὶ τὰ προσφιλέστατα | ἔχθιστα θέσθαι. ποῖ πόδ' ἐξῆξας, τάλας; | κάτισχε λῆμα καὶ σθένος (an μένος) θεοστυγές. | καὶ πρὸς τί ταῦτα δύρομαι, ψυχὴν ἐμὴν | ὁρῶσ' ἔρημον, καὶ παρημελημένην | πρὸς ὧν ἐχρῆν ἥκιστα, μαλθακοὶ

δὲ δὴ | τοιαῦτα γιγνόμεσθα πάσχοντες κακά; | οὐ μὴ προδώσεις, θυμὲ, σαυτὸν ἐν κακοῖς; | οἴμοι, δέδοκται. παῖδες, ἐκτὸς ὀμμάτων | ἀπέλθετ'. ἤδη γάρ με φοινία μέγαν | δέδυκε λύσσα θυμόν. ὦ χέρες, χέρες, | πρὸς οἷον ἔργον ἐξοπλιζόμεσθα. φεῦ | τάλαινα τόλμης, ἢ πολὺν πόνον βραχεῖ | διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ. Ita fere Brunckius e cod. ad v. 1062. suae ed. Porsonus ad Hec. 728. ταῦτα δύρομαι pro ταῦτ' ὀδύρομαι v. 5. Notandum διαφθεροῦσα ἔρχομαι v. 15. ut ἔρχομαι λέξων et similia apud Herodotum. Attici, si bene memini, hac constructione non utuntur. [Usus ea est Plato Theage p. 129. A. quem allegat Matthiae Gramm. Gr. §. 566. 7. p. 810. Ὦ Κλειτόμαχε, ἔφη, ἐγὼ μέντοι ἔρχομαι ἀποθανούμενος νυνὶ, διότι Σωκράτει οὐκ ἤθελον πείθεσθαι. *Ex Addendis.*]

258 *Ibid.* Extra versum est ἄ ἄ, ut Or. 275. ἄ ἄ. τί δῆτα μέλλετ'; ἐξακρίζετ' αἰθέρα | πτεροῖς, τὰ Φοίβου δ' αἰτιᾶσθε θέσφατα. Nescio quo casu factum sit, ut in Musgravii editione haec interjectio in sequentem versum rejecta sit, vel potius media inter duos posita.

*Ibid.* Rom. C. μὴ σύ γ' ἐργάσῃ τάδε. Rom. A. B. μήποτ' ἐργάσῃ τόδε. In A. τόδε supra scriptum habet τά. Vide ad v. 72.

1025. ἔασον αὐτοὺς, ὦ τάλαν. φεῖσαι τέκνων.] Malim ὦ τάλας.

1026. ἐκεῖ μεθ' ἡμῶν ζῶντες, εὐφρ..νοῦσί σε.] Gl. in Par. A. ἐν Ἀθήναις. Deinde Rom. C. εὐφρανοῦσί σε. Rom. A. B. εὐφρανοῦσί με.

1027. μὰ τοὺς παρ' Ἅιδην νερτέρους ἀλάστορας,] Rom. C. Schol. παρ' ἄδην. Rom. A. B. παρ' ἄδῃ. In A. supra scriptum ν. Praestat dativus in hac sententia, quem vel ex conjectura admittendum monui Mus. Crit. Cant. T. I. p. 365. Sophocles Oed. T. 971. τὰ δ' οὖν παρόντα συλλαβὼν θεσπίσματα, | κεῖται παρ' Ἅιδῃ Πόλυβος, ἄξι' οὐδενός. Aj. 634. Κρείσσων παρ' (vulgo γὰρ) Ἅιδῃ κεύθων ἢ (alii ὁ) νοσῶν μάταν. Euripides Herc. 146. ἢ τὸν παρ' Ἅιδῃ πατέρα τῶνδε κείμενον | πιστεύεθ' ἥξειν. Idem Heracl. 949. ὃς καὶ παρ' Ἅιδην ζῶντά νιν κατήγαγες. Hic recte se habet accusativus. Dativum tamen exhibent tres scripti codices, quos inspexi. Errores nati videntur e confusione literarum ν et ι adscriptae. Quod de τυράννων v. 927. monuit Porsonus.

1028, 9. οὗτοι πότ' ἔσται τοῦθ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ | παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.] Lasc. οὗτοί ποτ', ut jam dixi ad v. 185. Rom. A. οὗτοι ποθ' (sic) supra scripto γρ. πῶς. Idem ἔσται τόθ' supra scripto γρ. τοῦθ'.

1030, 1. πάντως σφ' ἀνάγκη κατθανεῖν. ἐπεὶ δὲ χρὴ, | ἡμεῖς κτενοῦμεν, οἵπερ ἐξεφύσαμεν.] Iidem versus vulgo leguntur etiam post v. 1208. Priore loco a scholiasta agnoscuntur. Hic

tamen delendos censet Piersonus Verisim. p. 59. cui assentitur Musgravius. Secus videtur Valckenario ad Phoen. 1286, priore scilicet loco versus ab Euripide positos esse, in alterum ab histrionibus invectos. Huno sequuntur Brunckius, Beckius et Porsonus. Matthiae utrobique quidem eos exhibet, sed posteriore loco uncinis inclusit.

1031. Utrobique fluctuant libri inter *κτενοῦμεν* et *κτανοῦμεν*. Rom. C. utrobique *κτενοῦμεν* ut Aldus. Rom. A. B. utrobique *κτανοῦμεν*. Lasc. hic *κτενοῦμεν γ'*, infra *κτανοῦμεν*. Vide ad *κατακτανῶ* v. 774.

1032. *πάντως πέπρακται ταῦτα, κοὐκ ἐκφεύξεται.*] Rom. A. C. *πέπρακται*. Rom. B. Lasc. Par. E. Mag. Put. Cott. *πέπρωται*, quod admisit Brunckius. In Rom. A. etiam supra scriptum *ω*. Aeschylus Prom. 49. *Ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.* Abreschius *ἐπρώθη* legendum contendit, quae forma nescio an nusquam exstet.

1033, 4. *καὶ δὴ 'πὶ κρατὶ στέφανος, ἐν πέπλοισί τε | νύμφη τύραννος ὄλλυται,*] Rom. C. *ἐν πέπλοισί τε*. Rom. A. B. *ἐν πέπλοισι δέ*.

1034. *σάφ' οἶδ' ἐγώ.*] Sic Aldus v. 933. ubi Lasc. *σάφ' οἶδ' ὅτι*. Hic uterque *σάφ' οἶδ' ἐγώ*. Schaeferus Meletem. Crit. p. 92. utrobique mavult *σάφ' οἶδ' ὅτι*, quia scilicet legitur Phoen. 239 1611. *ἦδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσά γ' ἄν, σάφ' οἶδ' ὅτι.* Equidem utramque formam bonam puto.

1035, 6, 7. *ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδὸν, | καὶ τοὐσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι | παῖδας. προσειπεῖν βούλομαι.*] Ita distinguit Aldus, secundum quem reddit Buchananus: *ingrediar iter | miserrimum jam, miserius etiam meos | missura natos per iter. alloqui lubet.* Rectius edd. recentiores post *ἔτι* plenam aut mediam distinctionem, post *παῖδας* vero nullam habent. Sed ne sic quidem omnino recte. Distinguendum: *ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδὸν, | καὶ τοὐσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι, | παῖδας προσειπεῖν βούλομαι.* Similiter v. 1311. *ἀλλ' οὐ γὰρ ἄν σε μυρίους ὀνείδεσι | δάκοιμι, τοιόνδ' ἐκπέφυκέ σοι θράσος, | ἔρρ', αἰσχροποιὲ καὶ τέκνων μιαιφόνε.* Magnam exemplorum copiam congessit Schaeferus Meletem. Crit. p. 76, 7. cujus liber ad manus meas nondum pervenerat, cum annotationem ad Heracl. 481. scripsi. E meis duo hic apponam. Euripides Phoen. 1518. *ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ | πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους.* Herodotus V. 5. *ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μὴ κοτε ἐγγένηται, εἰ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες.*

1036. Non video quibus rationibus adductus hunc versum Euripidi abjudicet Piersonus Verisim. p. 60. *Unde pedem intulerit*, inquit, *dici non potest.*

1037, 8. *δότ', ὦ τέκνα, | δότ', ἀσπάσασθε, μητρὶ δεξιὰν χέρα.*] Reiskius *δότ' ἀσπάσασθαι, date ad osculandum.* Sic Rom. B. C. Par. A. B. D. E. Pseudogregorius v. 1316. Admisit hanc scripturam Musgravius. Rom. A. *δότ' ἀσπάσασθε,* et a corr. *μητρί τε.* Id est, *ἀσπάσασθε, δότε τε μητρὶ δεξιὰν χέρα.* Nonius Marcellus c. ii. p. 531, 32. Cette *significat* dicite, *vel* date, *ab eo quod cédo.*——Ennius Medea: *Salvete optuma corpora, cette manus vestras, measque accipite.* Mercerus ex Euripide citat *δότ' ἀσπάσασθαι.*

1039. *ὦ φιλτάτη χεὶρ, φίλτατον δὲ μοι στόμα,*] Beckius *φίλτατόν τε.* Alteram particulam, quam revocavit Porsonus, recte se habere ostendunt exempla ex hac fabula petita, quorum pleraque licet ad Heracl. 874. dederim, non abs re erit hic iterum afferre. V. 97. *Τόδ' ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες. μήτηρ | κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον.* V. 131. *Ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν | τᾶς δυστάνου Κολχίδος.* V. 393. *Πικροὺς δ' ἐγὼ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους, | πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ φυγας ἐμὰς χθονός.* V. 748. *νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι, | γενησόμεσθα, κεἰς ὁδὸν βεβήκαμεν. | νῦν δ' ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην.* V. 950. *δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων; | δοκεῖς δὲ χρυσοῦ; V.* 997. *ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην, | ἄλλως δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνοις.* Plura indicavi ad Sophoclis Aj. 1050. *Δοκοῦντ' ἐμοὶ, δοκοῦντα δ' ὃς καλνει στρατοῦ.* Vide Mus. Crit. Cant. T. I. p. 474. Recte Vigerus p. 534. *Μὲν, δὲ, serviunt etiam enumerationibus rerum, aut hominum, diversorum quidem, sed tamen eodem spectantium: ut apud Xenophontem;* 240 *Ἐπαίνου ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένειν. Sic apud Gregorium, Ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα, ἐθεράπευε δὲ τὰς ψυχάς.* Nihil refert, quod ad particulas attinet, utrum eadem vox in secundo membro repetatur, necne, modo eadem sit significatio. Sophocles Phil. 530. *Ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ, ἥδιστος δ' ἀνὴρ, | φίλοι δὲ ναῦται, πῶς ἂν ὑμὶν ἐμφανὴς | ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ' ἔθεσθε προσφιλῆ.* Saepe etiam deest *μὲν* in priori membro, manente tamen *δὲ* in altero. Ea est nostri loci ratio, aliorumque quos congessi.

*Ibid.* Rom. C. *στόμα.* Rom. A. B. Lasc. Cott. *κάρα,* quod tacite admisit Porsonus. Matthiae revocavit *στόμα.* Librariorum oscitationi tribuendum videtur *φίλτατον κάρα,* eidem scilicet caussae cui *πάλλευκον κάρα* v. 30. Dum haec dicit, liberos osculatur Medea. *Στόμα* igitur fortasse melius quam *κάρα,* licet legatur v. 1110. *κυνεῖ δ' ὁ μέν τις χεῖρ', ὁ δὲ ξανθὸν κάρα | παίδων.* Noster v. 1366. *Αἴ αἴ, φιλίου χρῄζω στόματος | παίδων ὁ τάλας προσπτύξασθαι.* Phoen. 1665. *Ὦ φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προσπτύξομαι.*

1040. *καὶ σχῆμα, καὶ πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων,*] Hoc ex-

emplo utitur H. Stephanus Thes. L. G. v. *Σχῆμα*, qui idem valere putat Gallicum *maintien*.

1041. *εὐδαιμονοῖτον*,] Lasc. *εὐδαιμονεῖτον* eodem errore quo *προσείσομεν* v. 77. *οἰκεῖμεν* v. 546. Imperativus *εὐδαιμονεῖτον* huic sententiae non convenit. Non enim dicitur *εὐδαιμόνει* sed *εὐδαιμονοίης*. Vide Euripidem Phoen. 1093. Hipp. 105. Alc. 1140. El. 251. Reposui autem *εὐδαιμονοίτην*. Secundam personam dualem a tertia diversam non fuisse primus, ni fallor, monui ad Aristophanis Ach. 735. Recte vulgo legitur apud Sophoclem Oed. T. 1511. *σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας, | πόλλ' ἂν παρῄνουν*. Brunckius, qui *εἴχετόν γ' ἤδη* celato lectore reposuit, sanam scripturam corrupit. Recte etiam Euripides Alc. 663. *κἀντὶ τῶνδέ μοι χάριν | τοιάνδε καὶ σὺ χἠ τεκοῦσ' ἠλλαξάτην*. Frustra Valckenarius ad Phoen. 1310. *ἠλλάξατον*. Vitiosa sunt apud Aeschylum *ἤλθετον* Ag. 1216. apud Sophoclem *ἔφυτον* Oed. C. 1379. *ἔβητον* ibid. 1696 *ἀπεφύγετον* ibid. 1739. *ἐλάχετον* ibid. 1746. apud Euripidem *ὁρᾶτον* Alc. 273. *ἠρκέσατον* El. 1300. apud Aristophanem *ξυνώμνυτον* Eq. 256. *ξυνέβητον* Vesp. 862. *ἤλθετον* Av. 112. Thesm. 1169. *ἐμέλλετον* Plut. 103. *φθάνοιτον* ibid. 485. In his omnibus nihil metri refert, utrum ultima syllaba *τον* sit an *την*. Apud Aristophanem vero Nub. 1508. Aldus *ὑβρίζετόν γ'* edidit, eodem errore quo Brunckius *εἴχετόν γ'* apud Sophoclem. Plura vide ad Ach. 735.

1041, 2. *ἀλλ' ἐκεῖ. τὰ δ' ἐνθάδε | πατὴρ ἀφείλετ'*.] *Ἐκεῖ*, quod v. 1026. *ἐν Ἀθήναις* explicatur, hic *ἐν Ἅιδου* significat. Noster Hec. 418. *Ἐκεῖ δ' ἐν Ἅιδου κείσομαι χωρὶς σέθεν*. Iph. T. 481. *μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἐκεῖ κάτω* e).

1042. *ὦ γλυκεῖα προσβολή*,] Schol. *προσβολὴ δὲ περίπτυξις, ἢ ἀντὶ τοῦ πρώτη θέα. ἐν τῷ περιπτύσσεσθαι δὲ καὶ καταφιλεῖν* 241 *ταῦτα λέγει*. Noster Suppl. 1136. *τροφαί τε μητρὸς, ἄϋπνά τ' ὀμμάτων τέλη, | καὶ φίλιαι προσβολαὶ προσώπων*. Idem Hec. 409. *ἀλλ' ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἡδίστην χέρα | δὸς, καὶ παρειὰν προσβαλεῖν παρηΐδι*. Recte dixit *φίλιαι προσβολαί*. Fuerunt enim etiam diversi generis amplexus. Hesychius: *Προσβολή. τῶν ἀθλητῶν ἡ συναφὴ καὶ κατοχή. καὶ ἡ ὁρμή*. Anglice, *a hug*.

1044. *χωρεῖτε, χωρεῖτ'. οὐκέτ' ἐμὶ προσβλέπειν | οἵα τ' ἐς ὑμᾶς*,] Rom. B. C. *οἷα τ' ἐς ὑμᾶς*. Rom. A. *οἵά τε πρὸς ὑμας* ante corr. *οἷα τε πρὸς ὑμᾶς* a corr.

e) Ita pro *δὲ κάτω* legendum monui Mus. Crit. Cant. T. II. p. 288. Contrarium errorem exhibet noster Ion. 84. *ὅθην Ἐρεχθείδαις ἐκεῖ | νόμος τις ἐστιν, ὅρκιον ἐν χρυσηλάτοις | τρίφυιν τέκν'*. Lego, *ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἀεὶ | νόμος τις ἐστι*.

1045. *ἀλλὰ νικῶμαι κακοῖς.*] Pseudogregorius v. 594. 874. *πόνοις.*

1046, 7. *καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακὰ, | θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,*] Vertit Chalcidius in Platonis Timaeum p. 274. apud Valckenarium Diatrib. p. 21. *Nec me latet nunc quam cruenta cogitem; | sed vincit ira sanitatem pectoris.* Ipsa poëtae verba citant Arrianus in Epictetum I. 28. Simplicius in Epicteti Enchiridion c. iv. p. 40. c. x. p. 68. c. xi. p. 74. Galenus de Placitis Hippocratis et Platonis III. 3. p. 117. D. IV. 6. p. 148. E. Clemens Alex. Stromat. II. p. 462, 23. Synesius de Regno p. 11. A. Lucianus apologia pro Mercede Conductis T. I. p. 717. (qui *παρφδῶν* pro *θυμὸς* posuit *πενία*), omnes a Gatakero Adv. Misc. Posthum. c. x. p. 528. indicati. Hieroclem in Aurea Carmina p. 60. addit Barnesius, Alcinoum de Doctrina Platonis c. xxiv. Valckenarius, Porsonus vero Simplicium in Categorias p. 61. a. 18. Priorem tantum versum allegat Plutarchus de Vitioso Pudore p. 533. D. monente Gatakero. Hi omnes *οἷα δρᾶν μέλλω κακὰ* legunt, quam scripturam agnoscere videtur Aristides T. II. p. 413. a Porsono allegatus: *ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς τραγῳδίαις εἰδέναι μὲν φάσκοντες ἃ δράσουσι κακὰ, αὐτῶν δὲ κρατεῖν οὐ δύνασθαι.* Clarius Eustratius ad Aristotelis Ethica VI. p. 85. 6. *οἷον δὴ καὶ ἡ Μήδεια, εἰδυῖα μὲν ἐκ τοῦ λόγου, ὅτι φαῦλα ἦν ἅπερ ἔμελλε δρᾶν, ὑπὸ δὲ τῆς κατὰ θυμὸν νικωμένη ὀρέξεως, ἔδρασεν ἐκεῖνα, ἃ ὁ λόγος εἶναι φαῦλα ἀπέδειξε.* Hujus testimonium Gaisfordio debeo. Pseudogregorius v. 1883. *ὡς συνιεὶς μὲν οἷα τολμᾷς ἀφρόνως.* *Unde liquet*, inquit Porsonus, *cum in suo Medeae codice habuisse τολμήσω.* Hoc habent tres Romani. Sed Lasc. Par. E. Burn. *δρᾶν μέλλω*, quod admisit Porsonus. Hoc distichon multi contulerunt cum duobus Euripidis fragmentis, quae in ejus Chrysippo exstitisse contendit Valckenarius. I. *Λίληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ', ὧν σὺ νουθετεῖς· | γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.* II. *Αἳ Αἳ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν, | ὅτ' ἂν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.* Ovidius Metamorph. VII. 20. *Video meliora, proboque: | deteriora sequor.*

1048. *ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς.*] Hic versus cum superiore legitur apud Stobaeum Tit. XX. p. 173=107. Alter cod. Par. *ὅστις*, monente Gaisfordio. Praestat *ὅσπερ*, ut v. 14. *ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία.*

242 1049, 50. *Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων | μύθων ἔμολον,*] Quid sit *διὰ μύθων ἔμολον* jam dixi ad v. 842. *ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην.* *Λεπτῶν μύθων* meminit etiam Fragment. Incert. xcvii. *μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων, | μή μοι,*

ψυχή. τί περισσὰ φρονεῖς; | εἰ μὴ μέλλεις | σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις [f]).

1050, 1. καὶ πρὸς ἀμίλλας | ἦλθον μείζους,] Sic tres Rom. nisi quod C. ἀμίλλας habet. Brunckius clam edidit μείζους ἤλυθον. Vulgatam revocavit Porsonus. Deterior est Brunckii scriptura, tum quia idonea auctoritate carere videtur, tum quia versum minus numerosum reddit. Raro enim apud Sophoclem et Euripidem posteriorem dipodiae anapaesticae sedem occupat dactylus, nisi post dactylum in priori sede, ut hujus fabulae v. 354. ἢ δόμον, ἢ χθόνα σωτῆρα κακῶν. Mallem igitur μείζονας ἤλυθον quam μείζους ἤλυθον. Sed utrique praestat vulgata ἦλθον μείζους. Olim legebatur παῦρον δὴ γένος v. 1055. Πημαίνουσα σὲ v. 1365. Sed haec exempla, quae sola in hac fabula exstabant, non amplius comparent. Nullum locum ob hanc solam caussam sollicitandum censeo, quae tamen in locis alioqui suspiciosis suspicionem haud parum auget. Hoc argumento Musgravii conjecturam ἐκ σοῦ v. 1381. impugnaturus sum [g]).

1051, 2. εἰ χρὴ γενεὰν | θῆλυν ἐρευνᾶν.] Sic tres Rom. aliique plerique. Sic etiam Schol. Πολλάκις ἤδη.) πολλάκις, φησὶ, κατ' ἐμαυτὴν ἐλογισάμην, καὶ δι' ἀκριβεστέρων λογισμῶν προῆλθον, αὐτὴ πρὸς ἐμαυτὴν λογιζομένη καὶ ζητοῦσα, εἰ δυνατὸν καὶ τῇ γυναικείᾳ φύσει ἐρευνᾶν τὰ τοῦ βίου πράγματα, καὶ εἰδέναι, τί μὲν ἀνθρώποις καλὸν, τί δ' οὔ. Verba igitur εἰ χρὴ γενεὰν θῆλυν ἐρευνᾶν significant *utrum mulieres philosophari debeant*. Acquieverunt in hac interpretatione Buchananus aliique. Longe melius Par. A. ἡ χρὴ, quod admisit Musgravius.

f) Alterum μή μοι, quod vulgo deest, ex conjectura supplere malo, quam cum Valckenario Diatrib. p. 248. legere, ψυχή γε φίλη.

g) Apud Sophoclem sequentia exempla reperi. I. Oed. C. 146. Δηλῶ δ'. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις | ὄμμασιν εἷρπον. II. Ibid. 1766. ταῦτ' οὖν ἔκλυε δαίμων ἡμῶν. Hic malim ἔκλυεν. III. Ibid. 1773. Δράσω καὶ τάδε, καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἂν | μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν. IV. Ant. 129. πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους. V. Tracch. 1272. Λείπου μηδὲ σὺ, παρθέν', ἐπ' οἴκων. VI. Phil. 1463. δόξης οὔποτε τῆσδ' ἐπιβάντες. VII. El. 96. φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξείνισε. Recte Brunckius e schol. οὐκ ἐξένισεν. Apud Euripidem non multo plura leguntur quam apud Sophoclem. I. Andr. 1228. δαίμων ὅδε τις, λευκὴν αἰθέρα | πορθμευόμενος. II. Iph. A. 161. θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδείς. III. Ion. 84. ἄστρα δὲ φεύγει πυρὶ τῷδ' αἰθέρος | εἰς νύχθ' ἱεράν. IV. V. Ibid. 102. ἡμεῖς δὲ πόνους, οὓς ἐκ παιδὸς | μοχθοῦμεν ἀεὶ, πτόρθοισι δάφνης, | στέφεσίν θ' ἱεροῖς ἐσόδους Φοίβου | καθαρὰς θήσομεν, ὑγραῖς τε πέδον | ῥανίσιν νοτερόν· πτηνῶν τ' ἀγελὰς, | αἳ βλάπτουσιν σέμν' ἀναθήματα, | φυγάδας θήσομεν. VI. Ibid. 866. φροῦδαι δ' ἐλπίδες, ἃς διαθέσθαι | χρῄζουσα καλῶς, οὐκ ἐδυνήθην. VII. El. 1319. Θάρσει. Παλλάδος ὁσίαν ἥξεις | πόλιν. ἀλλ' ἀνέχου. VIII. Ibid. 1351. οἷσιν δ' ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον | φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν | ἐκλύοντες μόχθων σώζομεν.

1052, 3. ἀλλὰ γάρ ἐστι | μοῦσα καὶ ἡμῖν,] Sic Rom. A. Lasc. ut Aldus. Brunckius ἀλλὰ γάρ ἐστιν. Porsonus ἀλλὰ γὰρ ἔστιν. Vide ad δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός v. 82.

1053—7. ἢ προσομιλεῖ | σοφίας ἕνεκεν· πάσαισι μὲν οὔ· | παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν | εὕροις ἂν ἴσως, | κοὐκ ἀπόμουσον
243 τὸ γυναικῶν.] Rom. A. B. Lasc. Par. A. B. D. παῦρον δὲ δὴ γένος. In Rom. A. supra scriptum γρ. δέ τι. Rom. C. παῦρον δέ τι γένος. Deinde omnes, ut videtur, aut ἐν πολλαῖς aut ἐμπολλαῖς. Illud habent Rom. A. B. Lasc. hoc Rom. C. Bentleius ad Phalarin p. 141. παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσίν γ'. Quam conjecturam Heathio digniorem quam Bentleio censet Porsonus. Reiskius, παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖσιν | εὕροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Brunckius ex conjectura Musgravii, παῦρον τόδε δὴ γένος ἐν πολλαῖς | εὕροις ἂν ἴσως, | κοὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Porsonus, παῦρον γὰρ δὴ γένος ἐν πολλαῖς | εὕροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Matthiae ut Brunckius. Equidem Reiskio assentior, reponendum esse δὲ, propter superiora verba πάσαισι μὲν οὔ. Ita Sophocles Ant. 255. ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ· | λεπτὴ δ', ἅγος φεύγοντος ὡς, ἐπῆν κόνις. Phil. 545. ἐπείπερ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὔ· | τύχῃ δέ πως εἰς ταυτὸν ὁρμισθεὶς πέδον. El. 905. καὶ χερσὶ βαστάσασα, δυσφημῶ μὲν οὔ· | χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων. Ibid. 1036. Ἀτιμίας μὲν οὔ, προμηθείας δέ σου. Ita si semper locuti sunt tragici, quis non videt, neque παῦρον τόδε δὴ γένος cum Musgravio, neque παῦρον γὰρ δὴ γένος cum Porsono scribendum esse? Si codex ἀρχέτυπος hujus fabulae superesset, non is quidem quem histrionibus ediscendum dedit poëta, sed is qui annis octingentis aut nongentis post Christum natum in alicujus monasterii angulo repertus est, parum dubito quin in eo legeretur, παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖς. Quam scripturam alii aliter majore studio quam successu emendare conati sunt. Quid multa? Scripsit Euripides, παῦρον δὲ γένος (μίαν ἐν πολλαῖς | εὕροις ἂν ἴσως) | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Μίαν inserendum patet ex Heracl. 328. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως | εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. Ex scholiastae verbis, οὐ πάσαις, ἀλλ' ὀλίγαις, ὧν οὖσα μία καὶ αὐτὴ τυγχάνω, eum μίαν in exemplari suo habuisse erit fortasse qui suspicetur.

1058—61. καὶ φημὶ βροτῶν οἵτινές εἰσι | πάμπαν ἄπειροι, μηδ' ἐφύτευσαν | παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν | τῶν γειναμένων.] Reiskius, quem nulla unquam metri cura sollicitum habet, καὶ δὴ φημὶ, *dico ergo*. *Alias pendet nexus ratiocinii*, ait, *et transitus ab uno argumento ad alterum*. Pendet καὶ a superioribus verbis Πολλάκις ἤδη—ἐρευνᾶν, quorum corrupta scriptura Reiskium fefellit.

1060. Rom. A. προσφέρειν, eraso tamen σ. Schol. καὶ λογίζομαι τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀπείρους παιδοποιΐας, πολλῷ προφέρειν καὶ ὑπερβάλλειν εὐτυχίᾳ τοὺς γεννήσαντας. Hoc sensu frequentius dicitur ὑπερφέρειν, de quo dixi ad Sophoclis Oed. T. 381. Euripidis Heracl. 554.

1062—5. οἱ μέν τ' ἄτεκνοι δ' ἀπειροσύναν, | εἴθ' ἡδὺ βροτοῖς, εἴτ' ἀνιαρὸν | παῖδες τελέθουσ', οὐχὶ τυχόντες, | πολλῶν μόχθων ἀπέχονται.] Reiskius οἱ μέν γ' ἄτεκνοι. *Hoc loci*, inquit, *valet γε idem atque γάρ, ut saepe alias.* Admisit hanc conjecturam Porsonus. Addit tamen: *Sed cum illae particulae μέν γε rarissime a Tragicis copulentur, si quis τ' expungat, non vehementer repugnem.* Apud Aristophanem singulis fere paginis occurrit 244
μέν γε. De tragicis autem recte statuisse videtur Porsonus, qui solum allegat Agathonem apud Aristotelem Rhet. II. 19. p. 568. E. Καὶ μὴν τὰ μέν γε χρὴ τέχνῃ πράσσειν, τὰ δὲ | ἡμῖν ἀνάγκῃ καὶ τύχῃ προσγίγνεται. Vulgo τὰ μέν γε τῇ τύχῃ. [Vid. Reisig. ad Sophocl. Oed. Col. p. 177. *ED. LIPS.*] Neque hoc exemplum aptum putat, quippe ubi γε non nisi propter particulas καὶ μὴν additum sit. Quod saepe fieri ipse monuit ad Phoen. 1638.

1062. Rom. B. C. ἀπειροσύνην supra scripto αν. Vide ad v. 95. p. 97.

1064. Rom. A. B. οὐχὶ τυχόντες. Rom. C. οὐχ οἱ τυχόντες. Reiskius repetendum ἀπὸ κοινοῦ monet τέκνων. *Cogitavi tamen* οὐχὶ τεκόντες, inquit.

1066, 7. οἵσι δὲ τέκνων ἐστὶν ἐν οἴκοις | γλυκερὸν βλάστημ',] Rom. A. B. οἵσι δὲ τέκνων. Rom. C. Lasc. οἷσιν δὲ τέκνων, quod admisit Brunckius. Sed mox legitur ἦλυθε τέκνων v. 1077. σώματα τέκνων v. 1080. Revocavi igitur οἵσι δὲ τέκνων. Deinde Rom. A. ἔστιν ἐν οἴκοις. Lasc. ut Aldus.

1067. Rom. A. C. Par. A. γλυκερὸν βλάστημ'. Rom. B. γλυκερὸν βλάστεμ'. Huc spectat gl. in A. τὰ βλάσταμα δὲ ἰῶτα. καὶ ἔστιν ἡ εὐθεῖα τὸ βλάστεμον.

1067, 8. ἐσορῶ μελέτῃ | καταρρυχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον,] Rom. B. C. ἐσορῶ. Rom. A. Par. A. ὁρῶ. Schol. Ὁρῶ μελέτῃ.) τούτους, φησὶν, ὁρῶ τῇ περὶ τοὺς παῖδας συνεχεῖ καταπονουμένους μελέτῃ [h]). [Simili errore ἰδεῖν pro εἰσιδεῖν edidit Aldus Phoen. 618. *Ex Addendis.*]

h) Brunckius ad Theb. 784. hoc exemplo utitur in corrigendo Sophocle Phil. 1281. Ἃ σοί τε κἀμοὶ κἀλ' ὁρῶ τελούμενα. Sed ἐσορῶ, ἰσιδών et similia in senario tragico locum non habent. Vide ad Euripidis Iph. T. 64. 553. Mus. Crit. Cant. T. II. p. 275. 285. Rectius alii κἀλ' ἂν ὁρῶ τελούμενα, id est, καλὰ ἂν γενόμενα ὁρῶ, si τελοῖτο.





1069. *πρῶτον μὲν ὅπως θρέψωσι καλῶς,*] Rom. A. B. *ὅπως θρέψωσι.* Rom. C. *ὅπως ἂν θρέψωσι.* Subjunctivum agnoscit Schol. *πρῶτον μὲν ὅπως ἀγάγωσι τοὺς παῖδας κοσμίως σπουδάζοντες.* Vulgatam etiam sine vitii suspicione citat Valckenarius Diatr. p. 247. Recte *ὅπως θρέψουσι* Brunckius, quem vide ad v. suae ed. 526. nostrae 317. *Ὅπως* hic non significat *ἵνα*, sed *ὅτῳ τρόπῳ.*

1070. *βίοτον θ' ὑπόθεν λείψουσι τέκνοις.*] Rom. A. a corr. *βίοτόν θ'.* Rom. C. *βίοτον θ'.* Rom. B. *βίοτον δ'.* Rom. A. ante corr. *βίον θ'.*

1071, 2, 3. *ἔτι δ' ἐκ τούτων, εἴτ' ἐπὶ φλαύροις, | εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς | μοχθοῦσι, τόδ' ἐστὶν ἄδηλον.*] Par. A. Mag. *φαύλοις.* Schol. *τρίτον ἐπὶ τούτοις, οὐκ εἰδότες πότερον χρηστοῖς οὖσι τοῖς παισὶν ἢ πονηροῖς.* Hoc sensu *φλαῦρος* potius quam *φαῦλος* dicendum statuunt grammatici, licet Aristophanes ea confuderit, auctore Moeride p. 585. Timaeus p. 268. *Φαῦλον. ἁπλοῦν, ῥᾴδιον, εὐτελές.* Idem p. 271. *Φλαῦρον. πονηρόν.* Vide hujus fab. v. 789.

1073. Lasc. ut Aldus *τόδ' ἔστιν ἄδηλον.* Rom. A. *τόδ' ἐστὶν ἄδηλον.*

1074, 5. *ἓν δὲ τὸ πάντων λοίσθιον ἦδη | πᾶσιν κατερῶ θνητοῖσι κακόν.*] Schol. *ἓν δὲ τὸ πάντων τῶν κακῶν τελευταῖον βούλομαι πᾶσιν ἀνθρώποις ἐξειπεῖν.* Tres Rom. Lasc. *πᾶσι.* Deinde Rom. C. *κακόν.* Rom. A. B. *κακῶν.*

1076. *καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτον εὗρον,*] Rom. A. ante corr. C. *βίοτον εὗρον.* Rom. A. a corr. B. Lasc. Par. E. *βιότου* (Rom. B. *βίοτον*) *θ' εὗρον*, quod admisit Musgravius. Heathius *βιότου ἐὗρον.*

1077. *σώματά τ' εἰς ἦβην ἦλθε τέκνων,*] Rom. C. *σώματ' εἰς ἦβην ἦλθε τέκνων.* Rom. B. Lasc. *σώματ' ἐς ἦβην ἦλυθε τέκνων.* Rom. A. Par. A. Mag. *σῶμά* (Rom. A. *σῶμα*) *τ' ἐς ἦβην ἦλυθε τέκνων*, quod recte admisit Brunckius. Cott. etiam *ἦλυθε.* Σῶμα an *σώματα* dicatur, nihil sententiae refert. Noster Phoen. 1368. *ἐπεὶ δὲ χαλκέοις σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις | οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι.* Suppl. 61. *ἐμάν τ' εἰς χέρα θεῖναι | νεκύων θαλερῶν σῶμα ταλαίνας ἄταφον.* Vulgo *σώματα λάϊνον τάφον.* Ordo est, *ἐμάν τ' εἰς χέρα ταλαίνας* etc. Herc. 702. *χρόνος γὰρ ἦδη δαρὸς, ἐξ ὅτου πέπλοις | κοσμεῖσθε σῶμα, καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν.* Similiter *τέκνων δέμας* Suppl. 273. Aoristum *ἦλυθον* etiam in senariis usurpant tragici. Euripides Tro. 374. *ἐπεὶ δ' ἐπ' ἀκτὰς ἦλυθον Σκαμανδρίους.* El. 598. *σὺ δ', ὦ γεραιὲ (καιρίως γὰρ ἦλυθες), | λέξον, τί δρῶν ἂν φονέα τισαίμην πατρός.* Incertus Rhes. 660. *ὧν οὕνεκ' εὐνὰς ἦλυθον πρὸς Ἕκτορος.* Nescio igitur quare Porsonus *σώματά θ' ἦβην εἰσῆλθε τέκνων* ex ingenio edere maluerit, quam *σῶμά τ' ἐς ἦβην ἦλυθε τέκνων*, quod Brunckio suppeditarant membranae Parisienses, consen-

245

ziente nisi in accentibus Lasc. Hanc scripturam revocavit Matthiae.

1078, 9, 80. *χρηστοί τ' ἐγένοντ'. εἰ δὲ κυρήσει | δαίμων, οὗτος φροῦδος ἐς Ἄϊδαν | θάνατος προφέρων σώματα τέκνων.*] Rom. A. B. *κυρήσας*. Gl. in A. a pr. m. *κατὰ συγκύρσιαν ἔλθῃ*. In eodem supra scriptum *αι* ab altera manu cum gl. *τύχοι συμβῇ*. Rom. C. *κυρῆσαι τύχῃ συμβαίῃ*. Lasc. Mag. *κυρῆσαι*. Deinde tres Rom. *οὗτος* ut vulgo. Sed in A. supra scriptum *γρ. οὕτως*. Legi posset *κυρήσαι*, sed praestat *κυρήσει*, quod agnoscit Schol. *εἰ δὲ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων, φθάσας ὁ δαίμων πρὶν ὄνασθαι τῶν ἀγαθῶν τούτους ἁρπάσει, πῶς ἔτι λυσιτελεῖ* etc. Hic tamen minus recte *κυρήσει* et *προφέρων* conjungit. Rectius alii *κυρήσει* absolute sumunt, pleneque post *τέκνων* distinguunt. Recte etiam Reiskius *οὗτος* cum *δαίμων* conjungendum monet. Verborum igitur *εἰ δὲ κυρήσει δαίμων οὗτος* sensus est *si tamen ea fortuna eveniat*. Vide ad v. 1314.

1079. Rom. C. Lasc. *ἐς αἴδαν*. Rom. A. B. *εἰς αἴδην*. Brunckius *ἐς Ἄϊδην*. Porsonus *ἐς Ἄϊδαν*. Matthiae *ἐς Ἄϊδαν*. Dedi *ἐς Ἄϊδην*.

1080. Cott. *προφέρει*. Male. Dixit noster v. 137. *Οὐκ εἰσὶ δόμοι. φροῦδα τἀδ' ἤδη*. Item v. 479. *ὅρκων δὲ φροῦδη πίστις*.

1081—4. *πῶς οὖν λύει πρὸς τοῖς ἄλλοις | τήνδ' ἔτι λύπην ἀνιαροτάτην | παίδων ἕνεκεν | θνητοῖσι θεοὺς ἐπιβάλλειν;*] Tres Rom. *τήνδ' ἐπὶ λύπην*. In A. supra scriptum *γρ. τήνδ' ἔτι λύπην*. Schol. *πῶς ἔτι λυσιτελεῖ πρὸς τοῖς ἄλλοις τῶν ἀνθρώπων κακοῖς παῖδας σὺξασθαι τοὺς θεοὺς παρασχεῖν, λύπην ἄντικρυς ὄντας;* De *ἔτι* et *ἐπὶ* vide ad v. 349. de *λύει* ad v. 553.

1085. *Φίλαι, πάλαι τοι προσμένουσα τὴν τύχην,*] Sic tres Rom. ceterique fortasse omnes. Legendum tamen *πάλαι δή*, si quid in his rebus video. Aeschylus Prom. 977. *Ὤπταισ' πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε*. Sophocles Oed. C. 1627. *Ὦ* 246 *οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν | χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται*. Phil. 806. *Ἀλγῶ πάλαι δὴ τἀπὶ σοὶ στένων κακά*. Euripides Palamede Fragm. viii. *Ἴϊας, πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων, | σχολή μ' ἀπεῖργε*. Aristophanes Av. 922. *Πάλαι, πάλαι δὴ τήνδ' ἐγὼ πλήζω πόλιν*. Xenophon Paed. VIII. 7, 1. *καὶ ὁ μὲν πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ πάλαι δὴ, ὥσπερ εἰκός, ἐτετελευτήκεσαν αὐτῷ*. Iterum confusa *δὴ* et *τοι* v. 1088.

1086. *παραδοκῶ τἀκεῖθεν, οἱ προβήσεται.*] Noster Heracl. 278. *Ἀλκάθου δ' ἐκ' ἐσχάτοις, | παραδοκῶν τἀνθένδε, τέρμασιν μένει*. Herodotus VII. 163. *πέμπει—Κάδμον τὸν Σκύθεω—ἐς Δελφοὺς καρηδοκήσοντα τὴν μάχην, τῇ πεσέεται*. VII. 168. *ἀνεμώχευον τὰς νέας, καρηδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, τῇ πεσέεται*. VIII. 67. *Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ, ἐκαρηδόκεον τὸν πόλεμον, τῇ ἀποβήσεται*.

*Ibid.* Noster Or. 509. *κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνῳ φόνον*

| λύσει, πέρας δὴ ποῖ κακῶν προβήσεται; Hipp. 342. Ἐπ τόδ πέπλημμαι. ποῖ προβήσεται λόγος; Ibid. 956. Φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός; Alc. 788. τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται. Prosae orationis scriptor, ni fallor, dixisset ὅπου προβήσεται tam in Medea quam in Alcestide. Cujus suspicionis caussam breviter exponam. Nemo nescit idem inter οἵ et ὅποι interesse, quod inter ὅς et ὅστις. His igitur utamur, utpote magis familiaribus, potius quam illis. Optime Graece dicitur, οἶδά σε, ὃς εἶ, novi te, quis sis, minus bene vero οὐκ οἶδά σε, ὃς εἶ. Rectius ὅστις εἶ, vel etiam τίς εἶ. Idem obtinet, quocunque modo vel quibuscunque verbis se aliquid ignorare declarat quis. Non violavit hanc legem Sophocles, cum dixit Aj. 1259. οὐ σωφρονήσεις; οὐ μαθὼν ὃς εἶ φύσιν, | ἄλλον τιν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρ' ἐλεύθερον, | ὅστις πρὸς ἡμᾶς ἀντὶ σοῦ λέξει τὰ σά; Neque Euripides Alc. 645. ἔδειξας εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν, ὃς εἶ, | καί μ' οὐ νομίζω παῖδα σὸν πεφυκέναι. Probe enim scit Agamemnon apud Sophoclem, quo genere ortus sit Teucer; Admetus apud Euripidem, quali ingenio sit Pheres. Aliter se res habet apud hunc Iph. T. 767. σήμαινε δ' ᾧ χρὴ τάσδ' ἐπιστολὰς φέρειν | πρὸς Ἄργος, ὅτι τε χρὴ κλύοντά σου λέγειν. Recte quidem ὅτι, secus vero ᾧ, quod in ὅτῳ mutandum esset, si per metrum liceret. Jam, opinor, satis intelligit lector, quare mihi displiceat οἷ in hoc versu, παραδοχῇ ταχεῖαθεν, οἷ προβήσεται. Ita tamen scripsisse Euripidem haud diffiteor. Scripsit etiam v. 334. Μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν, | καὶ ξυμπεράναι φροντίδ', ἢ (vel οἷ) φευξούμεθα. Sophocles etiam El. 1101. Λίγισθον, ἔνθ' ᾤχηνεν, ἱστορῶ πάλαι. Ἔνθα enim non ὅπου sed οὗ valet. Ita scilicet subinde loquuntur tragici. Valde autem falleretur, qui hujusmodi exemplis, τὸ τῆς τύχης γὰρ φανερὸν, οἷ προβήσεται, in ejus constructionis defensione uteretur.

1087, 8. καίτοι δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος | στείχοντ' ὀπαδῶν,] Rom. C. Pseudogregorius v. 123. καίτοι. Rom. A. B. Flor. Lasc. Par. A. καὶ δή, quod a Musgravio probatum admisit Bruncknius. Euripides Hipp. 1151. Καὶ μὴν ὀπαδῶν Ἱππολύτου τόνδ' εἰσορῶ | σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον. 247 Hinc καὶ μήν in Medea quoque legendum censet Valckenarius. Sed non eadem est utriusque sententiae ratio. Haec enim, de qua nunc agitur, pendet a superioribus verbis Φίλαι—προβήσεται. Altera nullum cum praecedentibus nexum habet.

*Ibid.* Rom. B. a corr. τῶν—ὀπαδῶν. Idem ante corr. τὸν —ὀπαδῶν. Lasc. τῶν—ὀπαδόν. Rom. A. C. Mag. τὸν—ὀπαδόν. In Rom. A. bis supra scriptum ῶν.

1088, 89. πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον. | δείκνυσι δ' ὥς τι καινὸν ἀγγελεῖ κακόν.] Lasc. ἠρεσθισμένον. Verba πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον

1200, 1. *Ἔοικ' ὁ δαίμων πολλὰ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ | κακὰ ξυνάψειν ἐνδίκως Ἰάσονι.*] Rom. C. *ξυνάψειν.* Rom. A. B. *ξυνάπτειν.* Pseudogregorius v. 1093. *συνάπτειν.* Melior est vulgata. Noster Or. 766. *Ὦ τάλας, ἔοικε καὶ σὲ τἀμὰ λυπήσειν κακά.* [Phoen. 1435. *τὰς σὰς δ' ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλήσειν θεός.*] Sic Aldus. Alii *ἐκπλῆσαι.* Nullam scripturae diversitatem enotatam video ad ejusdem fab. v. 1210. *Κρέων δ' ἔοικε τῶν ἐμῶν νυμφευμάτων, | τῶν τ' Οἰδίπου δύστηνος ἀπολαῦσαι κακῶν.*] *Ex Addendis.*

1202, 3. *ὦ τλῆμον, ὡς σου συμφορὰν οἰκτείρομεν, | κόρη Κρέοντος,*] Rom. A. B. C. Flor. Par. A. E. Put. *συμφοράς,* quod prima litera mutata admisit Porsonus. Lasc. *συμφορᾶς.* *Non male scriberetur*, inquit Brunckius, *ὡς σὲ συμφορᾶς οἰκτείρομεν. Imo hoc elegantius esset.* Cujus constructionis exempla passim occurrunt. Aeschylus Prom. 397. *Στένω σε τᾶς οὐλομένας | τύχας, Προμηθεῦ.* Ag. 1330. *Ὦ τλῆμον, οἰκτείρω σε θεσφάτου μόρου.* Sophocles El. 920. *Φεῦ, τῆς ἀνοίας ὡς σ' ἐποικτείρω πάλαι.* Euripides Phoen. 1434. *Φεῦ φεῦ, κακῶν σῶν, Οἰδίπους, σ' ὅσον στένω.* (Vulgo deest *σ'.*) Hipp. 1409. *Στένω σε μᾶλλον ἢ 'μὲ τῆς ἁμαρτίας.* Heracl. 233. *Ὠίκτειρ' ἀκούσας τοῦσδε συμφορᾶς, ἄναξ.* Ita tres codices, quorum is quem Musgravius G. appellat, a correctore habet *τάσδε συμφοράς.* Haec varietas, ut vides, magnam speciem Brunckii conjecturae addit. Sed vulgatam confirmare videtur Sophocles El. 788. *Οἴμοι τάλαινα. νῦν γὰρ οἰμῶξαι πάρα, | Ὀρέστα, τὴν σὴν ξυμφοράν.* Euripides Hipp. 1405. *Ὠἴμωξα κἀγὼ καὶ πατρὸς δυσπραξίας.* Idem apud Aristophanem Thesm. 1067. *Σὺ δ' εἴ τίς, ἥτις τοὐμὸν ὠίκτειρας πάθος;* Neque aliter

infra v 1314. *ἐμοὶ δὲ τὸν ἐμὸν δαίμον'* (i. e. *τὴν ἐμὴν ξυμφορὰν*) *αἰάζειν πάρα.* Plura colligere supersedeo. Dedi igitur *ὡς σου ξυμφορὰν οἰκτείρομεν*, licet plerique libri *συμφορὰς* habeant.

1203, 4. *ἥτις εἰς Ἅιδου δόμους | οἶχῃ, γάμων ἕκατι τῶν Ἰάσονος.*] Rom. C. Pseudogregorius v. 877. *δόμους.* Rom. A. B. Lasc. Par. A. *πύλας*, quod admisit Brunckius. Revocavi *δόμους*, nec legere memini apud tragicos *Ἅιδου πύλας οἴχεσθαι*, aut aliquid ejusmodi. Qui apud eos ad inferos descendunt, 264 non ad limen consistunt, sed ipsam domum ingrediuntur. Sophocles Ant. 1240. *κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ, τὰ νυμφικὰ | τέλη λαχὼν δείλαιος εἰς Ἅιδου δόμους.* Euripides Hipp. 895. *ἡ γὰρ Ποσειδῶν αὐτὸν εἰς Ἅιδου δόμους | θανόντα πέμψει, τὰς ἐμὰς ἀρὰς σέβων.* Alc. 25. *ἱερὰ θανόντων, ὅς νιν εἰς Ἅιδου δόμους | μέλλει κατάξειν.* Ibid. 74. *ἡ δ' οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους.* Ion. 1275. *εἶσω γὰρ ἂν με περιβαλοῦσα δωμάτων, | ἄρθην ἂν ἐξέπεμψας εἰς Ἅιδου δόμους.* Herc. 610. *Ἦλθες γὰρ ὄντως δῶμαθ' εἰς Ἅιδου, τέκνον.* *Ἅιδου πύλας* memorant quidem tragici, sed non eo sensu, qui cum superioribus exemplis comparari possit. Euripides Hec. 1. *Ἥκω νεκρῶν ἐνθάδ' ὧνα καὶ σκότου πύλας | λιπὼν ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.* Hipp. 56. *οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας | Ἅιδου, φάος δὲ λοίσθιον βλέπων, τόδε.* Ibid. 1447. *Ὀλωλα. καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας.* Alc. 120. *Μόνος δ' ἂν εἰ φῶς τόδ' ἦν | ὄμμασιν δεδορκὼς | Φοίβου παῖς, προλιπὼν | ἦλθεν ἕδρας σκοτίους, Ἄιδα τε πύλας.* Ubi *πύλας* suspiciosum est propter metrum. Secus ac tragici loquitur scriptor libri, qui *Σοφία Σολομῶντος* dicitur c. xvi. 13. *σὺ γὰρ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχεις, καὶ κατάγεις εἰς πύλας Ἅιδου καὶ ἀνάγεις.*

1205, 6. *Φίλαι, δεδόκται τοὔργον ὡς τάχιστά μοι | παῖδας κτανούσῃ, τῆσδ' ἀφορμᾶσθαι χθονός,*] Rom. C. *τοὔργον* ut Aldus. Rom. A. B. Lasc. *τοὔργον.* Vide ad *τἄλλα* v. 888. Ordo est, *δέδοκταί μοι τοὔργον, ὡς τάχιστα παῖδας κτανούσῃ.* De *κτανούσῃ* vide ad v. sequentem.

1207, 8. *καὶ μὴ σχολὴν ἄγουσαν, ἐκδοῦναι τέκνα | ἄλλῃ φονεῦσαι δυσμενεστέρᾳ χερί.*] Schol. *Σχολὴν ἄγουσαν.*) *διατριβήν, βραδυτῆτα. πάλιν δὲ τῷ συνήθει σχήματι ἐχρήσατο. καὶ ἔστιν ἀντὶ τοῦ ἀγούσῃ.* Exempla *τοῦ συνήθους σχήματος* vide ad v. 727. Si per metrum licuisset, *ἀγούσῃ* fortasse reposuissent librarii. Eorum enim culpa legi mihi videtur *κτανούσῃ* superiore versu. Conferendus omnino Sophocles El. 958. *ποῖ γὰρ μενεῖς ῥάθυμος, εἰς τίν' ἐλπίδων | βλέψασ' ἔτ' ὀρθήν; ἢ πάρεστι μὲν στένειν, | πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένῃ, | πάρεστι δ' ἀλγεῖν, εἰς τοσόνδε τοῦ χρόνου | ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε.* Ita quidem vulgo legitur. Sed quis vulgatae scripturae ita addictus

est, ut non fateatur, poëtam ante accusativum *γηράσκουσαν* potius *ἐστερημένην* quam *ἐστερημένῃ* fuisse scripturum? Utrobique utrumque accusativum in dativum mutassent librarii, si *ἀγούσῃ* et *γηρασκούσῃ* ante vocalem stare possent. Eidem caussae haud dubie tribuendum est, quod *πάσχουσαν* v. 797. exhibent omnes libri.

*Ibid.* Sequebantur duo versus 1031, 2. qui nunc semel tantum leguntur.

1209. *ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου, καρδία.*] de accentu *τοῦ εἶα* vide ad v. 395. Hic tres Rom. cum Aldo consentiunt. A. etiam *εἶα* sine elisione.

1209, 10. *τί μέλλομεν | τὰ δεινὰ κἀναγκαῖα μὴ πράσσειν κακά;*] Sic tres Rom. aliique fortasse omnes. Legendum tamen videtur *μὴ οὐ πράσσειν.* Aeschylus Prom. 628. *Τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν;* Sophocles Aj. 540. *Τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν;* Euripides Tro. 792. *τίνος ἐνδέομεν μὴ οὐ πανσυδία | χωρεῖν ὀλέθρου διὰ παντός;* Aristophanes Ach. 319. *Εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται, | μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα;* In his exemplis particula interrogativa negativum sensum exprimit. Idem valent verba *τί μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν* quod *μὴ μέλλε γεγωνίσκειν*, idem *τίνος ἐνδέομεν* quod *οὐδενὸς ἐνδέομεν.* Si secus esset, non diceretur *μὴ οὐ*, ut obiter post alios monui ad v. 215. p. 120. not. d. In hujusmodi locis librariorum negligentia saepius excidisse *οὐ* monet Hermannus de Ellipsi et Pleonasmo p. 221. In Aeschyli Sophoclisque locis supra allatis *οὐ* omittunt nonnulli codices. Apud Sophoclem *μὴ παρουσίαν* habet ed. utraque Juntina r).

r) Corrigendus Euripides Phoen. 305. *τί μέλλεις ὑπώροφα μέλαθρα | πεσεῖν, θίγειν τ' ὠλέναις τέκνου;* Incertus Rhes. 673. *τί μέλλετε, | σκηπτοῦ 'πιόντος πολεμίων, σῶσαι βίον;* Legendum *θιγγάνειν* et *σώζειν. Μέλλειν* cunctandi significatione ne futuri quidem infinitivum, nedum aoristi, adsciscit. Aeschylus Ag. 917. *δμωαί, τί μέλλεθ', αἷς ἐπέσταλται τέλος, | πέδον κελεύθου στρωννύναι* (an *στορνύναι*) *πετάσμασιν;* Sophocles Oed. T. 678. *Γύναι, τί μέλλεις κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω;* Oed. C. 1627. *Ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν | χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται.* Euripides Hec. 726. *Ἐκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν πρὸ πτεῖν τάφῳ;* Or. 1283. *τί μέλλεθ' οἱ κατ' οἶκον, ἐν ἡσυχίᾳ | σφάγια φοινίσσειν;* Phoen. 1150. *τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις, | γυμνῆτες, ἱππῆς, ἁρμάτων τ' ἐπιστάται;* Heracl. 1045. *Τί δῆτα μέλλετ' (εἰ πόλει σωτηρίαν | πατὴρ ἐργάσασθαι τοῖσί τ' ἐξ ὑμῶν χρεὼν) | πτείνειν τὸν ἄνδρα τόνδ', οὐκ ἀκούοντες τάδε;* Hel. 1609. *Τί μέλλετ', ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα, | σφάζειν, φονεύειν βαρβάρους, νεώς τ' ἄπο | ῥίπτειν ἐς οἶδμα;* Aristophanes Vesp. 402. *Εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολήν, | ἥπερ ἡνίκ' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν;* Longe diversum esset *κινῆσαι.* Idem Av. 365. *Εἰπέ μοι, τί μέλλετ', ὦ πάντων πάντα*

1211, 2. ἄγ', ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμὴ, λάβε ξίφος, | λάβ', ἕρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου.] Schol. Πρὸς βαλβῖδα.) βαλβὶς κυρίως ἡ τῶν δρομέων ἄφεσις. ἄγε δὴ, ὦ Μήδεια, πρὸς ἄφεσιν ὅρμα, καὶ ἀρχὴν δυστυχοῦς βίου καὶ πράξεως ἐκτόπου. Rectius, opinor, πρὸς ἀγῶνα.

1213. καὶ μὴ κακισθῇς, μηδ' ἀναμνησθῇς τέκνων,] Gl. μακακισθῇς. Supra v. 1023. dixit Medea, χεῖρα δ' οὐ διαφθερῶ. *Ibid.* Mallet Beckius μήτ' ἀναμνησθῇς, eodem errore quo Brunckius μήτ' ἐρετμῶσαι v. 4.

1214. ὦ φίλταθ', ὡς ἔτικτες,] Tres Rom. Flor. Lasc. Par. omnes, Mag. Burn. Reiskius e conjectura, ὡς φίλταθ', quod admisit Musgravius. Haec scriptura inutilem reddit Scaligeri conjecturam ὧν ἔτικτες, ut ὧν ἔτεκες v. 1247. Brunckius ὥς σφ' ἔτικτες. *Quod inserui*, inquit, *pronomen facile occidere potuit.* Beckius pronomen expulit, probante Porsono.

1214, 5, 6. ἀλλὰ τήνδε γε | λαθοῦ βραχεῖαν ἡμέραν παίδων ἔθεν, | κἄπειτα θρήνει.] Mag. σε pro γε.

1215. Rom. C. λαθοῦ. Lasc. λάθου. Rom. A. B. λαβοῦ, in A. supra scriptum ab eadem manu ἀττικῶς, a diversa γρ. λαθοῦ.

1216. καὶ γὰρ εἰ κτείνεις σφ' ὅμως,] Sic Rom. C. Sed 266
Rom. A. B. Lasc. εἰ κτενεῖς (Lasc. κτενεῖσα) σφ' ὅμως, quod admisit Porsonus, distinctione tamen ante ὅμως, ut vulgo, posita. De hac re vide ad Sophoclis Aj. 15. Mus. Crit. T. I. p. 551. Exemplis addatur Euripides Iph. T. 1232. τἄλλα δ', οὐ λέγουσ' ὅμως, | τοῖς τὰ πλείον' εἰδόσιν θεοῖς, σοί τε σημαίνω, θεά. Bacch. 1315. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, καὶ γὰρ οὐκέτ' ὢν ὅμως, | τῶν φιλτάτων ἔμοιγ' ἀριθμήσει τέκνων. Ita distinguendum hoc argumento docemur, quod ὅμως interdum sententiam claudit. Aeschylus Theb. 718. Πιθοῦ γυναιξὶν, καίπερ οὐ στέργων ὅμως. Cho. 113. Μέμνησ' Ὀρέστου, κεἰ θυραῖός ἐσθ' ὅμως. Euripides Alc. 958. Φίλοι, γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον | τοὐμοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως.

1217. φίλοι γ' ἔφυσαν, δυστυχὴς δ' ἐγὼ γυνή.] Rom. C. φίλοι γ' ἔφυσαν. Rom. A. B. Lasc. φίλοι τ' ἔφυσαν. Omnes, ni fallor, δυστυχὴς δ' ἐγὼ γυνή. Nescio an legendum, φίλοι τ'

θηρίων, | ἀπολέσαι, παθόντες οὐδὲν, ἄνδρε καὶ διασπάσαι, | τῆς ἐμῆς γυναικὸς ὄντε συγγενεῖ καὶ φυλέτα; Altero sensu nihil refert, τί μέλλεις, an μὴ μέλλε, an μέλλεις cum interrogatione dicatur. Sophocles Phil. 1449. Μή νυν χρόνιοι μέλλετε πράσσειν. Euripides El. 576. Ἔπειτα μέλλεις προσπίτνειν τοῖς φιλτάτοις; Aristophanes Av. 351. ἀλλὰ μὴ μέλλωμεν ἤδη τώδε τίλλειν καὶ δάκνειν. In his soloeca essent πράξειν, προσπεσεῖσθαι, τιλεῖν, δήξεσθαι, nec meliora πρᾶξαι, προσπεσεῖν, τῖλαι, δακεῖν.

ἔφυσαν, δυστυχής τ' ἐγὼ γυνή. Aeschylus Pers. 210. ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν, | ὑμῖν δ' ἀκούειν. Malebat Stanleius δεῖμά τ' ἔστ' ἰδεῖν, ut sensus esset, *et mihi terribile visu, et vobis auditu*. Recte Blomfieldius in annotatione, ταῦτ' ἐμοί τε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν, | ὑμῖν τ' ἀκούειν. II. Euripides Phoen. 1619. Σοί γ' εὖ λέλεκται. γόνατα μὴ χρῴζειν ἐμά, | ἐγὼ δὲ ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ' ἂν χθόνα. Ita Valckenarius pro σοί τ' εὖ λέλεκται, quod servari non posse monet, nisi scribatur ἐγώ τε. Valckenarium sequitur Porsonus. Ego scripsissem ἐγώ τε ναίειν, quod admisit Matthiae. III. Hel. 1343. χιονοθρέμμονάς γ' ἐπέρασ' | Ἰδαιᾶν νυμφᾶν σκοπιάς, | ῥίπτει δ' ἐν πένθει | πέτρινα κατὰ δρία πολυνίφεα. Scribendum χιονοθρέμμονάς τ' ἐπέρασ'—ῥίπτει τ' ἐν πένθει—

1218—59. Hujus carminis ἔκδοσιν fecit Seidlerus de Versibus Dochm. p. 290—3. in qua nonnulla rectius quam in superioribus constituta sunt. Primos quatuor versus ita Latine reddit Ennius Medea Exsule apud Probum in sextam Virgilii Eclogam: *Jupiter, tuque adeo, summe Sol, res omnes qui inspicis, | quique lumine tuo maria, coelum ac terram contines, | inspice hoc facinus, priusquam fiat prohibeas scelus.* Ita Porsonus. Vulgo *qui res omnes inspicis—mare—prohibe.*

1218, 9. Ἰὼ γᾶ τε καὶ παμφαὴς | ἀκτὶς ἀελίου,] Wackefieldius Sylvae Crit. I. p. 130. pro γᾶ scribendum censet Ζᾶ, quod Ζεῦ significare putat. Cui scripturae Ennium favere monet. Vulgatam paullo subtilius explicat scholiastes his verbis: Ἰὼ γᾶ τε καὶ παμφαής.)—καὶ ἥλιον μὲν ἐπικαλεῖται ὡς πρόγονον Μηδείας, καὶ ὅτι πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει· τὴν δὲ γῆν ὡς μέλλουσαν εἰσδέχεσθαι ταῖς μιαιφονίαις (an τῆς μιαιφονίας) τὸ αἷμα. Exclamationem ὦ γῆ καὶ ἥλιε usurpant Demosthenes aliique. Tragici formam variant, sententiam conservant. Noster Hipp. 601. Ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ' ἀναπτυχαὶ, | οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ' ὄπα. Quae cum nostris contulit Valckenarius. Quod voluit Wakefieldius, Tellurem et Jovem conjungit noster El. 1177. Ἰὼ γᾶ καὶ Ζεῦ πανδερκέτα | βροτῶν, ἴδετε τάδ' ἔργα φόνι|α,
267 μυσαρὰ, δίγονα σώματ' ἐν | χθονὶ κείμενα πλαγᾷ | χερὸς ὑπ' ἐμᾶς ἄποιν' ἐμῶν πημάτων. Ita quidem vulgo legitur, nisi quod versus aliter distributi sunt. Sed metri caussa reponendum videtur, Ἰὼ γᾶ τε καὶ πανδερκέτα [s]). Solem potius quam Jovem πανδερκέταν βροτῶν appellari existimo.

s) His quinque versibus respondent v. 1190—4. sic distribuendi: Ἰὼ Φοῖβ', ἀνύμνησας δίκαν, | ἄφατα φανερὰ δ' ἐξέπρα | ξας ἄχεα, φοίνια δ' ὤπασας | λέχε' ἀπὸ γᾶς τᾶς Ἑλλανίδος. | τίνα δ' ἑτέραν μόλω πόλιν; τίς ξένος. Legendum quoque ἄφαντα φανερὰ δ' ἐξέπρα | ξας ἄχεα, φόνια δ' ὤπασας | λέχε' ἀπὸ γᾶς Ἑλλανίδος. Ἄφαντα de meo dedi, cetera ex aliorum conjectura. Tres sunt iambici dimetri, quibus

1219. Primam corripit ἀελίου, ut apud Sophoclem Trach. 3. πῶς ὅδ' ἂν ἀέλιον ἕνερον ἢ τὰ νῦν ἴδοι; Plura exempla attu-t Seidlerus p. 103.

1219, 20. κατείδετε, εἴδετε τὰν | ὀλομέναν γυναῖκα,] Tres ιom. Par. A. κατίδετε. Lasc. Par. B. D. κατείδετε. Hi omnes ίδετε omittunt. Rom. E. etiam κατίδετε habet. Utrum vero ίδετε omittat, necne, non dixit Musgravius. Schol. Κατεί-ετε.) κατοικτείρατε καὶ ἐλεήσατε ἐπιβλέψαντες (vulgo ἀποβλέ-αντες), καὶ προνοήσασθε δι' οὗ τρόπου δυνατὸν αὐτὴν ἐπισχεθῆ-ι τοῦ φόνου τῶν παίδων. Grammatici interpretatio ad κατί-ετε spectat, licet in lemmate indicativum exhibeat. Reiskius κτείργετ', εἴργετε, cohibete, cohibete, ut κάτειργε mox v. 1225. leathius κατείδετ', εἴδετε. Tandem recte Musgravius κατίδετ', ετε. Notandum autem verbum simplex composito ejusdem gnificationis subjectum. Cujusmodi repetitiones apud tra-cos satis frequentes sunt. Euripides Hec. 166. ὦ κάκ' ἐνεγ-ῦσαι Τρῳάδες, | ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι πήματ', ἀπ|ωλέσατ', ὠλέσατ'. κέτι μοι | βίος ἀγαστὸς ἐν φάει. Or. 180. ὑπὸ γὰρ ἀλγέων, ὑπὸ συμφορᾶς | διοιχόμεθ', οἰχόμεθα. Ita pro διοιχόμεθα διοιχό-θα primus edidit Kingius. Ibid. 1465. ἁ δ' ἀνίαχεν, ἴαχεν, μοι μοι. Aldus bis ἴαχεν. Alc. 400. ὑπάκουσον ἄκουσον, ὦ | ἄτερ, ἀντιάζω [t]). Cum his conferre nolim quod dixit noster acch. 1062. λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον, | κατῆ-ν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.

1220. Rom. C. ὀλομέναν. Rom. A. B. Lasc. Mag. οὐλομέναν etro repugnante.

1220, 1. πρὶν φοινίαν | τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.] om. A. a corr. B. C. Lasc. Mag. πρὶν φονίαν. Rom. A. ante orr. πρὸς φονίαν supra scripto γρ. πρίν. Quod ad φονίαν at-net, eadem varietas mox v. 1226. Vide etiam ad v. 835.

1221. Rom. A. B. τέκνοις. Rom. C. τέκνοισι.

1222, 3. σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς | ἔβλαστεν.] Tres Rom. βλαστε, cetera ut vulgo. Verbis σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς on bene respondent δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς v. 1232. Mus-ravius igitur σᾶς γὰρ χρυσέας ἀπὸ conjicit, quod admisit runckius. Porsonus vulgatam revocavit. Seidlerus et Mat-iae τᾶς σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς;

1223, 4. θεῶν δ' | αἷμα πιτνεῖν φόβος ὑπ' ἀνέρων.] Tres Rom. 263
Mag. θεοῦ, quod cum tacite ediderit Brunckius, non dubito tiam in Par. A. legi. Beckius θεῶν revocavit. Schol. Θεῶν

espondent, βροτῶν, ἴδετε τάδ' ἔρ-α φόνι|ά, μυσαρά, δίγονα σώματ' ν | χθονὶ κείμενα πλαγᾷ. Tertius ersus corruptus est.

t) Sophocles Oed. C. 1491. Ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ', εἴτ' ἄκραν | ἐπὶ γύαλον ἐναλίῳ etc. Legendum videtur, Ἰὼ παῖ, πρόβαθι, βᾶθ'. Ita v. 840. πρόβαθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ' ἔντοποι.

δ' αἷμα.) γένος. ἐπεὶ οὖν φόβος ἐστὶ τὸ θεῖον αἷμα ὑπὸ ἀνθρώπων πεσεῖν, καὶ σὺ αὐτὴν, Ἥλιε, τιμώρησαι.

1224. Rom. A. a corr. B. C. αἵματ᾽ Rom. A. ante corr. Flor. Lasc. Par. A. B. D. αἵματι, quod admiserunt Seidlerus et Matthiae u). Deinde tres Rom. πιτνεῖν. Sed A. ante corr. recte πίτνειν. Vide ad v. 54. Sive αἷμα πίτνειν sive αἵματι πίτνειν legatur, versus ἀντίστοιχος non bene congruunt. Musgravius αἷμα φθίνειν conjicit, Porsonus in antistrophico versu καὶ ζαμένης.

1225, 6. ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενὲς, κάτειρ|γε,] *Delendum fortasse ὦ*, inquit Porsonus, cujus conjecturam metrum corrumpere monet Seidlerus.

*Ibid.* Tres Rom. κάτειργε, quod κώλυε significat. Sed A. ante corr. κάθειργε, cui diversum sensum tribuunt grammatici, nempe σύγκλεισε.

1226, 7. κατάπαυσον, ἔξελ' οἴκων φοινίαν, | τάλαιναν τ' ἐρινὺν ὑπ' ἀλαστόρων.] Tres Rom. Lasc. Mag. φονίαν, ut paullo ante v. 1220. Seidlerus τάλαιναν φονίαν τ'. *Transposui verba* φονίαν τάλαιναν, inquit, *quamquam metrum quidem vulgarem ordinem ita ferret, si* φονίαν *ut disyllabon acciperetur.* Bruncknius, Beckius et Matthiae φονίαν τάλαιν' ἐρινύν τ'. Melior mihi videtur Seidleri ratio. Cum vero scriptura nimis incerta sit, vulgatam revocavi.

1227. Rom. C. ἐριννύν. Rom. A. ἐρινῦν. Rom. B. ἐριννῦν. Hi omnes ut vulgo ὑπ' ἀλαστόρων. Mag. ὑπ' ἀλλαστόρων. Haec verba alii aliter explicant. Scholiastae ὑπὸ cum ἔξελε conjungendum videtur, ut sit ὑπέξελε. Meliorem interpretationem praebet

u) Si αἵματι scripsit Euripides, facile absorberi potuit ultima syllaba a prima sequentis vocis litera. *Nullum erroris genus frequentius, quam ubi eaedem vel valde similes lineae diversas literas constituunt. Hinc perpetuo confunduntur, aut a se invicem perduntur, IT, Π, TT.* Ita Porsonus ad Phoen. 1277, 8. Syllabae τε ante π amissae exempla nonnulla apponam. I. Aeschylus Theb. 1074. Δράτω πόλις καὶ μὴ δράτω | τοὺς κλαίοντας Πολυνείκην. Arridet mihi conjectura viri docti, cujus nomen ignoro, δράτω τε πόλις. II. Euripides Alc. 545. Δίσχρὸν παρὰ κλαίουσι θανάσθαι φίλοις. Vide an legenduin Δίσχρόν τε. Alias conjecturas vide apud Monkium. III. Hel. 362. θῦμα τριζύγοις θεοῖσι, τῷ τε συφαγγ' (aliae edd. σύριγγ') ἀοι|δαὶ σέβιζον Πριαμίδας ποτ' ἀμφὶ βουστάθμους. Recte σεβίζοντι Musgravius, cetera minus bene. Ita fere legendum: θῦμα τριζύγοις θεαῖσιν, | τῷ τε συρίγγων ἀοιδαῖς | ἐντρεφέντι Πριαμιδᾶν Ἴ|δας ποτ' ἀμφὶ βουστάθμους. Dedi ἐντραφέντι, non quo Euripidem ita scripsisse arbitrer, sed nihil melius succurrit. Τῷ Πριαμιδᾶν, *illi Priamidarum*, ut τῷ Ἀτρειδᾶν Iph. T. 139. IV. Aristophanes Pac. 394 Εἰ Ποσειδῶνος βδελύττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς. Ita Aldus in textu, sed in scholiis recte Εἴτε. V. Cratinus Ὀδυσσεῦσιν apud Suidam aliosque v. Ἄθυρμα: νεοχμὸν παρῆχθαι ἄθυρμα. Legendum νεοχμόν τε. Pars est anapaestici tetrametri.

[redacted]



Rom. A. in quo supra scripto gl. πεμφθεῖσαν. Musgravius in annotatione Ἐριννύσ' ὑπ' (voluit ὕπ') ἀλάστορον. *Quod neque ipse interpretatur*, inquit Porsonus, *neque ego intelligo*. Ipse praepositionem delendam censet, recte improbante Seidlero.

1228. *Μάταν μόχθος ἔῤῥει τῶν τέκνων.*] Articulum omittunt tres Rom. Flor. Lasc. Par. A. B. D. Put. quibus obsecutus est Musgravius. Heathius ἔῤῥει δὲ τῶν τέκνων, quae verba verbis καὶ παμφαὴς ἀκτὶς respondere credidit. Versus nunc melius distributi leguntur. Schol. μόχθος δὲ τέκνων, ὁ μοχθηρὸς βίος τῶν τέκνων. Rectius explicat Medea v. 997, 8, 9. Noster Suppl. 1134. Ἰὼ ἰώ. ποῦ δὲ πόνος ἐμῶν τέκνων; | ποῦ νυχευμάτων χάρις, | τροφαί τε ματρὸς, ἄϋπνά τ' ὀμμάτων τέλη, | καὶ φίλιαι προσβολαὶ προσώπων; 269

1229. καὶ μάταν γένος φίλιον τέκες,] Rom. A. B. Flor. Par. A. B. D. ἄρα μάταν, quod admisit Seidlerus. Rom. C. Lasc. Put. μάταν sine καὶ et ἄρα. Musgravius μάταν ἄρα. Brunckius μάταν ἄρα. Hunc sequuntur Beckius et Porsonus, Musgravium Matthiae. Recte additum videtur ἄρα. Sophocles El. 772. Μάτην ἄρ' ἡμεῖς, ὡς ἔοικεν, ἥκομεν. Euripides Alc. 572. μάτην ἄρ' οἱ γέροντες εὔχονται θανεῖν. Tro. 820. Μάταν ἄρ', ὦ χρυσέαις | ἐν οἰνοχόαις ἁβρὰ βαίνων | Λαομεδόντιε παῖ, | Ζηνὸς ἔχεις κυλίκων | πλήρωμα, καλλίστων λατρείαν. Herc. 339. Ὦ Ζεῦ, μάτην ἄρ' ὁμόγαμόν σ' ἐκτησάμην, | μάτην δὲ παιδός τοι νεὼν ἐκλῄζομεν [x]). Incertus Rhes. 950. Μάτην ἄρ' ἡμᾶς Θρῄκιος διφρηλάτης | ἐδέννασ', Ἕκτορ, τῷδε βουλεῦσαι φόνον. Eodem sensu ἄλλως ἄρα noster Med. 997. Idem Tro. 752. ὦ νέον ὑπαγκάλισμα μητρὶ φίλτατον, | ὦ χρωτὸς ἡδὺ πνεῦμα, διὰ κενῆς ἄρα | ἐν σπαργάνοις σε μαστὸς ἐξέθρεψ' ὅδε. Rectius igitur μάταν ἄρα quam ἄρα μάταν, licet hoc praebeant plerique codices.

*Ibid.* Tres Rom. Flor. Lasc. Par. A. E. Mag. ἔτεκες, quod admisit Musgravius.

1229, 30, 1. ὦ | κυανεᾶν λιποῦσα Συμπληγάδων | πετρᾶν ἀξενωτάταν εἰσβολάν.] Rom. C. Lasc. ὦ omittunt. Vide ad ὦ γύναι v. 135.

1230. Rom. C. Lasc. κυανεᾶν, ut Aldus. Rom. A. κυανέαν supra scripto ῶν cum gl. δωρικῶς. Genitivus pluralis κυανεῶν nihili vox est. Dorice autem rectius scribitur κυανεᾶν quam

x) Codd. Par. τὸν νεών. Conjicit Hermannus, μάτην δὲ παίδων γονία νῷν ἐκλῄζομεν. Mihi magis arridet γονέ' ἐμῶν. Noster El. 1206. κατεῖδες, οἷον ἁ τάλαιν' ἑῶν πέπλων | ἔβαλεν, ἔδειξε μαστὸν ἐν φοναῖσι; Seidlerus: *Pro ἑῶν in mentem venerat legendum ἔξω, aut saltem ἑόν; nam languere certe videtur ἑῶν. Reiskius ἐκ τῶν.* Imo legendum ἐμῶν πέπλων | ἐλάβετ'.

κυανέαν. Attice quidem genitivus pluralis adjectivorum femininus eodem accentu effertur quo masculinus, quoties iisdem literis scribitur. Dicitur e. g. τῶν ἄλλων γυναικῶν, licet substantivorum, quorum nominativus pluralis in αι desinit, genitivus accentum circumflexum in ultima habeat. Femininum enim ἄλλων a masculino suo non magis diversum est, quam femininum τὼ a masculino τώ. In dialecto vero Dorica aliter se res habet. Genitivus pluralis femininus a masculino scriptura differt, neque magis scribendum Dorice τᾶν ἄλλαν γυναικῶν, quia scribitur τῶν ἄλλων ἀνδρῶν, quam scribitur Attice πάσων γυναικῶν, quia scribitur πάντων ἀνδρῶν. Scribendum igitur apud Sophoclem Oed. C. 1248. νυχιῶν ἀπὸ ῥιπᾶν, non, ut vulgo, νυχίαν ἀπὸ ῥιπᾶν. Quo exemplo corrigendi omnes loci, in quibus legitur genitivus in αν προπερισπωμένως.

1231. Rom. C. πετρᾶν ἀξενωτάταν. Rom. A. B. πετρῶν ἀξενωτάτων. Schol. Πετρᾶν ἀξενωτάτων.) περιφραστικῶς τὴν Προ-
270 ποντίδα, παρόσον οἱ προσβάλλοντες τῷ τόπῳ κακῶς διατίθενται. Recte ἀξενωτάταν, εἰσβολὰν scilicet.

1232, 3. δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς | χόλος προσπιτνεῖ,] Rom. B. C. δειλαία. Rom. A. δειλέα supra scripto αι. Versus strophico 1222. melius responderet, si δειλαία dactylus esset, vel etiam spondeus. Δειλαίαν spondeus esse videtur apud Euripidem Suppl. 277. πρός σε γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι, | ἄντομαι, ἀμφιπίτνουσα σὸ σὸν γόνυ καὶ χέρα, δειλαίαν | οἴκτισαι ἀμφὶ τέκνων μ' ἱκέτιν [τάφου]. Aut neuter locus corruptus est, aut uterque eadem medicina indiget. Musgravius legendum suspicatur, δείλαιόν τι σοι φ. β. χ. προσπιτνεῖ, *miserum quiddam tibi accidit gravis haec ira.* De qua conjectura ipse ait: *Juvat autem metrum non minus, quam sensum, haec emendatio.* Ego quidem non video, quid metri referat, utrum δειλαία, τί an δείλαιόν τι scribatur. Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 257. τί σε φρενῶν legendum censet.

1233. Omnes libri, ni fallor, προσπιτνεῖ. Vide ad πίτνοντα v. 54.

1234. καὶ δυσμενὴς φόνος ἀμείβεται;] Porsonus ad strophicum versum 1224. pro δυσμενὴς legi posse monet ζαμενὴς, quod exstat apud Sophoclem Aj. 147.

*Ibid.* Rom. A. B. φόνος ἀμείβεται. Rom. C. Lasc. ἀμείβεται (Rom. C. ἀμείρεται) φόνος. Verbi ἀμείβεται sensus non nimis perspicuus est. Vertit Buchananus *cumulatur*, Portus *respondet*, Barnesius et Musgravius *succedit*. Ita explicat Reiskius: *Ἀμείβεται est metaphorice dictum pro περαίνεται, ab iis qui limen domus ἀμείβουσι*, transeunt. Conferendus Noster El. 1093. εἰ δ' ἀμείψεται | φόνον δικάζων φόνος, ἀποκτενῶ σ' ἐγὼ | καὶ παῖς

Ὀρέστης, περὶ περιφρούμενοι. Nescio an Anglice significet *to ensue.*

1235, 6, 7. *χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιάσμαθ' ἑπὶ γαῖαν ὑποφόνους ξύνοι|δα θεόθεν πίτνοντ' ἐπὶ δόμοις ἄχη.*] Schol. *ὑποφόνους.*) τοῖς αὐτοχειρίοις. τουτέστι (Matthiae mavult *τουτέστι,*) συμφωνά καὶ ἄξια τοῦ τολμήματος καὶ παρὰ τῶν θεῶν τις προσπίπτοντα. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἀξίως οἱ θεοὶ τούτους κολάζουσιν. ὁ δὲ νοῦς, χαλεποὶ οἱ φόνοι τοῖς αὐτοχειρίοις, τουτέστι, αἱματηρὸν μίασμα καὶ δυσέκνιπτον ὁ φόνος ὁ κατὰ τῶν ὁμογενῶν τοῖς τολμῶσιν αὐτόν. γράφεται δὲ καὶ συνῳδὰ, ὃ ἐστι τὸ ἁρμόζον, ξυνῳδὰ θεόθεν ἐπὶ δόμοις πίτνοῦντ' (ed. Ven. *πιτνούτ'*, Flor. *πίπτοντ'*) ἄχη. *χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιάσματα ἐπὶ γαῖαν ὑποφόνους.* Ultima turbata sunt, ut jam sciri non possit, no ordine poëtae verba collocanda monuerit grammaticus. *ecte ξυνῳδὰ*, ut mox videbimus. Reliqua scripturae diver-tas, quam praebent codices, nihil interpretationi confert. Inagravius pro *ἐπὶ γαῖαν* legendum suspicatur, *ἐπιτεῖναι*, pro *ννοιδα* vero *ξύνοικα.* Vertit: *Piacula enim domestica potenter tendunt hominibus (χαλεπὰ ἐπιτεῖναι εἰσι). luctus, qui divinitus homicidarum domos incidere solent, et cum iis habitare.* Sed raestat *ξυνῳδὰ*, *consona*, *congrua*. *Ξυνῳδὰ* reddendum videtur *πόνα*, *dirasa*, ait Porsonus. Neque metrum *ἐπιτεῖναι* admit-t. Optima ratio mihi videtur: *χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ἐστιν ὁμο-γενῆ μιάσματα, τουτέστι, ἄχη ξυνῳδὰ θεόθεν ἐπὶ γαῖαν πίνοντα* 271 *ὑποφόνους ἐπὶ δόμοις.* Verba *ἄχη πίνοντα αὐτοφόνους ἐπὶ δό-μοις* eandem constructionem habere mihi videntur quam *λίθος στάς μοι ἐπὶ κεφαλῇ.* Quanquam nihil obstat, quo minus *αὐ-τοφόνους* pro adjectivo accipiatur.

1235, 6. Rom. A. B. *ὁμογενῆ μιάσματα.* Rom. C. *αἱμογενῆ μίασμα.*

1236. Rom. A. C. Lasc. Mag. *αὐτοφόντας*, quod admise-runt Seidlerus et Matthiae. Rom. B. *αυτοφόντες.*

1236, 7. Tres Rom. Lasc. Par. omnes, Mag. Cott. *συνφδὰ* et *ξυνφδά.* Illud admisit Brunckius, hoc Porsonus. Rom. A. Par. A. *συν-*, Rom. C. Lasc. *ξυν-*. Tres Rom. Lasc. *ω* pro *ο.* In Rom. A. supra scriptum *γρ. σύνοικα.*

1237. Rom. A. ante corr. *πίτνοντ'*. Idem a corr. B. *πιτ-όντ'*. In A. supra scriptum *ῶν.* Rom. C. Lasc. Mag. *πιτνοῦντ'*, quod admisit Porsonus. Scholiorum ed. Ven. *πιτνούτ'*. Brunc-kius et Beckius *πιτνοῦσ'*, media distinctione post *μιάσματ'* po-sita. Attice non dici *ἄχη πίπτουσι*, sed *ἄχη πίπτει*, monet Porsonus.

*Ibid.* Tres Rom. ut vulgo *ἐπὶ δόμοις ἄχη.* Sed in A. ea-dem manus *ους* super *δόμοις* scripsit, recentior super *ἄχη.*

1238. *Οἴμοι, τί δράσω; ποῖ φύγω μητρὸς χέρας;*] Dawe-

sius p. 207. mavult πῆ (rectiùs πῇ) φύγω. Ita Aeschylus Prom. 587. ἄδην με πολύπλανοι πλάναι | γεγυμνάκασ', οὐδ' ἔχω μαθεῖν ὅπῃ | πημονὰς ἀλύξω. Ibid. 905. τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ | μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν. Euripides Or. 1375. αἴ αἴ, πᾶ φύγω, ξένοι. Hipp. 877. πᾶ φύγω | βάρος κακῶν; Ita Valckenarius pro ποῦ φύγω. Rectius ποῖ φύγω. Ita Aeschylus Suppl. 784. Sophocles Oed. C. 828. 1238. Aj. 403. Euripides Or. 597. Phoen. 984. 1668. (*Πολλή σ' ἀνάγκη. ποῖ γὰρ ἐκφεύξει λέχος;*) Iph. T. 291. 1204. (*ΙΦ. Δεσμὰ τοῖς ξένοισι προσθές. ΘΟ. Ποῖ δέ σ' ἐκφύγοιεν ἄν;*) Ion. 1253. Aristophanes Av. 353. Thesm. 696. 1103. Plut. 438. Plut. 438. Nec quidquam refert, utrum sensus sit ποῖ an πῇς.

*Ibid.* Lasc. φύγω. Aldus μόλῳ v. 664. πάνῳ v. 766. ἴδῳ v. 1282. Ea scilicet scribendi ratio frequens est in codicibus.

1239. *Οὐκ οἶδ', ἀδελφὲ φίλτατ'. ὀλλύμεσθα γάρ.*] Lasc ὀλλύμεθα.

1240. *Ἀκούεις βοάν, ἀκούεις τέκνων;*] Schol. *Ἀκούεις βοάν.*) *ταῦτο πρὸς ἀλλήλας αἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ φασὶν πρὸς ἐρώτησιν.* Hujusmodi repetitiones apud tragicos frequentes sunt. Ita noster mox v. 1249. *μίαν δὴ κλύω, μίαν τῶν πάρος* etc. Sic etiam v. 110. *ἔπαθον τλάμων, ἔπαθον μεγάλων | ἄξι' ὀδυρμῶν.* Plerumque, non tamen semper, utrumque membrum idem metrum habet. Aeschylus Theb. 153. *ἐπίλυσιν φόβων, ἐπίλυσιν δίδου.* Ibid. 177. *κλύετε παρθένων, κλύετε πανδίκους | χειμοτόνους λιτάς.* Ibid. 910. *δι' ὧν αἰνομόροις, δι' ὧν νεῖκος ἔβα.* Euripides Hec. *τάλαιναι κόραι, τάλαιναι Φρυγῶν.* Hipp. 856. *Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς πνέφας | μετοικεῖν σκότῳ θανὼν, ὦ τλάμων.* Alc. 253. *Ὁρῶ δίκωπον, ὁρῶ σκάφος.* Suppl. 622. *εἰδείης ἂν φίλων, εἰδείης ἂν τύχας,* Bacch. 576. *Ἰὼ, κλύετ' ἐμᾶς, κλύετ' αὐδᾶς.* Aristophanes Ach. 1212. *Λάβεσθέ μου, λάβεσθε τοῦ σκέλους. πα-*
272 *παι.* Sensus est, ni fallor, *λάβεσθέ μου τοῦ σκέλους.* Plura collegit Seidlerus de Versibus Dochm. p. 278, 9. sed non omnia ejusdem generis cujus nostra. In verbis *τινύμεναι δίκαν, τινύμεναι φόνον,* quae leguntur apud Euripidem Or. 323. neutrum *τινύμεναι* abesse posset.

1241. *ἰὼ τλᾶμον, ἰὼ κακοτυχὲς γύναι.*] Rom. A. B. *ἰὼ τλᾶμον.* Rom. C. *ἰὼ τλῆμον,* Deinde Rom. A. *ὦ κακότυχὲς γύναι* y). Rom. B. C. Lasc. Mag. *ὦ κακοτυχὲς γύναι,* quod ad-

y) Incertus erat librarius, utrum *κακοτυχὲς* scribendum esset, an retracto accentu *κακότυχες*. Propter similem caussam edidit Aldus apud Aristophanem Av. 1546. *Ποίων νόμων. πολλοὶ γὰρ ὀρνίθων νόμοι.* Rectius *κακοτυχὲς* scribi videtur. Aeschylus Theb. 120. *ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ παντελὲς, | πάντως ἄρηξον δαΐων ἄλωσιν.* Ibid. 261. *Ὦ παγκρατὲς Ζεῦ, τρέψον εἰς ἐχθρῶν βέλος.* Pers. 706. *τῶν ἐμῶν λέκτρων γεραιὰ ξύγνομ', εὐγενὲς γύναι.* Euripides Phaëthonte Fragm. x. 1.

misit Porsonus. Schol. τὸ δὲ ὦ παποτυγὲς γύναι ἰδίως πρὸς τὴν Μήδειαν ἀναπεφώνηται. Aristophanes Ach. 566. Ἰὼ Λάμαχ', ὦ βλέπων ἀστραπάς, | βοήθησόν, ὦ γοργολόφα, φανείς. Hic etiam bis legebatur ἰώ. Correxit Hermannus.

1242, 3. παρέλθω δόμους. ἀρῆξαι φόνον | δοκεῖ μοι τέκνοις.] Schol. τὸ δὲ παρέλθω δόμους, πάλιν πρὸς ἀλλήλας. τὸ δὲ ἀρήξειν φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις, κατὰ ἀπόφασιν. Omnes interpretes ante Musgravium, ni fallor, eum sensum verbis παρέλθω δόμους tribuunt, quem haberent παρειμι δόμους, id est, *ingrediar domum*, Anglice *I will enter*. Sed subjunctivum pro futuro hoc modo non usurpant Attici. Si παρέλθωμεν scripsisset Euripides, sensus esset *ingrediamur*, Anglice, *let us enter*. Is optime conveniret, si constaret, aeque bene dici παρέλθω, *let me enter*, ac παρέλθωμεν, *let us enter*. Sed singulari plerumque praeponitur φέρε. Sophocles Phil. 1452. Φέρε νυν στείχων χώραν παλέσω. Euripides Or. 1282. Φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω. Phoen. 283. φέρ' εἰς σκοτεινὰς περιβολὰς μεθῶ ξίφος, | καὶ τάσδ' ἔρημαι, τίνες ἐφεστᾶσιν δόμοις. Interdum quidem deest φέρε, sed ita ut locum ejus obtineat alius imperativus. Cujus constructionis exempla nonnulla praebet Euripides. I. Hipp. 567. Ἐπίσχες, αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω. Non magis hic subaudiendum ἵνα quam apud Sophoclem Phil. 539. Ἐπίσχετον, μάθωμεν. H. Ibid. 1354. σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω. Nostri, *Hold, let me rest my weary body*. III. Andr. 842. Τί μοι ξίφος ἐκ χεροὸς ἠρείσω; | ἀπόδος, ὦ φίλη, ἀπόδος, ἵν' ἀναλαν | ἐρείσω πλαγάν τί με βρόχων εἴργεις; Vide Seidlerum de Versibus Dochm. p. 302. Ἵνα a librariis additum ostendit metri ratio. Versus dochmiacus est. IV. Bacch. 341. ὃ μὴ πάθῃς σὺ (δεῦρό σου στέψω κάρα | κισσῷ), μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου. Anglice, *come hither, let me crown your head with ivy*. Δεῦρο enim imperativi vim habet. Grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 88. Δεῦρο ἀντὶ τοῦ ἔρχου. Πλάτων Πολιτείας τρίτῳ. IV. Herc. 1059. Σῖγα, πνοὰς μάθω. φέρε, πρὸς οὖς βάλω. Σῖγα etiam imperativus est. His accedat Homerus Il. X. 450. Δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθον, ἴδωμ', ὅτιν' ἔργα τέτυκται. Z. 340. Ἀλλ' ἄγε νυν ἐπίμενον, Ἀρηΐα τεύχεα δύω. Ψ. 71. θάπτε με (malim θάπτετέ μ') ὅτι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω. Hic etiam frustra sunt, qui ἵνα subaudiri arbitrantur. Revertor ad verba παρέλθω δόμους, quibus signum interrogationis recte addidit Musgravius. Tandem igitur eva-

Ὦ χρυσοφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας. Aristophanes Thesm. 324. καὶ σὺ παγκρατὲς κόρα, | γλαυκῶπι, χρυσόλογχε. Idem Γεωργοῖς Fragm. viii. Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτόχθονες Ἀττικῆ, | χαῖρε λιπαρὸν βάπιδον, οὔθαρ ἀγαθῆς χθονός.

dit vera sententia, *Shall I enter?* Incertus enim est chorus, quid faciat. Ita noster Herc. 1109. *Γέροντες, εἶθω τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας;* Quo exemplo utitur Matthiae Gramm. Gr. §. 515.

*Ibid. Scholiastes ἀρήξειν, forte pro ἀρήγειν,* inquit Musgravius. Facilius *αι* in *ειν* mutatur, quam *γ* in *ξ*. Constructionem verborum *ἀρῆξαι φόνον τέκνοις* uno exemplo explicat tragicus Rhes. 787. *ἐγὼ δ' ἀμύνων θῆρας ἐξεγείρομαι | παίλοισιν.*

1244. *Καὶ πρὸς θεῶν, ἀρήξατ', ἐν δέοντι γάρ.*] Rom. A. B *ἀρήξατ'*. Lasc. *ἀρρήξατ'*. Rom. C. *ἀρήξετ'*, quod sublata distinctione ferri posset. Sed altera ratio praestat.

*Ibid.* Noster Or. 211. *Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, ἐπίκουρον νόσου, | ὡς ἡδύ μοι προσῆλθες ἐν δέοντί γε.* Hipp. 923. *ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν δέοντι λειτουργεῖς, πάτερ.* Alc. 820. *Οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι δέξασθαι δόμοις.* Aristophanes Pac. 270. *Εὖ γ', ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία, ποιῶν | ἀπόλωλ' ἐκεῖνος, κἀν δέοντι τὴν πόλει. Καιρῷ* supplendum monet Bosius p. 128—130. improbante Schaefero.

1245. *ὡς ἐγγὺς ἤδη γ' ἐσμὲν ἀρκύων ξίφους.*] Noster Herc. 728. *ὦ γέροντες, εἰς καλὸν | στείχει, βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται* (an *κεκλήσεται*) *| ξιφηφόροισι, τοὺς πέλας δοκῶν κτενεῖν, | ὁ παγκάκιστος.*

1246, 7. *Τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδη|ρος,*] Noster Hipp. 1169. *Ὦ θεοί, Ποσειδὸν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ | ὀρθῶς, ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων.* Phoen. 421. *Τίς οὗτος; ὡς ἄρ' ἄθλιος κἀκεῖνος ἦν.*

1247, 8. *ἅτις τέκνων, ὧν ἔτεκες, | ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς.*] Rom. B. C. *ὧν ἔτεκες.* Rom. A. *ὧν ἔτεκε.* Schol. *Ἅτις τέκνων.) ἥτις τὸν ἄροτον τῶν τέκνων ὧν ἔτεκες αὐτόχειρι θανάτῳ κτενεῖς.* Sic Matthiae. Ed. Ven. bis *τέκνον*. *Non mihi displiceret*, inquit Porsonus, *si quis codex ὧν ἔτεκες omitteret.* Dedi *ὅν ἔτεκες*, auctore Seidlero. Carmen, quod post v. 1257. monostrophicum esse credidit Porsonus, quodammodo antistrophicum esse sagaciter vidit Seidlerus. Versus in utroque membro sunt undecim, quorum quatuor senarii, septem dochmiaci. Dochmiaci quidem ita recte procedunt, ut vix quidquam sola metri caussa mutandum sit. In mea editione ne una quidem est syllaba, quin syllabam ejusdem mensurae respondentem sibi habeat. Senarii vero obstant, quo minus carmen vere antistrophicum sit. Prioris enim *ἑνδεκάδος* primi duo versus iambici sunt, quos excipiunt duo dochmiaci. Contra in altera *ἑνδεκάδι* primo venit par dochmiacorum, deinde duo senarii. Porro quatuor prioris *ἑνδεκάδος* senarii a Medeae pueris post scenam stantibus proferuntur, secus ac quatuor posteriores, qui choro tribuuntur, neque a reliqua ejus oratione separari possunt.

1249, 50. *μίαν δὴ πλύνω, μίαν τῶν πάρος | γυναῖκα; φίλοις ἔρα προσβαλεῖν τέκνοις,*] Tres Rom. *μίαν* bis. Priore tantum 274
oco Par. A. quem secutus est Brunckius. Porsonus utrobi-
ue, ut vulgo. Deinde Rom. A. B. Flor. Par. A. *γυναικῶν ἐν*
*ίλοις χεῖρα βαλεῖν τέκνοις*, quam scripturam admisit Brunc-
ius. Rom. C. Lasc. *γυναῖκ' ἐν φίλοις χεῖρα προσβαλεῖν τέκνοις.*
?ar. E. Mag. Put. etiam *γυναῖκ' ἐν φίλοις.* Par. B. D *γυναικῶν*
*ίλοις.* Hi omnes, ni fallor, *προσβαλεῖν* habent. Barnesius
n annotatione senarium exhibet, *γυναῖκα φίλοις χεῖρα προσβα-*
*εῖν τέκνοις*, metri caussa conferens Homericum *Φῖλε καείγνητε.*
Heathio *φιλίοις* scribendum videtur, cum *φίλος* apud Atticos
riorem semper corripiat. Huic conjecturae favent sexcenta
ragicorum loca, quae mendose *φίλος* pro *φίλιος* exhibent.
Euripides Hec. 858. *τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλον ἡγεῖται στρατός.*
bid. 952. *Λέχη δὲ φίλα μονόπεπλος | λιποῦσα, Δωρὶς ὡς κόρα,*
iic edd. pleraeque. Non male igitur Heathius, *γυναῖκα φι-*
*ίοις χεῖρα προσβαλεῖν τέκνοις.* Sic etiam legendum monet Mus-
ravius, modo versus iambicus sit. Sed longe melius Porso-
ius, qui versum dochmiacum esse vidit, *γυναῖκ' ἐν φίλοις χέρα*
*αλεῖν τέκνοις.* Ordo est, *μίαν δὴ γυναῖκα τῶν πάρος πλύνω ἐμ-*
*αλεῖν χέρα φίλοις τέκνοις.* Vide ad *ἐμβαλεῖν* ξίφος v. 1292.

1251. *Ἰνὼ μανεῖσαν ἐκ θεῶν,*] Schol. *Ἰνὼ μανεῖσαν.*) *Ἰνὼ*
*κατὰ χόλον τῆς Ἥρας μανεῖσα, ἔῤῥιψεν αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν*
*ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς Μελικέρτῃ. ἐμίσει γὰρ πάντας τοὺς Θηβαίας*
*ἡ Ἥρα, διότι παρ' αὐτοῖς ἐτέχθη ὁ Διόνυσος. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Διό-*
*υσος ἐξέμηνε τὰς τούτων γυναῖκας, μὴ προσιεμένων αὐτὸν ὕστε-*
*ρον τῶν Θηβαίων, ἴσως δὲ καὶ τούτου τῆς Ἥρας ἐργασαμένης. οἱ*
*μὲν οὖν ἱστοροῦσι τῷ παιδὶ συγκατενεχθῆναι τὴν Ἰνὼ εἰς τὴν θά-*
*λασσαν. Εὐριπίδης δέ φησιν αὐτόχειρα τῶν δύο παίδων γενομέ-*
*νην, Λεάρχου καὶ Μελικέρτου, αὐτὴν ὕστερον εἰς τὴν θάλασσαν*
*ῥῖψαι. φασὶ δὲ αὐτοὺς εἰς Κόρινθον ἐμβρασθέντας, Ἰνὼ καὶ Με-*
*λικέρτην, ἀναληφθῆναι προστάξει Σισύφου, ὡς καὶ ἀγῶνα Ἴσθμιον*
*τὸ Μελικέρτῃ κατὰ χρησμὸν θεῖναι, τοῦτο ἑωρακότος.* Idem:
*Μανεῖσαν.*) *κατὰ χόλον τῆς Ἥρας Ἀθάμας κατεπόξευσε Λέαρχον*
*τὸν ἐξ Ἰνοῦς γενόμενον αὐτῷ παῖδα. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Ἰνὼ μανεῖσα*
*ὑπὸ τῆς Ἥρας (ὠργίστο γὰρ αὐτῇ ὅτι ἐτεθηλάκει τὸν Διόνυσον)*
*τὸν ἕτερον ἑαυτῆς παῖδα ἐπισφάξασα Μελικέρτην, ἤλατο σὺν αὐτῷ*
*εἰς τὴν θάλασσαν. Εὐριπίδης δέ φησιν αὐτὴν αὐτόχειρα γενομέ-*
*νην Λεάρχου καὶ Μελικέρτου ὕστερον εἰς τὴν θάλασσαν ἁλέσθαι.*
Eadem fere verba leguntur apud scholiasten Aristophanis Vesp.
405. Existimat Valckenarius Diatrib. p. 180. Euripidem
alios auctores in Inone, alios in Medea secutum esse. Inonis
argumentum his verbis inesse putat: *Ἰνὼ κατὰ χόλον τῆς Ἥρας*
*μανεῖσα, ἔῤῥιψε αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς Με-*
*λικέρτῃ.* Mihi autem vero similius videtur, Inonem in cog-

nomine fabula utrumque puerum interfecisse, postea vero facinoris consciam factam, in mare se projecisse. Resipuisse eam ostendit Fragm. ii. *Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους | Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων | δράσασα μηδέν.* Quod Valckenarium non fugit. Ab hoc argumento non discrepant quae in Medea de ea dicuntur. Ad utramque fabulam spectare videtur Euripidis mentio, quae bis apud scholiasten occurrit.

275 1251, 2. *ὅθ' ἡ Διὸς | δάμαρ νιν ἐξέπεμψε δωμάτων ἄλῃ.*] Tres Rom. Lasc. *ἄλῃ*. H. Stephanus *ἄλῃ*. Sic etiam Barnesius, quique post eum hanc fabulam ediderunt omnes. Vertit Buchanus, *insanientem Juno quum miseram domo | exegit.* Qui cum *μανεῖσαν* non praetermiserit, videtur *insanientem* ad *ἄλῃ* retulisse. Similiter Musgravius, *quando Jovis illa conjux ipsam emisit extra domum insania.* Ceteri plerique non mentis sed pedum errorem significari putant. Hesychius: *Ἄλη. πλάνη, ἄθροισμα.* Idem: *Ἄλης. πλάνης.* Idem: *Ἀλᾶσθαι. πλανᾶσθαι. ἄλη γὰρ ἡ πλάνη.* Vox haud dubie utriusque significationis capax est, quemadmodum nostri utroque sensu dicunt *to wander*. Sed hic convenientius ad corpus refertur.

1253, 4. *πίπτει δ' ἃ τάλαιν' ἐς ἅλμαν, φόνῳ | τέκνων δυσσεβεῖ,*] Rom. C. Lasc. *πιτνεῖ δ' ἡ τάλαιν'*. Rom. A. ante corr. *πίτνει δ' ὦ τάλαιν'*. Rom. A. a corr. B. *πιτνεῖ δ' ὦ τάλαιν'*. Mag. etiam *πιτνεῖ*, quod tacite admisit Brunckius.

1254. Rom. A. B. *δυσσεβεῖ*. Rom. C. Lasc. *δυσεβεῖ*. *Legendum videtur δυσσεβῆ*, inquit Musgravius, *quod cum πόδα construendum est.* Vide versum seq. Praestat *φόνῳ τέκνων δυσσεβεῖ*. Ita v. 1350. *ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου*. Vertit Portus, *propter caedem impiam liberorum.* Hinc constat, participium *ξυνθανοῦσα* eo sensu accipiendum esse, quasi liberis jam interfectis mortem sibi consciverit Ino. Vide ad v. 1251.

1255. *ἀκτῆς ὑπερτείνασα ποντίας πόδα,*] Inepte Buchananus, *progressa littus ultra.* Dicere vult Euripides, Inonem ab imminente rupe in mare se dejecisse. Praecipitavit se a petra Moluride, monente Heynio ad Apollodorum p. 228.

1256. *δυοῖν δὲ παίδοιν ξυνθανοῦσ' ἀπόλλυται.*] Rom. C. *δυοῖν δὲ παίδοιν*. Lasc. *δυοῖν δὴ παίδοιν*. Rom. A. B. (qui *δυεῖν*) Par. A. *δυοῖν τε παίδοιν*, quod admisit Brunckius. Quod ad *δυεῖν* attinet, eam formam probat Seidlerus ad Euripidis El. 95. *Atticum δυεῖν hauddubie praestat*, inquit, *frequentissimum illud in Graeca Tragoedia, et fortasse ubique reponendum.* Apud Euripidem tantum non semper vulgo legitur *δυοῖν*.

1257. *τί δήποτ' οὖν γένοιτ' ἂν ἔτι δεινόν;*] Sic tres Rom. ut vulgo. Seidlerus *τί δέ ποτ' οὖν*, quod non admisit Matthiae. Scripsi *τί δῆτ' οὖν*, quod metro paullo convenientius est. Ea-

dem varietas apud Sophoclem Oed. T. 1337. *Τί δῆποτ' ἐμὸν βλαπτὸν, ἢ στερκτὸν, ἢ προσήγορον, | ἔτ' ἔστ' ἀκούειν ἡδονᾷ, φίλοι;* Ubi multi codices, imo fortasse plerique, *τί δῆτ'*, quod recte admisit Erfurdtius. Frequentes etiam librorum errores sunt *οὔποτε* pro *οὔτε, μήποτε* pro *μήτε*. Vide Aeschylum Prom. 155. Theb. 1067. Sophoclem Oed. T. 652. Euripidem Phoen. 1253. Thucydidem I. 90. Xenophontem Paed. VIII. 1, 45. Si quis autem *οὖν* in *ἂν* mutatum velit, non desunt exempla, quae hanc conjecturam confirmare videantur. Sophocles Phaedra Fragm. iii. 1. *οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις*, etc. Euripides Hipp. 960. *ποῖοι γὰρ ὅρκοι πρείσσονες, τίνες λόγοι, | πῇδᾶ ἂν γένοιντ' ἄν, ὥστε σ' αἰτίαν φυγεῖν;* Suppl. 447. *πῶς* 276 *οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις*, etc. El. 554. *Πῶς δ' ἂν γένοιτ' ἂν ἐν κραταιλέῳ πέδῳ | γαίας ποδῶν ἔκμακτρον;* Aristophanes Av. 830. *Καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις, | ὅπου θεὸς, γυνὴ γεγωνυῖα, πανοπλίαν | ἔστηκ' ἔχουσα, Κλεισθένης δὲ σερκίδα;* Sed dixit Euripides Iph. T. 1017. *Πῶς οὖν γένοιτ' ἄν, ὥστε μήθ' ἡμᾶς θανεῖν, | λαβεῖν θ' ἃ βουλόμεσθα;* Aristophanes Thesm. 779. *πόθεν οὖν γένοιτ' ἂν ἀθλίᾳ πλάται; πόθεν;* In his praestat *οὖν*.

1257, 8. *ὦ | γυναικῶν λέχος πολύπονον,*] Sic Rom. C. Sed Rom. A. B. *ὦ λέχος πολύπονον γυναικῶν*. Aldina interrogationis signum post *πολύπονον* habet, quod nunc rectius legitur post *δεινόν*.

1259. *ὅσα δὴ βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά.*] Tres Rom. ut vulgo. Lasc. *ὅσσα δὴ βροτοῖς*. Seidlerus *ὅσα βροτοῖς* deleto *δή*. Facile Seidlero assentior, etsi non video, cujusnam rei gratia *δὴ* a librariis additum sit. Non enim senarium efficit, quae dochmiacorum corrumpendorum praecipua fuit caussa. Sed quoties bona emendatione privaremur, si caussam corruptae scripturae indicare necesse esset? Matthiae vulgatam non mutavit.

1261, 3. *ἆρ' ἐν δόμοισιν ἢ τὰ δεῖν' εἰργασμένη | Μήδεια τοῖσιν, ἢ μεθέστηκεν φυγῇ;*] Rom. C. *τοῖσιν*. Rom. A. B. Flor. Par. A. B. D. Put. *τοῖσδέ γ'*, quod admisit Musgravius. Porsonus *τοῖσιδ'* ex emendatione Canteri, quam probavit Heathius. Matthiae iterum *τοῖσδέ γ'*. Dedi *τοισίδ'*. Sic scribendum. Non enim *τοῖονδε* scribimus, sed *τοιόνδε*.

1265. *δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς ὀφε κρυφθῆναι κάτω,*] Sic tres Rom. ceterique, opinor, omnes. Schol. *Δεῖ γάρ νιν.*) *δεῖ γὰρ αὐτὴν ἢ καταταρταρωθῆναι, ἢ ἀναπτῆναι, εἰ ἄρα* (vulgo *εἰ μὴ ἄρα*) *πέποιθε μὴ δώσειν δίκην τῶν τολμηθέντων*. Barnesius e conjectura *δεῖ γάρ νυν* edidit, quod adoptarunt omnes post eum editores. Particulas *μέν νυν* saepe conjungunt tragici. Ita Sophocles Oed. T. 31. Oed. C. 96. Trach. 441. El. 73.

Euripides Or. 1216. Hipp. 20. 1338. Andr. 956. Heracl. 854. El. 664. 875. 1244. Qui autem γάρ νυν dixerit, neminem eorum reperio [2]). Legendum videtur, δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς γε κρυφθῆναι κάτω. Quae scriptura ne cui ex Heathii officina petita videatur, hunc usum particulae γε exemplis haud paucis illustrabo. Euripides Ion. 431. ἤτοι φιλοῦσά γ' ἧς ὑπερμαντεύεται, | ἢ καί τι σωῶσ' ὧν σιωπᾶσθαι χρεών. Incertus Rhes. 816. εὖ νυν τόδ' ἴσθι (Ζεὺς ὁμώμοται πατὴρ), | ἤτοι μάραγνά γ', ἢ καρανιστὴς μόρος | μένει σε δρῶντα τοιάδ'. Herodotus I. 11. ἀλλ' ἤτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα δέει ἀπόλλυσθαι, ἢ σὲ τὸν ἐμὲ γυμνὴν θηησάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα. Idem III. 83. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι δέει ἕνα γέ τινα ἡμέων βασιλέα γενέσθαι, ἤτοι κλήρῳ γε λαχόντα, ἢ ἐπιτρεψάντων τῷ Περσέων πλήθεϊ τὸν ἂν ἐκεῖνοι ἕλωνται, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ. Idem VIII. 108. ἐπι-
277 χειρέοντι δὲ αὐτῷ καὶ ἔργου ἐχομένῳ, πάντα τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην οἷά τε ἔσται προσχωρῆσαι κατὰ πόλις τε καὶ κατὰ ἔθνεα, ἤτοι ἁλισκομένων γε, ἢ πρὸ τούτου ὁμολογεόντων. Plato Apol. Socr. p. 27. C. τοὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα εἶναι, ἢ θεῶν παῖδας. Idem Phaedone p. 76. A. ὥστε, ὥσπερ λέγω, δυοῖν θάτερον, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν καὶ ἐπιστάμεθα διὰ βίου πάντες, ἢ ὕστερον οὓς φαμὲν μανθάνειν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀναμιμνήσκονται οὗτοι, καὶ ἡ μάθησις ἀνάμνησις ἂν εἴη. Idem Gorgia p. 460. A. ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, ἤτοι πρότερόν γε, ἢ ὕστερον μαθόντα παρὰ σοῦ. Ibid. p. 467. E. Ἆρ' οὖν ἐστι τι τῶν ὄντων ὃ οὐχὶ ἤτοι ἀγαθόν γ' ἐστὶν ἢ κακόν, ἢ μεταξὺ τούτων, οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν. Tragici γε plerumque omittere videntur. Vide Aeschylum Ag. 671. 858. Cho. 495. Sophoclem Ant. 1182. Trach. 150. Euripidem Or. 1497. Hipp. 1193. Hel. 1191.

1264. ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος,] Tres Rom. βάθος. Sed A. supra scriptum habet πτύχας ab eadem manu. Ita noster Or. 1631. ἦ ἔστιν, ἣν ὁρᾶτ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς. Ibid. 1656. Κάστορί τε Πολυδεύκει τ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς | ξύνθακος ἔσται, ναυτίλοις σωτήριος. Hel. 44. λαβὼν δέ μ' Ἑρμῆς ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος. Ibid. 611. Βέβηκεν ἄλοχος σὴ πρὸς αἰθέρος πτυχάς. Similiter Phoen. 84. ἀλλ' ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτυχάς. Obiter moneo, pro πτύχας apud Euripidem Phoen. 84. Andr. 1278. Suppl. 202. Iph. T. 1082. Bacch. 62. 945. Hel.

2) Euripides Bacch. 32. τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρῃσ' ἐγὼ | μανίαις (ὄρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν), | σκευήν τ' ἔχειν ἠνάγκασ' ὀργίων ἐμῶν. | καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι | γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων. Recte Aldus et codd. Parisienses νιν αὐτὰς, eas ipsas. Opponuntur αὐτὰς et πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων. Pleraeque edd. νῦν vel νυν—

611. Herc. 240. scribendum esse πτυχάς. Nominativus enim non est πτύχες sed πτυχαὶ, licet νοτερὰν πτύχα semel dixerit noster Suppl. 979. Nostro quoque loco non male legeretur ἐς αἰθέρος πτυχάς. Sed dixit Euripides Fragm. Inc. cxxxii. 3. νῦν δ', ἐπ βαθείας γὰρ πάρεστιν αἰθέρος | λαβεῖν ἀμισθὶ, πᾶς τις ἥδεται λέγων | τά τ' ὄντα καὶ μή. Quo exemplo satis defendi videtur ἐς αἰθέρος βάθος.

1265. εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει δίκην.] Rom. A. ante corr. C. εἰ μή. Rom. A. a corr. B. ἤ μὴν, quod optimum esset, si haec verba a superioribus commode separari possent. Aristophanes Vesp. 1323. Ἦ μὴν σὺ δώσεις αὖριον τούτων δίκην | ἡμῖν ἅπασι, κεἰ σφόδρ' εἶ νεανίας. Sed altera ratio melior est.

*Ibid.* Rom. B. C. τυράννων δώμασιν. Rom. A. τυράννῳ δώμασι. Wakefieldio fortasse placuisset τυράννῳ δώματι. Vide ad v. 76.

1266. πέπουθ', ἀποκτείνασα κοιράνους χθονὸς,] Rom. C. a corr. κοιράνους, ante corr. κοιράννους. Rom. A. B. τυράννους. Vide ad κοίρανος v. 70.

1267. ἀθῶος αὐτὴ τῶνδε φεύξεσθαι δόμων;] Schol. ἀθῶος, ἀντὶ τοῦ φεύξεται ἀτιμώρητος. Scribendum ἀθῷος. Olim enim ἀθώϊος. Hesychius: Θώη. ζημία, βλάβη. ὅθεν ὁ ἀζήμιος ἀθῶος. Ita quidem recentiores, sed Archilochus θωϊὴ, monente Etymologo p. 26, 24.

1268. ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτῆς φροντίδ', ὡς τέκνων, ἔχω,] Vide ad v. 1035.

1269. κείνην μὲν, οὓς ἔθρασεν, ἔρξουσιν κακῶς.] Sophocles Phil. 958. κἄμ', οὓς ἐθήρων πρόσθε, θηράσουσι νῦν. Euripides Ion. 648. Καλῶς ἔλεξας, εἴπερ, οὓς ἐγὼ φιλῶ, | ἐν τοῖσι σοῖσιν εὐτυχήσουσιν δόμοις. Verba οὓς ἔθρασεν, οὓς ἐθήρων πρόσθε, οὓς ἐγὼ φιλῶ, nominativi loco accipienda sunt. Explicant grammatici, quasi subaudiatur ἐκεῖνοι. Exempla ab his paullo diversa vide v. 257. 502. 1066. 278

*Ibid.* Rom. B. C. ἔρξουσιν κακῶς. Rom. A. ante corr. ἔρξουσι κακῶς, a corr. ἔρξουσι κακῶς. Lasc. ἔρξουσιν κακῶς. Schol. ad Aristophanis Ach. 330. τὸ δὲ ἔρξας δασέως ἀναγινώσκομεν, ὅταν τὸ πράξας δηλοῖ. Ἦ μὲν ἄρ' ὣς ἔρξας ἀπεβήσατο δῖα θεάων (Hom. Od. Σ. 196.). Sic etiam ἔρδειν, quod diserte improbat Brunckius ad Sophoclis El. 85. Flor. pro κακῶς habet χθονὸς, supra scripto tamen κακῶς. Hinc oritur varia lectio εἴρξουσιν χθονὸς, meo quidem judicio vulgatae posthabenda.

1270. ἐμῶν δὲ παίδων ἦλθον ἐκσῶσαι βίον,] Rom. C. ἐκσῶσαι. Rom. A. B. Lasc. Mag. necnon plerique apud Musgravium, ἐκσώσων, quod admisit Porsonus. Matthiae infinitivum revocavit. Dixit Euripides Iph. T. 976. ἐντεῦθεν αὐδὴν τρίπο-

δος ἐκ χρυσοῦ λακὼν | Φοῖβός μ' ἔπεμψε δεῦρο διοπετὲς λαβεῖν | ἄγαλμ', Ἀθηνῶν τ' ἐγκαθιδρῦσαι χθονί. Ubi neque melius neque pejus esset ληψόμενον—ἐγκαθιδρύσοντα. Utriusque enim constructionis exempla passim occurrunt. Sed ἰέναι, ἐλθεῖν, ἥκειν et similia longe frequentius cum participio construuntur quam cum infinitivo.

1271, 2. μή μοι τι δράσωσ' οἱ προσήκοντες γένει, | μητρῷον ἐκπράσσοντες ἀνόσιον φόνον.] Vertit Portus, *ne aliquid mihi faciant Creontis cognati, vindicantes injustam caedem matris.* Paullo melius Barnesius et Musgravius, *vindicantes injustam caedem a matre* eorum *perpetratam.* Sed quam ineptum est illud, *ne aliquid mihi faciant Creontis cognati.* Nec solum ineptum, verum etiam poëtae soloecismum tribuit, qui, si eam sententiam reddere voluisset, μή με τι δράσωσι scripsisset. Vide v. 92. 278. 283. Haud dubie scripsit Euripides, μή νιν τι δράσωσ' οἱ προσήκοντες γένει. Recte Buchananus, *ne scelera matris vindicantes impiae | genere propinqui adversus illos saeviant.* Eandem sententiam in Italica versione expressit Carmelius, in Anglica Wodhullus, in Teutonica Bothius. Cum supra v. 278. dixerit noster, μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν, erunt fortasse qui hic etiam μοι servari posse putent, modo subaudiatur αὐτούς. Sed hoc nimis durum videtur, et altera ratio lenissima est. Facile permutantur νιν, μιν, μέν, μοι [a]).

1275. Τί δ' ἔστιν; ἦπου κἄμ' ἀποκτεῖναι θέλει;] Lasc. τί δ' ἐστιν ut Aldus. Rom. A. τί δ' ἔστιν. Sic etiam Lasc. et Aldus v. 62.

*Ibid.* Interrogationis signum in fine versus exhibent edd. omnes. Lascaris, qui saepissime solus eam omittit, hic cum Aldo consentit. Sed particulae ἦπου non aliter interrogationi inserviunt, quam ἴσως, οἶμαι, ὡς ἔοικε, aliaeque similes lo-
279 quendi formulae, quibus ejus, qui loquitur, de re aliqua declaratur conjectura. Ita Euripides Or. 748. ΟΡ. Οὗτος ἦλθ' ὁ τὰς ἀρίστας θυγατέρας σπείρας πατήρ. | ΠΥ. Τυνδάρεων λέγεις; ἴσως σοι θυγατέρος θυμούμενος. Idem valet ἦπου quod hoc ἴσως, in ejusque locum substitui posset, si per metrum liceret. Anglice significat *I suppose*, ut monui ad Heracl. 55. Simili ratione, in Jasonis verbis, ἦπου κἄμ' ἀποκτεῖναι θέλει, aeque

a) Νιν et ἢ confusa sunt, ni fallor, apud Sophoclem Phil. 591. Λέγω. 'πὶ τοῦτον ἄνδρε τώδ', ὥπερ κλύεις, | ὁ Τυδέως παῖς, ἥ τ' Ὀδυσσέως βία, | διώμοτοι πλέουσιν, ἢ μὴν ἢ λόγῳ | πείσαντες ἄξειν, ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος. Longe numerosius esset ἢ μήν νιν λόγῳ. Νιν et ἂν apud Euripidem Herc. 232. εἰ δ' ἦν νέος τε, κἄτι σώματος κρατῶν, | λαβὼν ἂν ἔγχος, τοῦδε τοὺς ξανθοὺς πλόκους | καθημάτωσ' ἄν, ὥστ' Ἀτλαντικῶν πέρα | φεύγειν ὅρων ἂν δειλίᾳ τοὐμὸν δόρυ. Pro tertio ἂν legendum arbitror νιν.

subiecta est praefationi. Adnotatione fere omni iam typis descripta, scholia ad eum perlata sunt, quae A. Matthiae edidit: ex quibus quum intellexisset, partem telae sibi retexendam esse, aliis negotiis praepeditus, id se alio fortassis tempore facturum ait. De hac igitur editione sententiam nostram dicere sic decrevimus, ut quum universe, quid nobis de P. Elmsleii opera videretur, exponeremus, tum iudicium nostrum exemplis, quantum quidem in hac, quae nobis concessa esset, spatii brevitate fieri posset, confirmaremus.

Ac laudamus diligentiam, qua Editor diversitatem scripturae etiam in minutissimis rebus indicavit; qui ut molestissimus labor sit ei, qui eum in se recepit, at utilissimus saepe est utentibus eo. Laudamus etiam curam in explicatione verborum et rerum

grammaticarum adhibitam, gratique accipimus emendationes aliorum quam Medeae locorum copiosissimas. Non diffitemur tamen, universam hanc rationem adnotationum, licet illustrissimorum virorum exemplis monstratam, non ex omni parte nobis probari, ut quibus interpres ea tantum videatur afferre debere, quae ad id ipsum, ut intelligatur scriptor, aliquid conferant. Ea sunt autem, primo verborum significationes et constructionum rationes, deinde mens et sententia scriptoris, ad quam, in poeta potissimum, etiam illud pertinet, ut quae apte, venuste, graviter dicta sint, vel etiam quae incommode, ostendantur; tum historiarum omnisque rei antiquariae explanatio; denique iudicium de toto opere, eiusque compositione, ac virtutibus vitiisve. Non requirimus, ut quis haec simul omnia complectatur: immo bene scimus, alias alio fine institui scriptorum editiones: sed quemcumque quis sibi finem proposuerit, ad eum quae non pertinent, omittenda potius, etiam si utilissima sint, censemus. Nihil enim nisi morantur lectorem, quem consentaneum est intelligendi scriptoris caussa commentarios legere. Nunc si de rebus alienis in commentariis scriptum est, non tam hi scriptoris caussa facti esse, quam scriptor, ut commentarius scribi potuerit, editus videtur. Quamobrem nostra quidem sententia huiusmodi res alienae aut iis locis, in quibus apte afferuntur, reservandae, aut peculiari aliquo variarum observationum libello comprehendendae sunt. Locis enim non suis positae onerant commentarios, et pro elegantia, qua aliter placituri essent, molestos eos ad legendum reddunt. Vellemus Elmsleius hac in re Porsonum imitatus esset,
269 qui quum plurima dare posset, tamen ea tantum, quae ad rem pertinerent, afferenda iudicavit: unde quis est, qui eius adnotationes non maxima cum voluptate legat? Numeramus autem in his, quae nobis aliena videntur, etiam aliquot obiter allatas emendationes, quae partim quod brevissime indicatae sunt, lectori rationes requirenti molestiam creant, partim ex tempore fusae videntur, ut p. 86. ubi Aeschyli locum in Choephoris parum pensitata coniectura tentatum videmus. Praeter illa vero, quae aliena sunt et nihil ad rem faciunt, haud pauca sunt in Elmsleii commentario, quae propterea mallemus omissa esse, quia pervulgata sunt, et nemini ignota: qualia multis exemplis communiri quid opus est?

Contra sunt etiam, quae omissa aegre feramus. Nam quum totus fere commentarius in rebus grammaticis versetur, quas quidem opinamur propterea afferri, ut mens scriptoris intelligatur, id ipsum Editor doctissimus aliquanto, quam debebat, minus curasse nobis videtur. Neque enim dubitamus, si id potius egisset, ut sententiam scriptoris in quoque loco diligenter explanaret, nonnulla eum additurum fuisse, quae non dixit, aut aliter quam

dixit, propositurum. Haec autem sententiarum in quoque loco diligens consideratio, quam saepius ab eo neglectam videmus, monet, ut de eo dicamus, in quo omnium maxime a viro praestantissimo dissentimus. Quamquam enim maximopere laudandam putamus sagacitatem illam ac diligentiam, qua ad res grammaticas, quae alicui dubitationi possint obnoxiae esse, attendere solet: tamen rationem illam, qua in inveniendis et constituendis regulis grammaticis uti consuevit, nullo pacto probamus, immo, ut libere profiteamur, tanto censemus damnosiorem et perniciosiorem esse, quod iam esse quosdam videmus, qui quod non ita pridem in Porsono faciebant, ut, quidquid is dixisset, ipsa veritate verius haberent, id nunc idem in Elmsleio facere incipiant. Leges habere Graecam linguam quis negabit? At non minus certum est, nullam esse linguam, quae liberior sit et maiorem in formandis vel ipsis verbis vel eorum constructionibus varietatem admittat. Quo maior iis, qui hanc tam infinitam copiam explicare student, cautio adhibenda est, ne regulas confingant, quas vix appareat non satis certo fundamento niti. Sed, ut ingenue fateamur, videtur nobis vir doctissimus prorsus vestigia sequi Atticistarum, quos constat exiguo numero exemplorum adductos regulas condidisse, quas postea diligentior pervestigatio aut plane falsas, aut 270
certis tantum conditionibus veras esse intellexit: ut dubitemus, an non satis exploratum habeat, quid sit illud, quod regulam dicimus: quae non est fortuita aliquot exemplorum consensio, sed necessaria parilitas. Atqui necessarium nihil est, nisi quod habet certam rationem, quare sic sit, ut est, neque aliter. Haec ratio in rebus grammaticis pro diversa earum natura diversa est. Est autem triplex: prima, quae solo usu continetur: eaque in his tantum rebus locum habet, in quibus, cur quid ita sit, nulla omnino praeter experientiam caussa inveniri potest, ut cur *νάι* non significet *οὔ*; secunda, quum quale quid sit, ex eo cognoscendum est, quod alia linguae lex, unde illud pendet, verum aut falsum esse docet: cuiusmodi est *ἀμπλακεῖν* et *ἀμπλάκημα* dixisse Graecos, ubi prima syllaba longa est. Nam quod Elmsleio p. 100. una cum aliis placet, etiam producta prima syllaba *ἀπλακεῖν* et *ἀπλάκημα* dictum esse, id nulla auctoritas vincet, ne barbarum, et non minus barbarum esse contendamus, quam si quis nobis *ἀβλὸν* et *ἀβροσίαν* vellet obtrudere. Tertia denique ratio, quae in significationibus maxime vocabulorum et varia constructionum potestate cernitur, ea est, quae fontem habet iustum quum ipsorum vocabulorum interpretationem, tum accuratam locorum, in quibus inveniuntur, contemplationem, unde apparere necesse est, cur quid aut nequeat dici, aut posse dici censendum sit. Hoc enim nisi quis doceat, ne centena quidem exempla unum, quod illis repugnet, convellere poterunt. Ad haec igitur quum Elms-

lejus non satis attendisse videatur, non est mirum, multas ab eo regulas afferri, quas certo scimus ipsum aliquando improbaturum esse.

Sed convertamus nos ad singula, ut, quae diximus, exemplis comprobemus. Afferemus autem talia potissimum, in quibus dissentimus ab Editore clarissimo, non quo reprehendere velimus virum, quem maxime facimus, sed quia censuram, quae nihil aliud quam liber ipse, cuius ea censura est, contineat, inutilem esse existimamus. Sed ne hinc illinc decerpendo cupide quaesivisse dissentiendi materiam videamur, consistemus in adnotationibus ad argumentum fabulae eiusque prologum.

Incipit liber doctis observationibus ad argumentum Medeae a scholiastis scriptum. In his illud mirati sumus, quod vir doctissimus p. 67. ubi, quod in scholiis ad v. 20. de Medea scriptum est, affert, ὅτι δὲ ἐβασίλευσε Κορίνθου, ἱστοροῦσιν Εὔμηλος καὶ
271 Σιμωνίδης, λέγων οὕτως· οὐδὲ κατ' εἰς Κόρινθον, οὐ Μαγνησίαν ναῖεν, ἀλόχου δὲ Κολχίδος συνάστεος Θράνου Δεχαίου τ' ἄνασσε, non modo non adnotavit, quae Eumelus narraverat, ex eo scriptore relata esse a Pausania II. 3, 8. quin partem ipsorum Eumeli de hac re versuum exstare apud schol. Pind. Ol. XIII. 75. Tzetzen ad Lycophr. 174. qui eos etiam ad v. 1024. respicit, et in Catal. Bibl. Matrit. p. 263. tractatosque esse ab Ruhnkenio Ep. crit. II. p. 221. s. sed etiam quod Simonidis verba sic scribenda esse coniecit, Κόρινθον δὲ ναῖεν, οὐδ' ἵκετ' ἐς Μαγνησίαν· ἀλόχου δὲ Κολχίδος συνέστιος, Θράνου Δεχαίου τ' ἄνασσε. Ingeniosam esse hanc coniecturam quis neget? Sed quis non etiam fatcatur audaciorem esse, quam ut ita scripsisse Simonidem credibile sit? Nos quidem etsi scimus quam periculosum sit, tam brevia fragmenta, si gravius corrupta sint, emendare, tamen ita potius scripsisse Simonidem coniicimus: ὁ δὲ χαρεὶς Κόρινθον, οὐ Μαγνησίαν, ναῖεν, ἀλόχου δὲ Κολχίδος συννάστιος, Θράνου Δεχαίου τ' ἄνασσε. Thrani nomen ignotum geographis.

Quae mox p. 68. dicit Elmsleius, scribendum esse in argumento Medeae, τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας, in hoc, ut in omnibus iis, quae accurate de hac re disseruit, neminem fore putamus, qui ab eo dissentiat.

P. 69. Observat ad verba scholiastae παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιΐα, Scaligerum scribere παρ' οὐδενὶ, ut in argumento Orestis legitur. Dein, "nostro loco," inquit, "exspectasses, παρὰ Νεόφρονι κεῖται ἡ μυθοποιΐα:" similiaque affert ex argumento Baccharum et Philoctetae. Non inutile fuisset admonere, illud παρ' οὐδετέρῳ de Aeschylo et Sophocle intelligendum esse. Nam qui ista argumenta scripsit, Thomas M. sive alius supparis aevi grammaticus, eos tantum, qui adhuc superstites sunt, tres tragicos norat. De horum duobus ergo illud παρ' οὐδετέρῳ intelli-

gendum: ac vereor ne idem etiam in Orestis argumento reponendum sit.

Quae sequitur pagina, ea quum alia recte exposuit vir doctissimus, tum illud, has quattuor Euripidis fabulas, Medeam, Hippolytum, Alcestidem, Heraclidas, caeteris antiquiores videri, quod numeros haberent severiores et puriores, quam reliquae, quarum aliae alias negligentia superent, ut Orestes Hecubam. In subiecta adnotatione, "melius," inquit, "de ea re iudicare possemus, si pauciores essent Euripidis tragoediae, quarum aetas nobis prorsus ignota esset." Nobis quidem minime dubia videtur haec ratio tempora tragoediarum ex scribendi incuria constituendi. 272
Nam nos, qui hoc primi observavimus, quum ante hos XII. annos, caussam tantae tragoediarum dissimilitudinis cognoscere cupientes, omnes, quae hodie exstant, Graecorum tragoedias intra paucos dies in id unum intenti perlegeremus, ad singulas, quae melior, quae peior videretur, adnotavimus: quae iudicia quum deinde conferremus cum historicis, quae quidem in promptu essent, argumentis, nullam vidimus negligenter scriptam fabulam priorem esse Olympiade LXXXIX. nullam autem accurate scriptam ea Olympiade posteriorem, sed quo quaeque recentior esset illo tempore, eo plura et maiora continere incuriae documenta. Vnde iure nobis videmur collegisse, etiam de illarum tragoediarum temporibus iudicari posse, quae quando editae essent aliunde non constaret. Neque ad hunc usque diem quidquam se nobis obtulit, quo non confirmari eam opinionem animadverterimus. Et illas quidem quattuor, quas Elmsleius nominavit fabulas, in nostris quoque Adversariis ut antiquae et purae notatae sunt. Nec minus de Hecuba et Oreste cum eo consentimus. Meminerint vero lectores, caute in hoc genere procedendum esse in iis fabulis, quae caeteroquin purae, hic illic tantum negligenter scriptae videntur, ut Alcestis, quam putamus bis editam esse, et iterum quidem eo tempore, quo iam irrepserat ista incuria.

Ingeniose deinde disputat Elmsleius de eo, quod in argumentis adnotari solet, *οὐ σώζεται*, deque numero fabularum Euripidis. Sed redeunt haec ad conjecturas, in quibus multa non possunt non incerta manere. Vnum notabimus, in quo, licet non omnino sua culpa, erravit vir doctissimus. Nam quod in vita Aeschyli scriptum est, fecisse Aeschylum *δράματα σατυρικὰ ἀμφὶ τὰ πέντε*, sic putat intelligendum, non amplius quinque servatas fuisse satyricas fabulas. At de tam exiguo numero non ita dubitanter loquutus esset scriptor iste. Vexavit et fefellit hic locus etiam Boeckhium in libro, quem scripsit de tragicis Graecis, p. 27. Longe aliud quid, sed illud aperte verum duo codices, quos ipsi inspeximus, praebent: *καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἀμφίβολα πέντε*.

Ad titulum Medeae docte disseruit Elmsleius de versibus quibusdam, qui ex Medea Euripidis citantur, quum tamen non extent in ea fabula; affertque quum alia utilia, tum illud; et veteribus saepe accidisse, et recentioribus, ut alios ac volebant
273 auctores librosve nominarent. Et ita lusit casus, ut ipsi id in ea adnotatione accideret, p. 74. Aristophanem pro Euripide dicenti.

Veniamus vero ad ipsum Euripidis textum. Et statim ad v. 2. ubi Ξυμπληγάδας cum Brunckio edidit, de illo ξὺν ubicumque metrum ferat reponendo pauca affert, adiecta longa enumeratione locorum Medeae, in quibus Aldus et Lascaris vel ξὺν vel σὺν exhibuerint. Vellemus nos quidem magnopere, desinerent critici talia contra libros mutare. Tragicos sibi in hac re non constitisse, nec regulam aliquam, sed quod in quoque loco auribus magis blandiretur, vel usitatius esset, sequutos esse, ut metrum, ita rei ipsius natura docet. Similia in Virgilio adnotavit A. Gellius. Omnino autem cogitare debemus, multo facilius huiusmodi constantiam in Thucydidem, quam in tragicos cadere, siquidem hic uno utitur dicendi genere, quod illo tempore in usu erat, tragici autem dictionem usurpant ex patrii sermonis certo temperamento atque epicorum et lyricorum usu compositam, in qua multa sunt, quae eo ipso, quod non sunt Attica, poetica habentur. Quis hodie a poetis exigat, ut huiusmodi in rebus sibi constent? Et tamen antiquos illos, ut morosi ludimagistri pueros, castigamus, quod quae nos scilicet eos observasse volumus non observarint. Simile praeceptum est de praepositione ἐς et εἰς, de qua dixit Elmsleius ad v. 55. quo in genere utilius fuerat, quaerere, quibus in formulis altera forma magis usitata fuisset, quam constantiam poetae obtrudere nimis profecto dubiam. Vellemus vir doctissimus in his tam recto et prudenti iudicio usus esset, ut ad v. 88. ubi egregie de usu formarum communium et poeticarum disseruit.

Ad v. 4. 5. haec scripta legimus: "*Mallem μήτ' ἐρετμῶσαι*, inquit Brunckius. Male. *Μήτε* post *μὴ* vel *μηδὲ* soloecum est. Negant hoc, sed frustra negant, mea quidem sententia, Hermannus ad Sophoclis Ai. 423. (428.) Reisigius in Aristoph. I. p. 189. Citat Matthiae Gramm. Gr. §. 602. Thucydidem III. 48. *καὶ μηδὲ οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτε ἐπιεικείᾳ.* Ubi *μήτε οἴκτῳ* habent omnes fere codices scripti, et primae quattuor editiones. Sed huiusmodi errores etiam contra librorum consensum tollendi sunt. Vide ad v. 1213. 1323." In Thucydidis loco *μήτε* scribendum esse, non est dubium. In censuris Edinburgensibus, quarum auctoritatem Elmsleius ad Aiacis locum affert, quid aut a quo scriptum sit, nescimus: sed idem est, proferre falsam re-
274 gulam, et prolatam sequi. Putamus autem luculentissime in hoc

exemplo ostendi posse, quid sit illud, quod supra in P. Elmsleii regulis grammaticis reprehendimus. Soloecum est, inquit, οὔτε post οὐ, μήτε post μή. Nihil continet haec regula, quod non pridem notum fuerit omnibus, qui Graeca bene didicerant. Satis habeo Im. Bekkerum commemorare, qui multa huius generis vitia in Theognide sustulit. Nec profecto Elmsleium quisquam vituperabit, si idem fecit. At quod id propter regulam facit, quae falsa est, id vero non possumus non improbare. Dupliciter autem falsa est ista regula. Nam primo, si post οὐ et μὴ non potest οὔτε et μήτε dici, potest autem οὐδὲ et μηδὲ, luce clarius est causam huius rei non esse in praegresso isto οὐ vel μὴ, sed in diversa significatione particularum οὔτε et οὐδὲ, μήτε et μηδέ. Deinde etiam si non praecessit οὐ vel μὴ, non οὔτε et μήτε, sed οὐδὲ et μηδὲ dicitur: ἐκ δέ μοι ἔγχος ἠΐχθη παλάμηφιν ἐτώσιον, οὐδ' ἔβαλόν μιν· θάρσει, Δαρδανίδη Πρίαμε, φρεσὶ, μηδέ τι τάρβει. Vt mirandum sit, a F. A. Wolfio in Odyss. β. 82. servatam esse vulgatam scripturam, quae aperte falsa est: ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀκὴν ἔσαν, οὔτε τις ἔτλη Τηλέμαχον μύθοισιν ἀμείψασθαι χαλεποῖσιν: compara Iliad. δ. 22. 429. θ. 459. Itaque nullo modo propter praegressum οὐ vel μὴ, sed propter suam ipsarum naturam particulae οὔτε et μήτε certis in locis poni nequeunt. Hoc ergo ostendendum erat, quae esset illa harum particularum natura, quae eas non ubique poni pateretur; non autem ratio afferenda, quae neque esset ulla, nec posset esse. Falsa vero regulae ratio hoc duplex damnum affert, quod neque intelligi potest regula, et transfertur ad ea, ad quae adhiberi non potest. Quod si οὐ et μὴ non sunt in caussa, quare οὔτε et μήτε sequi nequeat, quomodo vincet vir doctissimus, nusquam eas particulas iungi posse? Sed ne hanc quaestionem ita in suspenso relinquamus, age, ipsi paucis hunc locum grammatices explicemus.

Apertum est autem, rem omnem a vi particularum τὲ et δὲ repetendam esse. Καὶ particula est coniunctiva; τὲ adiunctiva; δὲ disiunctiva. Ἐγὼ καὶ σὺ πορευόμεθα est, *ego et tu imus*: quo indicatur coniunctos ire duos, et instar unius habendos esse, i. e. unum par. Ita dicitur *Castor et Pollux*, i. e. Dioscuri. Ἐγὼ σύ τε πορευόμεθα est *ego tuque imus*; quod qui dicit, se ire significat, altero comitante quidem, sed ita, ut, etiam si non comitaretur, ipse nihilominus iturus esset. Sic dicitur *Senatus Populusque Romanus*: non enim coniuncti in unam communitatem intelliguntur, sed senatum censuisse, idque populum deinde ap- 275
probavisse. Nemo vero dicet ἐγὼ σὺ δὲ πορευόμεθα, quia disiunctiva particula repugnat, ubi quid a coniunctis fieri dicendum est. Contra recte dictum est, ὦ πολλὰ μὲν τάλαινα, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ γύναι: nam quum commune sit hoc, quod multum est, disiungitur id in diversas sibique oppositas partes, miseriam et scientiam

Apparet autem inepte dicturum, qui si miseriam et sapientiam coniunctas dicere vellet, ita diceret, *πολλὰ τάλαινα, πολλά τε σοφή*: non enim sapientiam adiungeret miseriae, sed copiae notionem eidem notioni adnecteret, quod absurdum est. Quare semper in huiusmodi repetitione eiusdem notionis, aliud, quo in diversas partes disiungatur, additum habentis, *δὲ* usurpari videmus, quum quidem illa notio pro communi partium nota est. Aliter minime. Sic quod apud Homerum est, *πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντά τε, δόχμιά τ' ἦλθον*, si communem voles notionem esse multitudinis, dicendum erit, *πολλὰ ἄναντα, πολλὰ δὲ κάταντα, πολλὰ δὲ πάραντα, πολλὰ δὲ δόχμια*; sin minus, necessario dices, *πολλὰ ἄναντα, κάταντά τε πολλὰ, πάραντά τε πολλὰ, δόχμιά τε πολλά*. Redeamus nunc ad *οὔτε* et *μήτε*. Atque apparebit iam, opinor, non eas particulas omnino, sed certa tantum conditione non posse post *οὐ* et *μὴ* poni. Etenim ubi coniuncta in unum cogitari volumus, quorum communis sit negatio, diversa autem ea, quae negantur, ibi necessario *οὐδὲ* et *μηδὲ* dicendum est. Absurdum foret enim, negationem cum negatione, i. e. idem secum ipso in unum coniungi. Dividi vero in partes, quod unum est, recte potest: cui rei inservit disiunctiva particula *δέ*. Fac enim vel maxime natura sua coniuncta esse, quae sic enunciantur, e. c. hoc Theognidis v. 425. *πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον, μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου*· aut illud eiusdem v. 1214. *ἀργαλέη δ' οὐκ ἔπι δουλοσύνη, οὐδ' ἡμᾶς περνᾶσι*· tamen ineptum quid et absurdum habebis ubi *μήτε* et *οὔτε* posueris, idque tanto magis, quo illa sunt magis similia. Hoc enim dices: *optimum est, natum non esse, praetereaque lucem non videre: non adest servitus, praetereaque non vendunt nos.* Clare intelligetur discrimen, ubi copulam ab negatione removeris. Recte enim iam dices, *μὴ φῦναι, μὴ ἐσιδεῖν τε αὐγὰς ἠλίου· οὐκ ἔπι δουλοσύνη, οὐ περνᾶσί τε ἡμᾶς*. Vt hic ineptum foret *δὲ*, quia haec adiuncta sibi, non disiuncta sunt, ita ineptum est *οὔτε* et *μήτε*, quia adiungit idem eidem. Nam illud est, *aio non servire et non vendi*; hoc autem, *nego servitutem et nego venditionem*,
276 quod est discreta seorsim negantis, non coniuncta negantis simul. Similis ratio est, ubi nulla negatio praecessit. Nam quum negativa sententia natura sua opposita sit sententiae affirmativae, non potest coniungi cum ea, sed disiungenda est. Remove particulam *τε* a negatione, quo facto habebis duas affirmativas sententias, et recte ea utere: ut in illis Homericis, quae supra attulimus: *ἐκ δέ μοι ἔγχος ἠΐχθη παλάμηφιν ἐτώσιον, οὐκ ἔβαλόν τέ μιν· θάρσει, μὴ τάρβει τε.* Vtrumque recte dices etiam sic, *καὶ οὐκ ἔβαλόν μιν· καὶ μὴ τάρβει.* Tantumdem est enim atque *ἥμαρτόν τε, εὔθυμος ἴσθι*. Sed pone *δὲ* in sententia affirmativa, et senties repugnare: *ἔγχος ἠΐχθη ἐτώσιον, ἥμαρτον δέ· θάρσει, μὴ*

τάρβει δέ. Eadem vero ratione, qua negativa sententia affirmativae opposita δὲ requirit, etiam affirmativa, si negativae opponitur, hanc sibi particulam vindicat: οὐκ ἔτυχον, ἥμαρτον δέ· μὴ τάρβει, θάρσει δέ.

Hactenus quae attulimus, iis hoc nos putamus effecisse, ut regulam istam non ita exprimi debuisse appareat, οὔτε et μήτε non post οὐ et μὴ poni. Iam vero ostendamus, etiam eo falsam esse eam regulam, quod negat fieri, quae est ubi recte fiant. Nolo talia commemorare, quale hoc Theognidis est v. 535. οὔ ποτε δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα πέφυκεν, ἀλλ' αἰεὶ σκολίη, καὐχένα λοξὸν ἔχει· οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὐδ' ὑάκινθος, οὔτε ποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλευθέριον: quamquam haec quoque regulae isti repugnant. Sed utar aliis. Est autem haec duplex ratio. Ac primo recte ponitur οὔτε et μήτε post οὐ et μὴ, ubi οὐ et μὴ pro οὔτε et μήτε dictum est. In huiusmodi enim locis non additur negatio negationi, sed una negatio distinguitur in partes. Οὔτε ἀνὴρ, οὔτε γυνὴ nemo negabit recte dici. Οὐκ ἀνὴρ, οὔτε γυνὴ, si haec coniuncta cogitari volumus, perperam dici ex iis, quae supra disputavimus, sequitur. At idem ubi sic dicitur, ut οὐ pro οὔτε sit, quod quum fit, aliter pronunciari haec verba debent, quam quum dicitur οὐκ ἀνὴρ, οὐδὲ γυνὴ, recte iunguntur istae particulae. Quis nescit illud: ἐπεὶ οὐ ἔσθεν ἐστὶ χερείων οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, οὔτ' ἄρ φρένας, οὔτε τι ἔργα? Illa, οὐδὲ φυὴν, ad οὐ δέμας, adiecta sunt cum oppositione quadam: haec vero, οὐ δέμας, οὔτε φρένας, οὔτε ἔργα, distinguuntur ut partes, quarum communis est negatio. Aeschylus Pers. 586. τοὶ δ' ἀνὰ γᾶν Ἀσίαν δὴν οὐκ ἔτι περσονομοῦνται. οὐκ ἔτι δασμοφοροῦσιν δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις, οὔτ' ἐς γᾶν προπιτνοῦντες ἄρξονται· Heathius (iam hic enim regulam istam norat) scribi volebat οὐδ' ἐς γᾶν, quod in nullo libro est. Homerus Od. δ. 566. οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτε πότ' ὄμβρος: quod Iosephus de B. I. II. 8. p. 165. 277 apte citatus a Windeto, cuius notitiam debemus doctissimo Barkero in Recreationibus Classicis p. 348. ex illo ipso Homeri loco ita expressit: χῶρον οὔτε ὄμβροις, οὔτε νιφετοῖς, οὔτε καύμασι βαρυνόμενον. Odyss. ε. 136. ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι. Ac ponitur etiam οὔτε et μήτε omisso οὐ vel μὴ, quod quidem pro οὔτε et μήτε sit. Aeschylus Choeph. 292. δέχεσθαι δ' οὔτε συλλύειν τινά. Isaeus de Philoctemonis hered. p. 132. ed. Reisk. παραδοῦναι οὔτε λαβεῖν ἠθέλησαν. Et p. 147. ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι, νόθῳ μήτε νόθῃ εἶναι ἀγχίστειαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων. Sic scribendum videtur pro μηδὲ νόθῃ. Admodum libere enim particulas huiusmodi tractat lingua Graecorum. In his quidem particulis rariora sunt haec, alterum οὔτε plane omissum apud Aeschylum Eumen. 502. vel ὡς δ' αὕτως pro eo positum apud

Theognidem v. 1159. 1270. At δὲ quidem saepius infertur, ut Iliad. η. 33: Intelliget iam, ut opinor, vir doctissimus, cur in Aiacis loco, quem in adnotatione sua attigit, servandum esse οὔτε contenderimus. Non minus μήτε servandum videtur in Sophoclis Oed. Col. 495. λείπομαι γὰρ ἐν τῷ μὴ δύνασθαι μήθ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν. Vbi si μὴ pro μήτε dictum accipimus, recte se habet, quod sequitur, μήτε. Apertum est autem, tum esse coniunctim pronunciandum μὴ δύνασθαι μήθ' ὁρᾶν; sin μηδὲ scribimus, divisim, μὴ δύνασθαι, μηδ' ὁρᾶν. Huiusmodi autem multi loci sunt. Hesiodus O. et D. 188. οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου, οὔτ' ἀγαθοῦ. Potuit sic, potuit vero etiam, ut apud Stobaeum legitur, οὐδὲ δικαίου, οὐδ' ἀγαθοῦ, si divisim ut diversa, non ut copulata et partes unius proferri voluit. Theognis v. 1. οὔποτε σεῖο λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀναπαυόμενος. Potuit οὔτε scribere, si vel οὔποτε pro οὔτε ποτὲ dixit, vel οὔτε ante ἀρχόμενος intelligi voluit. Pariterque v. 125. οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον οὔτε γυναικός: ubi Bekkerus οὐδὲ dedit, ut est apud Aristotelem Eth. Eudem. VII. 2. In Sophoclis Oed. R. 817.— ᾧ μὴ ξένων ἔξεστι, μηδ' ἀστῶν τινὰ δόμοις δέχεσθαι, μηδὲ προσφωνεῖν τινά, alii habent μήτ' ἀστῶν τινά, recte, si μὴ ξένων pro μήτε ξένων dictum. Eodemque modo defendi potest hoc v. 824. καί μοι φυγόντι μή 'στι τοὺς ἐμοὺς ἰδεῖν, μήτ' ἐμβατεύειν πατρίδος. In Oed. Col. 731. ὃν μήτ' οἰκεῖτε, μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν, nonnulli libri, ὃν μήποτ'. Quod si quis ὃν μήποτ' οἰκεῖν scribendum putabit, recte habebit oratio, dum illud pro μήτε ποτὲ accipiatur.

278 Sed dicatur iam de altera ratione. Ac videndum erat his, qui οὔτε post οὐ poni posse negant, ne cogitari posset eiusmodi conformatio sententiarum, qua etiam necessaria redderetur istarum particularum coniunctio. Notum esse putamus iis, qui accuratiorem habent Graecae linguae scientiam, id quod supra dicebamus, particulam τε usurpari, ubi quid adnectitur, quod ad rem, de qua sermo est, non pertinet, neque cum ea cohaeret. Pleni exemplorum sunt praeter Homerum historici. Thucydides I. 25. ἐλθόντες δὲ οἱ Ἐπιδάμνιοι ἐς τὴν Κόρινθον, κατὰ τὸ μαντεῖον παρέδοσαν τὴν ἀποικίαν, τόν τε οἰκιστὴν ἀποδεικνύντες σφῶν ἐκ Κορίνθου ὄντα, καὶ τὸ χρηστήριον δηλοῦντες· ἐδέοντό τε μὴ σφᾶς περιορᾶν διαφθειρομένους: i. e. *praetereaque orabant*. Nullo modo poterat ἐδέοντο δὲ dicere: quod si fecisset, aut hoc, auxilium petere legatos, ut rem primariam commemorasset: *orabant autem*; aut utrumque, quod fecisse legatos dicit, in unum coniunxisset, divisissetque in duas partes sibi ipsis adversantes: παρέδοσαν (μὲν) τὴν ἀποικίαν, ἐδέοντο δέ: quod propter rem ipsam hic facere non licebat. Fac iam, utramque sententiam negativam esse: quomodo iungi eas voles? utrumne per δὲ, quo vidimus iungi non posse,

an per τὲ, qua particula iungi necessario debent? Hoc vero, opinor. Itaque si negasset Thucydides, quae nunc affirmat, sic scribere debuisset: ἐλθόντες δὲ οἱ Ἐπιδάμνιοι ἐς τὴν Κόρινθον, οὐ παρέδοσαν τὴν ἀποικίαν· οὔτε ἐδέοντο μὴ σφᾶς περιορᾶν διαφθειρομένους. Et profecto ita loquuti sunt. Afferamus primo dubia quaedam exempla. Hesiodus O. et D. 184. μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσιν, σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες· οὔτε μὲν οἵγε γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν. Sic aliquot codd. in iisque Vitebergensis. Alii οὐδὲ μέν. Homerus Iliad. χ. 265. ὣς οὐκ ἔστ' ἐμὲ καὶ σὲ φιλήμεναι· οὔτε τι νῶϊν ὅρκια ἔσσονται. Hoc servavit Wolfius etiam in novissima editione. Aliquot libri οὐδέ. Certiora sunt haec: Odyss. ι. 146. ἔνθ' οὔτις τὴν νῆσον ἐσίδρακεν ὀφθαλμοῖσιν· οὔτ' οὖν κύματα μακρὰ κυλινδόμενα προτὶ χέρσον εἰσίδομεν. Et ibidem v. 119. οὐ μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει· οὐδέ μιν εἰσοιχνεῦσι κυνηγέται, οἵτε καθ' ὕλην ἄλγεα πάσχουσιν, κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες· οὔτ' ἄρα πολιμηισιν καταΐσχεται, οὔτ' ἀρότοισιν. Iliad. χ. 199. ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν, οὔτ' ἄρ' ὃ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὔθ' ὃ διώκειν. Atque in huiusmodi locis, in quibus οὔτε—οὔτε est, erunt fortasse, qui sententiam explicationis caussa sine copula adiectam putabunt: sed his accurata observatio sermonis Homerici melio- 279
rem viam monstrare poterit. Caeterum illud οὔτε—οὔτε saepe etiam affirmativae sententiae adiicitur, ut Iliad. α. 490. β. 203. ρ. 357. Hesiod. O. et D. 663. Sed redeamus ad οὔτε post οὐ positum. Et quaedam quidem ex illis quae attulimus exemplis certa sunt, minimeque dubia. Sed considerabimus pauca ex illis, quae Werferus attulit in Actis Monacens. T. I. p. 261. Mirum est hoc Herodoti I. 2. et 3. de Graecis Medeam regi Colchorum reddere nolentibus: τοὺς δὲ ὑποκρινασθαι, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοὺς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς, οὐδὲ ὧν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι. δευτέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκόότα ταῦτα, ἐθελῆσαί οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δι' ἁρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, ἐπιστάμενον πάντως ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὔτε γὰρ ἐκείνους διδόναι. Quis non pro οὔτε hic οὐδὲ, pro geminato isto οὐδὲ autem οὔτε exspectet? Sed hoc quidem recte dictum est, etsi potuerat etiam per οὔτε. At etiam alterum, licet et Werferus οὐδὲ scribi voluerit, et Schaeferus id in textu posuerit, videtur defendi posse: defendendumque erit tanto magis, quo minus veri simile est, librarios insolens illud οὔτε, praesertim praegresso paucis ante verabus οὐδὲ in eadem formula, tam constanter hic exhibituros fuisse, ut οὐδὲ ex uno tantum codice adnotatum habeamus. Nobis quidem hic οὔτε egregie convenire videtur stilo Herodoti. Paullo ante bis dixerat οὐδὲ, ut relationem comparationemque duorum inter ipsa indicaret: *ne illos quidem satisfecisse; itaque ne se quidem satisfacturos.* Hinc iam, οὔτε dicens, absti-

net a comparatione: quumque dicere velit, Medeae exemplo edoctum Alexandrum certo credidisse non repetitum iri Helenam, non opus habet afferre rationem (iam attulerat enim) sed satis ducit allatam repetere. Quae si non fuisset ante commemorata, dicere debebat, *οὐδὲ γὰρ ἐκείνους διδόναι*: *nam etiam illos non reddere.* Nunc vero mentionem eius tantummodo faciens, recte, quasi in parenthesi addit, *namque illos non reddere*, *οὔτε γὰρ ἐκείνους διδόναι.* Non minus recte se habet alius Herodoti locus III. 155. verba Zopyri continens, qui Babylonis capiendae caussa se ipse diris cruciatibus affecerat: *οὐκ ἔστι οὗτος ὦ ἀνὴρ ὅτι μὴ σὺ, τῷ ἔστι δύναμις τοσαύτη ἐμὲ δὴ ὧδε διαθεῖναι· οὔτε τις ἀλλοτρίων, ὦ βασιλεῦ, τάδε ἔργασται, ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ ἐμεωυτόν.* Si *οὐδὲ* dixisset, sensus foret, ut paucis comprehendam, hic: *nemo hoc nisi tu fecisti; non vero per alium, sed per me ipsum.* Nunc quum *οὔτε* dixerit, hoc ait: *tu hoc fecisti, idque non per alium, sed per*
280 *me ipsum.* Finem faciamus in loco Isocratis, quem Werferus attulit, in Panegyr. c. 29. Purgat ibi orator cives suos propter supplicium Meliorum et Scionaeorum, cuius crudelitas ipsis vitio vertebatur. Ea in re his utitur verbis: *ἔπειτα, εἰ μὲν ἄλλοι τινὲς τῶν αὐτῶν πραγμάτων πρότερον ἐπεμελήθησαν, εἰκότως ἂν ἡμῖν ἐπιτιμᾶτε· εἰ δὲ μήποτε τοῦτο γέγονε, μήθ' οἷόν τέ ἐστι τοσούτων πόλεων τὸ πλῆθος κρατεῖν, ἢν μή τις κολάζῃ τοὺς ἁμαρτάνοντας, πῶς οὐ δίκαιόν ἐστιν ἡμᾶς ἐπαινεῖν, οἵτινες ἐλαχίστους χαλεπήναντες πλεῖστον χρόνον τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν ἠδυνήθημεν;* Poterat quidem hic quoque *μηδὲ* dici: sed quis mutari librorum scripturam volet, qua nihil hic aptius fingi potest? Plane enim quo debet officio fungitur particula *τέ*, ut adnectat, quod ad rem ipsam non pertinet: argumentum enim oratoris hoc est: si alii mitiores fuissent, iure nos reprehendent: sed si numquam se tales praebuerunt, laudare nos debebunt. Quidquid ex illo *μήτε* pendet, fortuitum est *et* casu accedit, ut minime ad illos, qui reprehendunt, pertinens, sed ad solos spectans Athenienses: *sed si numquam se tales praebuerunt, praetereaque tanta civitatum multitudo coerceri sine poenis nequit, laudare nos debebunt.* Sed satis dictum videtur, ut ostenderemus, caecam esse regulam, quae numero, non vi exemplorum niteretur.

Ad v. 5. nonnulla attulit Elmsleius de formula *χεῖρας ἐρετμῶσαι.* Hic non debebat negligi, quod Ruhnkenius ad Orph. Arg. 360. (356) et nos ad Orphica p. 815. adnotavimus, Nonnum hac ex Euripide sumpta formula delectari. Omninoque non est Nonni imitatio negligenda interpreti Euripidis: quod si reputasset Monkius ad Alcest. 460. non repudiasset verissimam emendationem Scaligeri. Ad eumdem Medeae versum observat Elmsleius, Wakefieldium, Porsonum, Schaeferum *ἀνδρῶν ἀριστέων* scribendum censere, et, quum nonnulla de voce *ἀριστεύς* adiecisset, "nihil,"

ι, "lenius hac coniectura, cui tamen obiici potest, quod ae-
ene dicitur ἀνδρῶν ἀρίστων. Ἀριστεὺς quidem non usurpa-
› sensu, quo dicitur Med. 923. ἀνδρός τ' ἀρίστου σοῦ τυχόνθ'
ἕστου. Sed *optimates* non minus bene ἄριστοι quam ἀριστῆς
lantur." Mirum vero, virum doctissimum, qui ab exem-
etiam ubi nihil exemplis efficitur, praesidium petere soleat,
ubi quam maxime opus erat exemplis, nulla attulisse. Recte
qui ἀριστέων scribendum contendunt. Nam hoc solum huic
aptum est, quia de sola hic nobilitate sermo esse potest.
n ἄριστοι ubi optimates intelliguntur, non proprie sunt opti- 281
, sed, ut necesse est, praestantissimi. Quo autem in genere
ne sit praestantissimus, utrum natalibus, an corporis robore,
genio, an sapientia, loci cuiusque conditio ostendere debet.
si optimates hic intelligi volebat Elmsleius, demonstrandum
t, etiam ubi nihil additum esset, unde cognosceretur, qua
juis optimus esset, optimatem ita dici. Ad id autem exem-
pus erat; quae non putamus inveniri posse, nisi corrupta.

12. Quum vulgo legeretur, ἀνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν
λίκετο χθόνα, Porsonus ex Brunckii coniectura πολίταις edi-
Vulgatam in constructione laborare putat Elmsleius, ut ad
defendendam huiusmodi exempla proferri debeant, ut si
ius dixisset, *vestra est urbem quam statuo*. Itaque quod eos
, qui hunc locum tentarunt, fugisse ait, φυγὴ scribendum
id ipse in textu posuit, ut haec verba omnia in appositione
: ad illa, quae de Medea dicuntur, κατῴκει τήνδε γῆν Ko-
ν. Cuiusmodi appositionem etsi exemplis quibusdam com-
e studet, tamen non persimilis iis est hic locus. Possemus
xplicatius demonstrare: sed ne longi simus, durissimam hic
nus talem appositionem fore, quum propter alia, tum quia
sequitur, αὐτή τε, non ad φυγῇ, sed ad Medeam spectans.
, si quidquam, sincera videtur vulgata. Ipse Elmsleius
simillimum attulerit exemplum ex Heracl. 67. ἐγὼ δὲ τούσ-
ὃν σὺ μηδὲν ἕλῃς, ἄξω κομίζων, οὑπέρ εἰσ' Εὐρυσθέως, i. e.
σθεῖ, οὑπέρ εἰσι, vel, οὑπέρ εἰσ' Εὐρυσθέως, τούτῳ· si
ιε locum paullo accuratius considerasset, vidisset, non πο-
pro πολίταις, sed χθόνα pro χθονὶ dictum esse: πολιτῶν
λίκετο χθόνα, ταύτῃ ἀνδάνουσα.

13. "Stobaeus," inquit, "αὐτὴ δὲ, quod recte admisit Bec-
neglexit Porsonus. Opponuntur ἀνδάνουσα μὲν φυγῇ, et
δέ." Iniuria reprehendit Porsonum, qui nobis multo accu-
videtur mentem poëtae perspectam habuisse. Recte enim
Euripidis αὐτή τε. Nam verbis ἀνδάνουσα μὲν aperte respon-
haec v. 16. νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα.

14. Iterum notat Porsonum, ἦκον, quod apud Pseudogre-
n legitur, non male se habere affirmantem, quod ipse hic

usurpari non posse contendit, si vera sint, quae ad v. 1275. dicturus sit. At et quae illo loco, et item ad v. 678. de particulis ἦπου affert, minime vera sunt, sed, quum ad veram earum
282 vim non attendisset, atque illud *I suppose*, quemadmodum eas vertendas putat, ubique locum habere existimaret, fieri non potuit, quin de aliquot locis aliter ac debebat iudicaret. Hoc quoque luculentum exemplum est, quantum referat, recte an male regulam constituas. Nam non ἦπου significat *I suppose*, sed ea tantum posterioris particulae vis est, et ne huius quidem sic, ut ubique ita verti possit; ἦ autem, quod ei praemittitur, plerisque in locis ὄντως significat, recteque sic interpretatus est glossator in Medeae v. 14. quem reprehendit Elmsleius ad v. 1275. Plene utramque particulam explicat Hesychius: ἦπου, ὄντως που. Conferat Sophoclis Ai. 624. Trach. 846. 847. Philoct. 1230. Alibi illud ἦ particula est interrogativa, ut in Aeschyli Prom. 520. ἦπου τὶ σεμνὸν ἐστιν, ὃ ξυναμπέχεις;

V. 80. De verbis ἦν μήποτε στρέψασα πάλευκον δέρην αὐτὴ πρὸς αὑτὴν πατέρ' ἀποιμώξῃ φίλον, "in vulgata," inquit, "ἦν μήποτε accipiendum pro πλὴν ὅτ' ἄν, constructione minus usitata. Quo sensu nescio an praestet ἀποιμώξῃ." Sensum recte indicavit: nec miramur, quod hanc constructionem minus usitatam dicit. Quin plane falsa est. Sed quid est, quod vir doctissimus non, quod quivis faciat, qui locum accuratius inspiciat, divisim scripsit μή ποτε? Sic nihil nec perperam, neque insolenter dictum. Non esse autem idem μήποτε et μή ποτε per se planum est. De ἀποιμώξῃ reponendo non dubitamus accedere. Dolemus vero, quod iis in rebus, quae non exemplis, sed ratione reddenda opus habent, nimis brevis, simulque anceps animi esse solet. Si aoristus id, quod vel semel fit, vel celeriter peragitur, praesens autem vel rem saepius repetitam, vel diuturniorem significat, facile iudicari, quid quoque loco praeferendum sit, potest. Et hoc argumento uti debebat etiam ut ἁρπάζητε in Sophoclis Antig. 311. reponi vellet, potius quam illo, Doricum esse ἁρπάζητε, quod ne satis quidem verum est. Quod addit de Euripidis loco, "nec male se habet ἀποιμώζει, modo legatur εἰ μήποτε," valde dubitari potest, an εἰ hic non recte se habiturum esset, quaerique ea de re diligentius non sine fructu poterat.

V. 84. Observat nominis συμφορὰ singularem et pluralem saepe a librariis permutatos esse. Sed quod ait de Hippolyti v. 1255. αἰ αἰ, κέκραναι συμφοραὶ νέων κακῶν, "ita olim soloece legebatur," veremur, ne hic quoque cautius loqui debuerit. Nam primo dubitatur adhuc, an κέκραναι etiam pluralis esse possit. De-
283 inde verbum singulare, praepositum illud nomini plurali, certa conditione nec soloecum, nec schema Pindarium, sed usitatum et-

iam Atticis est. Non fugit hoc Buttmannum in gramm. Gr. §. 116. not. 2, 6.

V. 41. Bene disputat Elmsleius ad hunc locum de scriptura τυράννων et τύραννον, ostenditque, non hic de Creonte, sed de filia eius debere sermonem esse. Itaque quum glossa cod. A. habeat θηλυκῶς, τὴν Γλαύκην, et glossa cod. B. τὴν atque ἤτοι τὴν Γλαύκην, ita statuit, τύραννον hic Anglice reddendum *the princess*, affertque verba γήμας τύραννον v. 847. De interpretatione loci neminem non habebit assentientem. Vellemus tamen accuratius hic et subtilius disputasset vir doctissimus. Nos quidem certe magnopere veremur, ne soloecismum reliquerit. Verba poetae sunt, ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ. Concedimus, ex additis τόν τε γήμαντα facile intelligi posse, τύραννον de femina dictum esse. Verum id nihil ad rationem grammaticam. Τύραννος enim adiectivum est, quod de viro dictum in substantivum vertit. De muliere substantivi loco usurpatum esse, neque exemplo ullo nobis constat, nec veri simile putamus propter ambiguitatem. Videmus autem, ubicumque de muliere dicitur, aperte adiectivum esse, ut νύμφη τύραννος in Medea v. 1034. et alibi, ideoque, ubi substantivum non additur, articulum adhici. Nec probare poterit Elmsleius illo loco, quem affert, v. 847. per se substantivi vicem sustinere hoc nomen. Nam quod ibi dicitur, non minus quam reliqui loci omnes, adiectivum requirit, quia idem est ac si dixisset γήμας γυναῖκα τύραννον οὖσαν. Quod si v. 41. sensus mulierem dici postulat, grammatica autem id fieri vetat, videndum erat, ne τυράννην potius vel τύραννιν scripsisset Euripides. *Tyrannas et tyrannides* dixit Trebellius Pollio de mulieribus, ad quem v. Salmas. p. 822. Et in glossis quidem, quas ille affert, et in libro Esther 1. 18. (Stephanus nominat caput 2.) scribitur τυραννίδες. Verum etsi canon grammaticus τυραννίς, τυραννίδα dici postulat, tamen suspicari licet, significationis diversitatem fecisse, ut ad aliam analogiam, de qua Eustathius p. 381, 6. 1403, 68. τύραννις, τύραννιν de regina diceretur. Sed ne voces minus usitatas obtrudere Euripidi velle videamur, (quamquam non pauca in glossis illis et scriptoribus sacris perantiqua vocabula latent) quid est, cur Elmsleius, quum scholio ad h. l. praefixum legeretur τυράννοις, id in τύραννον mutare, quod etiam Matthiae fecit, quam verioris scripturae vestigium agnoscere, et τυράννους non modo in scholio, sed etiam in ipso textu Euri- 284
pidis reponere maluerit? Ita Creon et Glauce comprehendentur hoc nomine, nec quidquam erit, quod aut ad sensum, aut ad grammaticam desideretur.

V. 53. Hic commemoratur scripturae varietas in verbo πιτνεῖν in Medea. "Unice," inquit, "verum est πίτνοντα, de qua forma dixi ad Heracl. 77." Laudamus, quod movit hanc quaestionem:

sed quod rem nondum maturam pro iudicata habuit, idque ne probabilibus quidem rationibus usus, id vero parum considerate factum contendimus. Videamus quid dicat ad Heraclidas. "*Πιτνῶ* verbum circumflexum esse statuerunt grammatici, cuius aoristus esset *ἔπιτνον*. Hinc passim apud Euripidem reperias *πιτνῶ*, *πιτνεῖς*, *πιτνεῖ*, *πιτνοῦσι*, *πιτνεῖν*, *πιτνῶν*, *πιτνὼν*, *πιτνοῦσα*, *πιτνοῦντες*, *πιτνόντες*, et similia; nunquem *πίτνω*, *πίτνεις*, *πίτνει*, *πίτνουσι*, *πίτνων*, *πίτνουσα*, *πίτνοντες*. Diversae sunt eiusdem verbi formae *πίπτω* et *πίτνω*, ut *μένω* et *μίμνω*. Veram scripturam ab Heathio propositam, celato Heathii nomine adoptavit Brunckius apud Soph. Oed. C. 1754. *Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι.* Quod paullo ante in eadem fabula v. 1732. legitur, *ἔπιτνε*, praeteritum imperfectum est. Apud nostrum Supplic. 691. *πιτνόντων* participium esse praesentis temporis ostendunt alia duo participia in eadem sententia, *ἐκκυβιστώντων* et *λειπόντων*." Videntur haec movisse nonnullos, ut plane assentirentur. Nobis non satisfaciunt. Primo grammaticos vellemus citasset, qui de hoc verbo praeciperent. Magnum de eo verbo apud plerosque silentium est: nec mirum, quum non modo poeticum sit, sed ne ipsorum quidem poetarum alii, quam lyrici et tragici eo utantur. Habet Hesychius *πιτνεῖ*, Moschopulus *περὶ σχεδῶν* p. 86. *πιτνῶ*. Eustathius autem p. 1173, 52. memorat *ἔχω*, *ἴσχω· ὀρέγω*, *ὀρέγνω· μένω*, *μίμνω· γένω*, *γίγνω· πέτω*, *πίτνω καὶ πίπτω· ῥίπω*, *ῥίπτω*. Favorinus in v. *πίπτω: πιτνῶ*, *τὸ πίπτω· Εὐριπίδης, αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ*. Scholiastes MS. Aeschyli ad Sept. c. Th. 765. *ἐκ τοῦ πίπτω γίνεται ἄχρηστον ὄνομα πιπτὸν, ἀφαιρέσει δὲ τοῦ δευτέρου π, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν, πιτνὸν, ἤτοι προσπῖπτον καὶ διαῤῥηγνύμενον*. Qui nisi vehementer corruptus est, *πιτνὸν* pro adiectivo habuerit necesse est. Sed ex his omnibus nihil lucri. Deinde quae dicit vir doctissimus, pro auctoritate magis dicta sunt, quam argumentis fulta. Esto, quemadmodum *μίμνω* ad *μένω*, sic *πίτνω* se habere ad *πέτω*. Hoc enim, non *πίπτω*, commemorandum erat. Quid inde sequitur? Nihil aliud,
285 quam non repugnare analogiam. Itaque certe hoc afferendum erat, quum plurima ad hanc analogiam formata sint verba, paucissima exstare, quae formam contractam habeant, ut *ῥιπτῶ*, *ἰνοῦμαι*. Ita saltem dubitationem de isto *πιτνῶ* auxisset. Porro quod affert, *προσπίτνομεν* ab Heathio et Brunckio apud Sophoclem repositum, id nihil probat. Controversum est enim, an debuerit reponi. Plane vero pro arbitrio dicit, in eadem Sophoclis fabula v. 1732. *ἔπιτνε* imperfectum esse. Nam requiritur ibi aoristus. Eodem aoristo usus est Pindarus, cui nuper eum in novissima editione Heyniana restituimus, Ol. II. 42. ubi miramur, Boeckhium imperfectum *ἐπίτνει* posuisse, quod alienum ab eo loco est. Quod porro ait Elmsleius, in Supplicibus Euripidis v.

691. πιτνόντων praesentis participium esse, ex eo cognosci, quod alia duo in ea sententia sint participia praesentis, hoc argumentum nec per se ullam vim habet, quia non quod caetera verba tempus habeant, sed singula quod habere debeant, spectandum est: quis enim contendat, πίπτων καὶ κείμενος, ac non πεσὼν καὶ κείμενος dicendum esse? multo minus autem in isto loco illa praesentis participia quidquam probant. Verba haec sunt:

τί πρῶτον εἴπω; πότερα τὴν εἰς οὐρανὸν
πόνιν προσαντέλλουσαν ὡς πολλὴ παρῆν,
ἢ τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους
ἵμᾶσιν, αἵματός τε φοινίου ῥοᾷ,
τῶν μὲν πιτνόντων, τῶν δὲ, θρανσθέντων δίφρων,
εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων βίᾳ,
πρὸς ἁρμάτων τ' ἀγαῖσι λειπόντων βίον.

Intelligunt πιτνόντων de aurigis. At ita vix differunt, qui ἐκκυβιστῶντες βίᾳ dicuntur. Hi vero non videntur illi esse posse, quorum currus frangebantur: nam eversis potius curribus proni in caput volvuntur aurigae, quam confractis. Omninoque illud πιτνόντων de aurigis dictum nimis nudum est et languidum. Ex his intelligitur, ita esse interpungendum, τῶν μὲν, πιτνόντων, τῶν δὲ, θρανσθέντων δίφρων. Sic omnia recte apteque dicta sunt: *quum alii eversis curribus, alii confractis, illi proni in caput ruerent, hi curruum ruina laniarentur.* Itaque hic locus aperte aoristum, non praesens tuetur. Apparere ex his putamus, alio modo demonstrari debuisse, quod volebat, unice verum esse πίτνω: miramurque profecto tam imbecillis argumentis permotum 886
esse virum praestantissimum, ut formam contractam ubique expellere conaretur. Periniqua vero fortuna accidit, ut plerique omnes loci nihil, quo dirimi res possit, praebeant. Afferamus potiores ex his. Apud Aeschylum in Persis v. 461. ed. Rob. τοξικῆς τ' ἀπὸ Θώμιγγος ἰοὶ προσπίτνοντες ὤλλυσαν. Hoc loco uti Elmsleium conveniebat. Necessarium enim hic praesentis participium est, nec recte nos ad Herc. fur. 1371. aoristum tueri conati sumus. At nihil tamen hoc exemplo efficitur. Caeteri enim libri veteres προσπίπτοντες. Robertelli autem editio, quae Triclinii recensionem exhibere videtur, quid aliud, quam ut Triclinii illam esse correctionem credamus, faciet? Itaque nisi aliunde confirmabitur haec forma, potius προσπιτνοῦντες scribendum censebimus. In eadem fabula v. 590. οὔτ' ἐς γᾶν προπίτνοντες ἄρξονται nonnulli ediderunt. Libri veteres προσπίτνοντες, προσπίπτοντες, Vitebergensis προσπιτνῶντες. Est hic quoque praesentis participio opus: sed nihilo certiores nos reddunt libri. Dirimeret litem Sophocles Oed. Col. 1754. ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι, si id libri haberent, et quidem aut multi, aut boni. At

omnes προσπίπτομέν σοι, ut in perpetua horum verborum commutatione eodem iure, quo illud posuit Brunckius, etiam προπιτνοῦμέν σοι scribere possimus. Etiam Aeschylus rem conficeret Sept. ad Theb. 764. κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει· τὸ μὲν πιτνὸν, ἄλλο δ' ἀείρει τρίχαλον, nisi hic, prouti interpungas et verba interpreteris, et praesentis participio et aoristi locus esset; praesentis, si ἄγει, commate apposito, cum participio coniungitur; aoristi, si, ut vulgo, colo distinguitur post ἄγει, ut sensus sit, ἄλλου πιτνόντος ἄλλο ἀείρεται, simili orationis forma, ut apud Sophoclem Oed. Col. 1454. ἐπεὶ μὲν ἕτερα, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω. Libri quidem constanter πιτνόν: in scholiis MSS. et hoc, et quod Brunckius dedit πίτνον legitur. Plane denique ad liquidum perducta res esset, si certa esset scriptura in Eurip. Heracl. 619. ἀλλὰ σὺ μὴ προσπίτνει τὰ θεῶν ὕπερ. Verum hoc edd. recentiores ab H. Stephano videntur accepisse, qui in Adnotatt. ad Soph. et Eurip. p. 168. ita in veteribus codd. scriptum ait. Aldina vero et aliae antiquae edd. προσπιτνῶν habent. Elmsleius audaci coniectura edidit, ἀλλὰ σὺ μὴ προπίνων τὰ θεῶν φέρε, *erecto corpore atque animo* interpretatus. Non facile repertum iri putamus, quibus id persuadeat. Nec profecto opus erat, no-
287 vam atque insolentem verbi significationem comminisci. Scribendum: ἀλλὰ σὺ μὴ, προπιτνῶ, τὰ θεῶν ὕπο, μηδ' ὑπεράλγει φροντίδα λύπᾳ: *at tu, oro, ne aut deorum decretis, aut cura tua nimis dole.* Respondent enim sibi μὴ τὰ θεῶν ὕπο, et μηδὲ φροντίδα. Vtrumque indicaverat Iolaus v. 605. seqq. dolere se et propter oraculum, quod virginem immolari iussisset, et quod Macaria se immolandam offerret. Quod si praeter ἔπιτνον apud Pindarum et Sophoclem, et πιτνὸν apud Aeschylum (nam quod in Persis v. 506. ex conjectura quidam pro πῖπτον posuerunt ἔπιτνον, factum est imperitissime) non exstant exempla alteram utram huius verbi formam aperte tuentia, solum reliquum erat participium, cuius exempla Elmsleius afferre debebat omnia, ac videre an ubique praesenti locus esset. Atque quum aliquot loci sint, qui non dubie praesens habeant, plures autem, in quibus utrovis tempore uti licebat, tamen sunt etiam, qui flagitare aoristum videantur, ut Pindari Nem. V. 42. (76) Isthm. II. 26. (89) Aeschyli Choeph. 34. Sophoclis El. 453. Euripidis Hec. 274. Alcest. 181. Iphig. T. 48. Herc. fur. 853. Hi igitur loci non praetereundi, sed vindicanda iis praesentis significatio erat, si vincere vellet vir doctissimus. Praeterea vero etiam illud ostendere debebat, unde huic verbo perpetua illa fluctuatio inter πιτνοῦντα, πιτνῶντα, πιτνόντα, πίνοντα venisset, quum nihil simile librariis in μίμνω et caeteris huiusmodi verbis acciderit. Quae si omnia reputasset, non dixisset, opinamur, unice verum esse πίνω. Sponte enim cadunt istae dubitationes omnes, si πιτνῶν praesentis, πιτνὼν aoristi participium

esse statuimus. Et hoc quidem ut credamus, alteram aoristi, alteram praesentis formam propriam esse, ἔπιτνον illud vincit, quod ubi invenitur, apertissime aoristi significationem habet. Ex hoc ipso autem aoristo, qui quidem sane, ut multi aoristi secundi, origine nihil est nisi imperfectum verbi cuiuspiam aut obsoleti, aut numquam usurpati, recte colligitur, praesens esse πιτνῶ, πίτνω autem in verbis αὐθυποτάκτοις numerandum esse. Nec profecto magis hoc verbum πιτνῶ in dubitationem vocare debebimus, quam ἴκνοῦμαι, quod ipsum ad eamdem comparationem formatum, neque aoristum nec futurum habet.

V. 67. Hic quoque in iis, quae de superlativo et comparativo dicit vir doctissimus, observantiorem eum regulae, quam studiosiorem iustae sententiarum interpretationis deprehendimus, qui et apud Homerum Od. Δ. 481. et apud Euripidem Androm. 6. comparativum reponendum censeat. Neque enim animadvertisse videtur, Graecos ibi superlativum pro comparativo dicere, ubi haec duo simul indicare volunt, et maius quid esse alio, et omnino maximum. Aeschylus Eum. 30. καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν ἑεσόδων μακρῷ ἄριστα δοῖεν. Herodotus III. 119. ὃς καὶ ἀλλοτριώτατός τοι τῶν παίδων, καὶ ἥσσον πεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι. Et II. 103. ἐς τούτους δέ μοι δοκέει καὶ οὐ προσώτατα ἀφικέσθαι ὁ στρατός. Vbi non debebant editores quidam οὐ cum perpaucis codicibus delere. Conficit rem alius locus eiusdem scriptoris II. 35. ἔρχομαι δὲ περὶ Λίγύπτου μηκύνων τὸν λόγον, ὅτι πλεῖστα θωυμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη. 388

V. 78. Acute observat Elmsleius, πρὶν δεδειπνηκέναι a coenante, πρὶν δειπνῆσαι a coenaturo dici; ab utroque autem diversum esse πρὶν δειπνεῖν, quod non esse *priusquam coenavero*, sed *priusquam coenatum eo*. Accuratius tamen dixisset, ut nobis videtur, perfecto statum indicari, qui factum sequitur; aoristo perfectionem rei; praesente initium: itaque πρὶν δεδειπνηκέναι esse *priusquam a coena surrexero*; πρὶν δειπνῆσαι, *priusquam coenavero*; πρὶν δειπνεῖν, *priusquam coenem*. Sic πρὶν ἐμπεπρῆσθαι, *priusquam quid ardeat*; πρὶν ἐμπρηθῆναι, *priusquam exarserit*; πρὶν ἐμπίμπρασθαι, *priusquam incendatur*.

V. 80. Non erat, quare dubitaret, an Seidlerus non recte indicasset scripturam ed. Lasc. Ipsi illud exemplum inspeximus, testamurque verum dixisse Seidlerum.

V. 85. Hic quoque prodidit Editor clarissimus studium suum veteres servili cuidam regularum obsequio adstringendi. Nam quum saepe dicant οἱ πλησίον, Herodoti locum III. 142. et Thucydidis I. 32. qui singulari numero usi sunt, corruptos esse suspicatur. Addit autem bis legi τὸν πλησίον apud Theognidem v. 221. et 611. nescimus, utrum haec quoque exempla corrigenda putans, an ut suspicionem suam de Herodoti et Thucydidis locis ipse la-

befaciat. Multo rarius est ἄνθρωπος pro plurali: et tamen quis propterea suspectum habeat illud Thucydidis I. 140. τὰς διανοίας τοῦ ἀνθρώπου? Talia emendare nihil profecto est aliud, quam docere velle eos, a quibus discere ipsi debemus.

V. 87. Valde miramur offensum esse virum doctissimum his verbis, εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ. Soloecum enim putat εἰ sequente οὐ. Itaque audacter καὶ pro εἰ posuit, quo non dubitamus dicere eum et verba poëtae et sententiam corru-
289 pisse. Quid? num putavit, si hic tantus esset soloecismus, non id Porsonum visurum fuisse? quem nos quidem saepe, etiam ubi tacet, aliquid dicere animadvertimus. Magna enim ars est, σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια. Recte οὐ post εἰ poni, ubi negatio cum verbo coniuncta notionem negativam praeberet, cuiusmodi hic est οὐ στέργει pro μισεῖ dictum, pridem adnotatum ab nobis erat ad Vigerum not. 309. p. 833. Thucydides I. 121. ἦ δεινὸν ἂν εἴη, εἰ οἱ μὲν ἐκείνων ξύμμαχοι ἐπὶ δουλείᾳ τῇ αὐτῶν φέροντες οὐκ ἀπεροῦσιν, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῷ τιμωρούμενοι τοὺς ἐχθροὺς καὶ αὐτοὶ ἅμα σώζεσθαι οὐκ ἄρα δαπανήσομεν, καὶ ἐπὶ τῷ μὴ ὑπ' ἐκείνων αὐτὰ ἀφαιρεθέντες αὐτοῖς τούτοις κακῶς πάσχειν. i. e. εἰ καρτερήσουσιν et εἰ φεισόμεθα. Hinc intelliget vir praestantissimus, etiam tragici loco apud Aristotelem Rhet. II. 23. non medelam, sed vitium a se allatum esse, quum εἴπερ in ἐπεὶ mutari voluit. Obiter adiicimus, etiam ubi εἰ an significat, recte sequi οὐ, ut apud Platonem Protag. p. 341. B. (574. Heind.) si nulla est negationis ad affirmationem oppositio: aliter enim μὴ dicendum, ut in ipso illo, cuius modo mentio facta est, Aristotelis loco: δεῖ γὰρ σκοπεῖν, εἰ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρχει· ἀναιροῦντα μὲν, εἰ μὴ ὑπάρχει· κατασκευάζοντα δὲ, εἰ ὑπάρχει.

Haec quidem potissima sunt eorum, quae ad prologum nobis adnotanda videbantur. Excessimus vel sic modum paginarum, qui nobis praefinitus erat: sed etiam haec sufficere poterunt ad confirmandum nostrum de P. Elmsleii opera iudicium: quem virum eo esse ingenio videmus, ut, si se illo regularum servitio liberaverit, ante multos alios Graecis litteris profuturum confidamus. Sic autem existimamus, et sua hoc quemque experientia docere potest, quo quis plus in litteris profecerit, eo eum paucioribus indigere regulis, quae nihil sunt nisi adminicula titubantium. Praestat rationes regularum intelligere, quas qui perspexerunt, simul etiam, quos terminos regulae habeant, sciunt.

## PARS II.

(Diar. classic. fasc. XLII.)

Quum universe de opera, quam P. Elmsleius Medeae praestitit, sentiremus, in prima parte censurae nostrae diximus. Pergamus nunc reliqua deinceps persequi, de quibus aliquid nobis adnotandum videtur, non tamen ut omnia, praesertim adnotationes 539
secundarias in imis paginis attingamus. Has enim si pertractare vellemus, liber nobis scribendus esset multo maior, quam Elmsleii liber est, quum plurimos ille in adnotationibus istis veterum scriptorum locos brevissime indicatis rationibus corrigere tentaverit, quarum correctionum, cur plurimae nobis non probentur, dicere longum est. Videtur autem Elmsleius corrigendi opportunitates nimia cum cupiditate quaerere: id quod eum non dubitamus ipsum aliquando improbaturum esse. Est enim haec communis sors eorum, qui arti criticae operam dant, ut initio nihil non corruptum esse suspicentur, ubi autem maturuit scientia, paullatim intelligant, multo minus corruptos ad nos pervenisse veteres scriptores, quam a criticis esse corruptos.

In anapaestis, qui sunt a v. 95., quum libri fluctuent inter Doricas et communes formas, Doricas Elmsleius Medeae, communes nutrici restituit, Porsonumque dicit maiorem sibi in hoc genere licentiam sumpturum fuisse in Hippolyto, quam in Medea fecit. Veremur ne non satis idoneus in hac re auctor sit Porsonus, siquidem non potest dubitari, quin tragici etiam in eiusdem personae verbis pro rei, de qua sermo est, natura animique affectionis diversitate communes Doricasque formas coniunxerint. Quamquam his quidem in anapaestis non est, quod magnopere pugnare cum Elmsleio velimus.

V. 97. Non possumus quin adnotationem ex eo genere commemoremus, quales permultas in hoc libro inveniri in prima parte censurae nostrae diximus, quae cur scriptae sint, plane intelligi non potest. "Ante Euripidem," inquit, "*κραδία* in anapaesto usurpat Aeschylus Prom. 880. *κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει.*" Cur hoc, obsecro, dixit? An quemquam adeo ineptum esse putavit, ut *καρδία* dici posse in anapaestis credat? In iambis si *κραδία* posuisset Aeschylus, dignum memoratu fuisset, quia hi *καρδία* potius postulant.

V. 102. Corrigit *ἄγριόν τ' ἦθος*, copulam saepius in priore membro omitti ab librariis observans. Qua opportunitate utitur, ut locos nonnullos corrigat. Sed ut recte emendaverit Eurip. Androm. 424. et Suppl. 87. at in Aeschyli Agam. 810. non erat idonea caussa, quare scribi vellet, *κάρτ' ἀπόμουσός τ' ἦσθα γε-*





γραμμένος, οὔτ' ἐν πραπίδων οἴακα νέμων, pro eo, quod legebatur, κάρτ' ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος, οὐδ'. Aliquanto peius res cessit Blomfieldio, ἀπομούσων scribenti. Non magis probandum putamus, quod in Aristoph. Lys. 551. Elmsleius reponi vult, ἀλλ' ἥνπερ ὅ τε γλυκύθυμος Ἔρως χἡ Κυπρογένει' Ἀφροδίτη. Facilius erat et aptius, ἀλλ' ἥνπερ γ'.

V. 105. Difficilis locus est: δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρόμενον νέφος οἰμωγῆς, ὡς τάχ' ἀνάψει μείζονι θυμῷ. Disserit vir doctissimus de scripturae varietate, constructionemque fortasse dicit huiusmodi esse: δῆλον δ' ὡς τάχ' ἀνάψει μείζονι θυμῷ (ἡ Μήδεια) νέφος οἰμωγῆς ἀρχῆς ἐξαιρόμενον. Intelligi hic potest, quid differant constructionis explicatio, in qua Elmsleius, ut alii eius populares, multam operam collocavit, et explanatio sententiae. Constructionem enim explicuit: sed quid iuvat, construi posse orationem ad leges grammaticas, si, quem sensum habeat, et an is aptus sit, non ostenditur? Atqui quid est ἀρχῆς ἐξαιρόμενον? Porsonus id per anastrophen dictum accipit pro ἐξ ἀρχῆς αἰρόμενον, eumque sequi videtur Elmsleius. At iterum quaerimus, quid hoc sit. Nam si ἐξ ἀρχῆς est *ab initio*, negamus admitti posse anastrophen, quae, ubi praepositio cum nomine suo vim habet adverbii, nullo modo locum inveniet, ut appareat, alienum esse, quod Porsonus affert, σώματα ἦβην εἰσῆλθε, pro σώματα εἰς ἥβην ἦλθε. In cuiusmodi exemplis recte se habet anastrophe, quia singula verba suam propriam vim et potestatem retinent. At quod est, ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος βαίνειν, *ab initio usque ad finem ire*, i. e. perpetuo ire, neque ἀρχῆς ἐκβαίνειν, neque τέλος εἰσβαίνειν dici potest. Itaque si anastrophe hic usus esset Euripides, proprie singula verba accipienda forent, nubesque diceretur sublata ex suo initio, quod dici absurdum esset, quia nihil est, quod non nascatur ex suo initio. Apertum vero, hoc dici debuisse, ex initio, quod fecisset Medea, cognosci, multo eam graviora nubila concitaturam esse. Quare sic distinguendum putamus, δῆλον δ' ἀρχῆς, ἐξαιρόμενον νέφος οἰμωγῆς ὡς τάχ' ἀνάψει μείζονι θυμῷ. Insolentius quidem dictum, δῆλον ἀρχῆς, sed tamen ut recte dictum videatur. Et habet hanc interpretationem scholiastes, neque alio spectat ἐξ, quod libri quidam ante ἀρχῆς inserunt. Haec explicatio si cui displicebit, ei non video quid reliquum sit, quam ut νέφος ἀρχῆς οἰμωγῆς coniungat, *nubem initii gemituum*, quod neque elegans, neque satis aptum est. Caeterum etiam de ἀνάψει paullo accuratius quaeri potuerat. Nam sic si legitur, idque verbum de Medea accipitur, facilius quis δήλη, quam δῆλον exspectet. Quod nomen quum arguere videatur, verbum illud ad νέφος spectare, melior videtur altera lectio, ἀνάξει: sic enim pro ἀνάξει scribendum, recte monuit Elmsleius. Atque optime congruunt ἐξαιρόμενον et ἀνάξει.

V. 115. Miramur, quod Elmsleius, quum Porsonus edidisset, *τί δὲ σοὶ παῖδες πατρὸς ἀμπλακίας μετέχουσι*, vulgatam *τί δέ σοι* 341
paullo meliorem, saltem non deteriorem videri dicit. Ne multo quidem meliorem, sed unice veram dici oportebat, siquidem quod Porsonus dedit, plane frigidum et omnino non aptum est.

V. 118. Bene quidem monet vir doctissimus, non satis apte hic philosopharі nutricem, sed quod ait, nihil cum Medeae conditione commune habere, quae de regum animo dicantur, ipse potuerat ex parte saltem explicare, si in versu 117. recte functus esset officio interpretis. Ad eum versum nihil adnotavit, servans interpunctiones Porsoni, *οἴμοι, τέκνα, μή τι πάθηθ' ὡς ὑπεραλγῶ.* Vt videatur construi voluisse, *ὡς ὑπεραλγῶ, μή τι πάθητε.* At non modo dubitari potest, an ea verba sic potius interpungenda sint, *μή τι πάθηθ'· ὡς ὑπεραλγῶ·* sed suadere id etiam planior verborum ordo videtur. Quin tertia supererat via, eaque ipsa est, quam ingrediendam fuisse existimamus, ut melius cohaereret nutricis digressio de regibus: *οἴμοι, τέκνα, μή τι πάθηθ'· ὡς ὑπεραλγῶ δεινὰ τυράννων λήματα.*

V. 121. Probamus, quod Elmsleius vulgatam, *τὸ γὰρ εἰθίσθαι*, restituit. Sed vellemus, vir doctissimus, qui alias leviora et quae vix cuiquam prosint adnotare solet, hac opportunitate ostendisset, cur, quod Porsonus ex Brunckii coniectura posuerat, *τὸ δ' ἄρ' εἰθίσθαι*, hic quidem ferri posset, aliis autem in non paucis tragicorum locis, in quibus *δ' ἄρ'* pro *γὰρ* reponi voluerunt critici, non esset admittendum.

V. 126. Valde miramur virum doctissimum, qui non acquiescens in ea interpretatione, quam nos dederamus, verba *τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' οὐδένα καιρὸν δύναται* sic explicanda putet, ut *δύναται* sit *ἰσχύει, σθένει*, quae nostra quoque sententia erat, *οὐδένα καιρὸν* autem significet, *οὐκ εἰς καιρὸν, ἀκαίρως*, idque hic non sit *intempestive*, sed *immoderate, supra modum.* Vnde sensum esse vult: *plus aequo valent mortalibus*, i. e. *potentiores quam expedit, reddunt homines; ad tempus scilicet.* Pergere enim poëtam, *μείζους δ' ἅτας ὅταν ὀργισθῇ δαίμων, οἵκοις ἀπέδωκεν.* Vix putamus infeliciorem horum verborum interpretationem excogitari posse. Nam ne *οὐδένα καιρὸν* pro *ἀκαίρως* dictum urgeamus, quid *τὰ ὑπερβάλλοντα*, quum mediocritatem laudet, aliud sunt quam *immodica?* Quod si etiam *οὐδένα καιρὸν* est *supra modum*, quid aliud dicetur, quam, *immodica supra modum valida sunt?* Illud praeterea, quod sibi invenire vir doctissimus in his verbis videtur, iusto potentiores reddi homines ad tempus, ipse viderit, quomodo elicuerit. Accedit, quod, si posset haec in his verbis esse sententia, tamen inepta foret hoc loco, in quo planum est, ita et procedere et debere procedere sententias: *optima est mediocritas: quod autem modum excedit, nihil tempesti-* 342

*vum efficit mortalibus, maioraque, quum Deus irascitur, afferi mala.* Caeterum καιρὸν pro καίρια dixit Pindarus Pyth. i. 157. Neque aliena sunt apud eumdem πολλῶν καιρὸς Nem. i. 28. et καιρὸς ὄλβου vii. 86. pro πολλὰ καίρια et ὄλβος καίριος.

V. 131. Numerorum, ut videtur, insolentia offensus Elmsleius post Κολχίδος aliquid excidisse suspicatur, fortasse οἰκτρὰν vel αὐδάν. At utrumque valde friget. Jure videtur postulari posse ut, qui tragicum edat, eum habeat numerorum usum, ut, praesertim in tam facili loco, quae metra usurpata sint animadvertat. Et vidit quidem hic aliquid huius rei Elmsleius, quum v. 134. γόον pro βοὰν scribendum coniecit, et v. 135. ὦ γύναι scripsit: sed quos dedit v. 131—135. numeros, ut verum dicamus, partim insolentes et pravi, partim elumbes sunt. Ita describi verba debebant:

τᾶς δυστάνου
Κολχίδος, οὐδέ πω ἤπιος· ἀλλὰ γεραιά.

Inde sequi debebat hexameter dactylicus acatalectus, et pentameter acatalectus.

V. 136. Dedit Elmsleius, ἐπεί μοι φίλια κέκρανται, comparans ἔριν κραίνειν in Androm. 478. Videtur eum haec phrasium comparatio movisse, ut hanc scripturam, quam unus codex a Puteano collatus praebet, in textum admitteret. At quid ad rem, si similis phrasis alibi invenitur? Plerique libri φίλον, quod vel propter hanc caussam, et magis etiam propter sensum recipi debebat. Κέκρανται nihil est quam *effectum est*. Et ita legit etiam scholiastes.

V. 137. 138. Bene ostendit Elmsleius, Porsonum errasse in emendando hoc loco. Ipse καὶ δὴ γὰρ ἔχει coniicit, has particulas ita positas inveniri observans v. 1076., quam coniecturam dignam quidem commemoratu, sed non in textu ponendam dicit, in quo Musgravii emendationem posuit, τὸν μὲν γὰρ ἔχει, pro ὁ μὲν γὰρ ἔχει, quod libri habent. Verissime Musgravius. Nam et veteres librarii, et nemo non saepe in scribendo quae eodem redeunt, maximeque quae inverti possunt, permutant. Suam vero coniecturam Elmsleius neque commemorare et profecto ne facere quidem debebat. Quid enim ad hunc locum, quod istae particulae alio in loco leguntur? Hic non sunt aptae, neque alterutra sola posita, neque ambae coniunctae. Idque non vidisse virum doctissimum tanto magis mirum est, quod ipse, quae vis sit particularum καὶ δή, ad v. 880. docet.

V. 147. "Si certum esset," inquit, "ἰαχὰν mediam apud Atticos semper producere, facile reponi posset ἀχάν." Optamus, ut
543 numquam obliviscatur vir praestantissimus, quod ipse sapienter dixit in subiecta adnotatione: "si unum tantum de his quinque

exemplis exstaret, quis vulgatam scripturam defendere auderet?" Itaque etiam atque etiam rogamus, procul habeat istud ἀχὰν, quod in Aeschyli quidem S. ad Th. 921. recte restituit, versum illum ingeniosa, sed minime tamen probabili coniectura tentans: *δόμων μάλ' ἀχὰν ἐς οὓς προπέμπει.* Quid enim prodest coniectura quamvis elegans, si ab sensu loci aliena est, ut omittam, quod simul etiam antistrophicus versus emendandus erat, quem attingit quidem vir doctissimus p. 147. sed ut non afferat medelam. De sensu autem quod dicebamus, quem criticus ante omnia debet respicere, quid aliud nobis dedit Elmsleius quam huiusmodi sententiam: *aedium luctum meus luctus mihi ad aurem admovet?*

V. 149. Scribendum coniicit, *τίς σοί ποτε τᾶς ἀπλάτου κοίτας ἔρος*, eo sensu, quo v. 423. *τᾶς ἀνάνδρου κοίτας.* Nam *πελάζειν, πλάθειν, πλησιάζειν* de coniugio usurpari, quod aliquot exemplis demonstrat. Non diffitemur, hanc quoque ingeniosam esse coniecturam: sed istorum, quibus utitur, verborum exempla nihil ad rem faciunt. Illud erat demonstrandum, etiam *ἄπλατος* ita dici, quod veremur ne demonstrari nequeat. Ita enim huic nomini videtur rei gravis et metuendae significatio adhaesisse, ut valde dubium sit, an non recte de eo, quod simpliciter vetitum et prohibitum est, dicatur. Caeterum, ut solet vir doctissimus ubique occasionem corrigendi quaerere, parum circumspecte quum de aliis locis iudicat, tum de Rhesi v. 310. in quo Piersonum ad Moer. p. 25. recte *ἄπλατον* scribere ait. At male Piersonus, cuius disputatio de verbis *ἄπλετος, ἄπληστος, ἄπλητος*, omnino parum explicata est. Vnice *ἄπλητος* illi loco convenit, idque libri etiam in Medea versu recte, ut nobis videtur, praebent.

V. 156. Bene disputat de forma verbi *εὐνέταν*, sed quod ait, in hoc metri genere epitritum primum et diiambum bene sibi respondere, etsi per se verum est, tamen quae exempla affert, non quadrant: sunt enim ex aliis metris deprompta, et alterum quidem etiam corruptum. Quo numero esse putet versum, quem dedit,

*μὴ λίαν τάκου δυρομένα σὸν εὐνέταν,*

non potest ex iis, quae dicit, intelligi. Accuratior observatio usitata praebuisset metra, in quibus Cretici ac Molossi permutatio offensione caret:

*Ζεύς σοι τόδε συνδικήσει· μὴ λίαν*
*τάκου δυρομένα σὸν εὐνέταν.*

V. 162. Si interpretis officio fungi, ut promiserat, volebat Elmsleius, mallemus omisisset longam adnotationem ad v. 160. 344.

qua usitatissimam et nemini non notissimam formulam *αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους* multis exemplis confirmat, et potius, cur in his, *οἵ γέ με πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν*, additum sit *πρόσθεν*, docuisset. Hoc enim eiusmodi est, ut, quum facile possit inutiliter adiectum videri, aliqua adnotatione indigeat. Paucis indicabimus, monendum fuisse, dici ita propter praegressum *ὅρκοις ἐνδησαμένα*, siquidem Graeci, ubi de pacto et foedere sermo est, illud maxime urgere solent, si quis prior fidem solverit, quo facto alter, si idem facit, iure agere videtur. Sic iam Homerus:

*ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν.*

V. 179. Scribendum putamus, *σπεῦσον δέ τι πρὶν κακῶσαι*, ut cod. Rom. D. habet, nisi quod cum caeteris libris *δὲ* omittit. *Τι* in his non cum *σπεῦσον*, sed cum *κακῶσαι* iungendum. Similes encliticarum collocationes indicavimus ad Vigerum p. 893. seq.

V. 210. In verbis, *οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο, τοὺς δ' ἐν θυραίοις*, iuxta ac reliqui interpretes dubius haeret Elmsleius. Verum vidit Seidlerus sensum esse: *novi multos homines austeros, alios quos ipse oculis meis vidi, alios de quibus audivi.* Comparat ille Aechyli Agam. 997. *πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων νόστον, αὐτόμαρτυς ὤν*, et Soph. Oed. Col. 14. *πύργοι μὲν οἳ πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω*: i. e. *ut adspectu cognoscitur.*

V. 215. Laudamus diligentiam, qua de constructione voculae *πρὶν* disseruit Elmsleius, licet non in omnibus ei assentiamur. Statim quod ait, "subiunctivum non usurpant tragici, nisi in priore membro adsit negandi aut prohibendi significatio," ita dictum est, ut lectores credere debeant, qui ita loquatur, aut a caeteris scriptoribus non esse observatam hanc regulam dicere, aut se praeter tragicos nihil legisse significare. Atqui non proprium hoc tragicorum est, sed commune omnium, qui Graece scripserunt. Paullo aptius *πρὶν* sine *ἄν* cum subiunctivo tragicis, sive rectius omnibus poëtis, qui non familiarem sermonem imitantur, tribuisset. Et abiudicat sane omissionem particulae *ἄν* cum Porsono a familiari sermone: iure an iniuria alibi quaeremus. Nunc si Graeci omnes a coniunctivo cum *πρὶν* coniungendo abstinent, nisi negatio sit in altero membro, operae pretium fecisset vir doctissimus, ut nobis videtur, si huius rei caussam aperuisset. Permirum enim videatur necesse est, *οὐ ποιήσω πρὶν ἂν κελεύσῃς* recte dici, male autem *ποιήσω πρὶν ἂν κελεύσῃς*, quum praesertim neque Latina, neque aliae linguae huiusmodi discrimen norint. Verumtamen si omnes Graeci illud discrimen observarunt, quid aliud, quam caussam aliquam subesse censebimus, cur necessario ita loqui debuerint? Aliter enim ne mill[illegible] quidem

exempla vincent, ut non potuisse etiam discedi ab illa consuetudine credamus. Videamus vero. Recte dicitur et *ποιήσω* et *οὐ ποιήσω*, *πρίν σε κελεῦσαι*. Quid ita? Quia hoc idem est, ac *πρὸ τοῦ κελεῦσαί σε*. Atqui quae praecedunt mandatum, sive fiant, sive non fiant, certum est et planum quo tempore fiant vel non fiant: fiunt enim aut non fiunt ante mandatum. Longe aliud est *πρὶν ἂν κελεύσῃς*. Quod qui dicit, non solum illud, *ante mandatum*, dicit, sed primo subindicat, incertum esse, utrum tu sis mandaturus, an non; deinde autem, quoniam apud Graecos in omni coniunctivo significatio quaedam futuri exacti inest, mandatum illud etiam ut iam datum commemorat, hoc modo, *prius quam quo tempore tu mandaveris*, sive Graece, *πρὶν ἢ ὅταν κελεύσῃς*. Iam *οὐ ποιήσω πρὶν ἢ ὅταν κελεύσῃς* planum est, nihil aliud significare, quam *ποιήσω ὅταν κελεύσῃς*. Vide vero quid sit *ποιήσω πρὶν ἢ ὅταν κελεύσῃς*. Nihil profecto aliud, quam *faciam prius, quam quo tempore tu mandaveris, quod nescio an sis umquam mandaturus*. Atqui si facies quid quo tempore id, quod nescis futurumne sit an non, nondum factum erit, quando tandem facies? Certum enim esse debet non modo esse futurum, sed etiam quando futurum sit, si ante, quam fiat, facere quid vis. Quare nisi infinitivo uti voles, dicere debebis aut *ποιήσω πρὶν κελεύσεις*, aut *ποιήσω πρὶν ἂν κελεύσαις*, i. e. *prius quam iubere poteris*. Sed *ποιήσω πρὶν ἂν κελεύσῃς* non magis Graece dicas, quam Latine, *facies priusquam iusserim*. Eadem enim in utroque perversitas est. Sed redeamus ad ea, quae dixit Elmsleius. Ac laudamus, quod monuit, non illud spectandum esse, utrum ipsa particula *οὐ* vel *μὴ* in altero membro sit, sed utrum sententia sit negativa, an non. Nam etiam in affirmativa sententia particulam negativam usurpari, et negativam posse sententiam esse sine particula negativa. Sed erravit tamen in loco Orestis v. 1218.

*φύλασσε δ', ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος,*
*ἢ ξύμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς*
*ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ.*

Neque enim in verbis *φύλασσε δ' ἤν τις*, quae idem sint ac *φύλασσε μή τις*, quaerenda negatio est, sed adest in ipso verbo *φθῇ*, de quo verbo dictum ad Vigerum adnot. 320. Simonides fr. 231. apud Stobaeum Serm. xcvi. (xcviii.)

*φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβὸν,* 346
*πρὶν τέρμ' ἵκηται.*

Aliud huiusmodi exemplum ex Synesio adnotavit Devarius. Caeterum operae pretium erat errorem eorum notare, qui in Sophoclis Antig. 618. interpunxerunt, *εἰδότι δ' οὐδὲν, ἔρπει, πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσψαύσῃ*, siquidem et linguae lex, de qua

dictum, et sententia verborum οὐδὲν cum ἕρπει iungi postulat. Eleganter Seidlerus ita hunc locum emendat: εἰδότι δ' οὐδὲν ῥέπει, πρὶν πυρὶ θερμῷ πύδα τις προσαύρῃ, nihil mutans in strophicis, nisi quod ἀκάμαντοι scribit.

V. 218. Hic non abs re fuisset adnotare, in Cleonem haec dicta esse, qui tum maxime civibus incommodabat.

V. 223. Recte putamus Elmsleium dixisse, scripturam γιγνώσκειν καλῶς a scholiasta tribui videri histrionibus. Apposuit autem verba scholiastae, ut in ed. Ven. leguntur: *Κατθανεῖν χρήζω.) τοῦτο ἐν ἤθει ἀναπεφώνηται. Κάκιστος ἀνδρῶν ἐν ᾧ ἦν μοι πάντα, κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηκεν· οἱ δ' ὑποκριταὶ οὐ συμπεριφερόμενοι τῷ τρόπῳ, λέγουσι γινώσκειν καλῶς.* "Haec," inquit, "acutioribus corrigenda relinquo." Cur obsecro corrigenda? nisi quod ita consuerit, corrigendo initium facere, quod fieri interpretando debet. Adeo plana sunt omnia, ut miremur profecto, quid corrigi velit. Nam illud quidem nemo non videt, κάκιστος ἀνδρῶν ante ἐν ᾧ poetae verba esse, quibus suam deinde explicationem addit scholiastes. Iam quid ille? Κατθανεῖν χρήζω moribus convenienter dictum ait. Ferox enim Medea et animi impotens est. Quae sequuntur, sic construenda significat, ἐν ᾧ ἦν μοι πάντα, κάκιστος ἐκβέβηκεν. Ex quo apertum est, eum non γιγνώσκειν καλῶς, sed aliter legisse. Quid legerit, non dicit: sed veri simile est, legisse eum γιγνώσκεις καλῶς· Histriones enim, non accommodantes se ingenio Medeae, γιγνώσκειν καλῶς pronunciare dicit. Hoc videlicet vult, Medeam, qua est animi affectionum vehementia, ea etiam in amore uti, ideoque dicere, *in quo mihi, ut bene scis, omnia sita erant.* Id fugisse histriones: unde eos aliter pronunciare et construere haec verba. Quomodo vero? Res ipsa monstrat. Nam si γιγνώσκειν illi pronunciabant, πάντα cum hoc verbo, non cum ἦν debebant coniungere: ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι, πάντα γιγνώσκειν καλῶς, *in quo mihi situm erat, ut omnia recte instituerem.* Nam γιγνώσκειν est etiam *decernere, constituere.* Iphig. Aul. 107. ἃ δ' οὐ καλῶς ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν. Iam vero alia oritur quaestio, verumne sit, quod de histrionibus refert scholiastes, an fictum. Ac magnopere vereor, ne, quod ille legisse videtur γιγνώσκεις καλῶς, emendatio sit critici cuiuspiam, convenire id ingenio Medeae, infinitivum autem ab histrionibus invectum rati. Quare nescio an
547 Matthiae etiam laudandus sit, quod γιγνώσκειν revocaverit, quod optime cum iis, quae ante dixerat Medea, congruit, ψυχὴν διέφθαρκα et κατθανεῖν χρήζω. Intelligit enim haec choro videri debere μὴ καλῶς ἐγνωσμένα: unde addit, non mirum esse, si quid minus recte consulat: per quem enim sibi steterit, omnia recte facere, ab eo se desertam esse.

V. 224. Non perutilem quaestionem movisse nobis videtur

Elmsleius de ea, utrum in quinta sede trimetri ἐμὸς an ὁὐμὸς praestet. In qua re iudicanda si vellet recto iudicio procedere, nonnisi eiusmodi exemplis uti debebat, in quibus pariter et ἐμὸς et ὁὐμὸς dici licebat. Nam quid mirum, ubi non poterat ὁὐμὸς dici, ἐμὸς; ubi non poterat ἐμὸς, ὁὐμὸς dictum esse?

V. 256. Mirabar, quum legerem, πόσιν δίκην τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν et similia me in Obss. crit. p. 64. nullo pacto cum Graecae linguae legibus conciliari posse contendisse, librumque inspexi. Et quamquam neque quae olim adolescens scripsi, defendere, si falsa sint, velim, neque, si nunc me errare quis doceat, non libenter sententiam mutem, tamen non hoc, quod Elmsleius ait, ibi a me dictum est, sed illud, τοὺς κτανόντας ἀντικατακτανεῖν δίκην Graecae linguae legibus repugnare. Id vero nondum refutavit Elmsleius.

V. 267. Non satis circumspecte scripsisse eum putamus ἤ τ' ἐγήματο pro ἣν τ' ἐγήματο, quod et libri omnes et Eustathius tuentur. Non intercedam equidem, quominus quis Antiphanis auctoritatem elevet, quoniam non exstat locus, ut iudicare possimus; neque defendam grammaticum, qui diserte scribit de illo Antiphanis loco, ἐγημάμην· ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἔγημα. At illud non iniuria postulari poterit, ut, qui apud Euripidem ἤ τ' ἐγήματο scribendum contendat, prius quaerat, quid sit γήμασθαι. Mirum enim, quum vir γῆμαι dicatur, mulierem non modo dici γαμηθῆναι, sed plerumque γήμασθαι. Ex quo facile coniicias, γήμασθαι proprie esse, *dare in matrimonium*, se scilicet, vel suos, quemadmodum γαμέσασθαι est *expetere puellam in matrimonium*: ex quo γαμεθεῖσα, *expetita*, *desponsata*, fefellit interpretes Theocriti viii. 91. ut ostendimus in Diar. litt. Lips. 1817. m. Februar. n. 37. p. 294. Verum vidit nuper etiam Kiesslingius. Itaque apud Euripidem omnia sana sunt, ipsis poetae verbis veram interpretationem monstrantibus: neque enim de Iasone, sed de Creonte verbum illud intelligi voluit, quum dixit, τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ', ἣν τ' ἐγήματο, *et qui dedit ei filiam, et quam dedit.*

V. 274. Nihil Elmsleii adnotationes legenti tam molestum est, quam pruritus ille corrigendi, etiam ubi omnia integerrima sunt. Exemplis vix ulla pagina caret. Sed haec pleraque omnia 548
intacta praeterimus. Tantum hic illic aliquid ex hoc genere adnotabimus. Ad verba, κοὐκ ἔσιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις, scholiastes adscripsit: εὐπρόσοιστος, εὐεπιβούλευτος, καὶ ῥᾳδία πρὸς τὸ διαφυγεῖν αὐτήν. "Immo," inquit, "πρὸς τὸ διαφυγεῖν ἄτην. Quid vero pro εὐεπιβούλευτος legendum sit, non video." Neque hoc mutandum, et pessime αὐτήν, quod nemo non ad ἄτην referet, in hanc ipsam vocem mutavit, quam si posuisset scholiastes, scripsisset τὴν ἄτην. Quid est autem, quod in εὐεπιβού-

λευτος reprehendat? Nam si ἐπιβουλεύειν proprie est *agitare aliquid animo, moliri*, quod constat non semper in malam partem dici, quidni etiam συνεπιβούλευτος recte significabit id, quod quis facile mente concipiat atque aggredi conetur?

V. 291. Recte quidem ἄλλης servavit Elmsleius in verbis χωρὶς γὰρ ἄλλης ἀργίας, sed quo argumento utitur, saepe abundare ἄλλος, uti minime debebat. Insani profecto fuissent Graeci, si verba orationi inseruissent nihil significantia. Aptus hic locus erat longae et non inutili dissertationi, quae de nomine ἄλλος, quod nimia saepe lusit interpretes, contexi poterat. Quem id usum habeat in his Medeae versibus,

χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας
φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ,

is sic explicandus est: *nam praeter alia, nominatim ignaviam, etiam invidia laborant.* Satis putamus, haec tribus verbis indicasse, qui non ipsi interpretationem, sed censuram interpretationis scribamus.

V. 310. Bene atque acute patendit vir doctissimus, scripsisse Euripidem, ἀλλ' εἴσω φρενῶν ὀρρωδία μοι, μή τι βουλεύῃς κακὸν, non, ut legitur, βουλεύσῃς, quia non metuat Creon, ne aliquando Medea malum machinatura sit, sed ne id iam nunc faciat. Non ex omni parte tamen, quae disputat, nobis satisfaciunt. "Legitur," inquit, "apud Sophoclem Trach. 550. ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ. Vbi futurum tempus significari res ipsa declarat. Sic etiam Aristophanes Eccl. 866. δέδοικα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τῇ στρατηγίδι, ὅτ' ἂν κατατιθῶ, προσποιῇ τῶν χρημάτων. Non sum nescius huiusmodi exempla nonnulla reperiri posse. Sed si centum millia exstarent, non defenderent scripturam quam nunc oppugno. Nam ex eo quod γράφῃ pro γράψῃ nonnunquam usurpatur, temerarius sit qui statuat γράψῃ pro γράφῃ usurpari posse." Laudamus quidem, quod exemplis se non moveri dicit: sed in re ipsa tamen nonnihil fallitur. Nam neque γράφῃ pro γράψῃ dicitur, neque omnino illa, quae affert exempla, aut si qua similia
349 reperiuntur, praesens pro aoristo poni posse evincunt. Etenim ubique in his verbi modis videndum, utrum de re permanente vel aliquamdiu durante, an de eo, quod cito transit, agatur. Recte dicit Deianira, φοβοῦμαι μὴ καλῆται, quia hoc manet, neque semel, sed semper ita vocatum iri Herculem putet, ne illud commemorem, ex iis, quae ante dixerat, conici posse, eam omnino non de re futura, sed de praesente loqui. Si κληθῇ dixisset, significaret, *metuo ne hanc appellationem accipiat*, quod unius momenti est. Eodem modo Aristophanes μὴ προσποιῇ dixit, *ne affectes mea*: προσποιήσῃ si dixisset, id esset *ne petas*: quod semel

et paucis fit, quum illud diuturnum sit et permanentem voluntatem indicet. In adnotatione ita scribit: "Aristophanes Vesp. 1482. ὕβριξ', ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ. Quis non mallet καλέσῃ, si per metrum liceret?" Hoc alius generis est. Nam iidem modi saepe etiam propria temporum suorum significatione usurpantur, neque id tamen temere et sine caussa. Si καλέσῃ dixisset, sensus esset: *iace contumelias, usque dum litem vocaverit archon.* At hoc minus accurate dictum foret: iam enim dum ille vocat, cadet spiritus Philocleoni. Itaque recte dicit, ἕως ἂν καλῇ, *usque dum vocet*, i. e. quamdiu non vocabit. Valde idoneum huic rei illustrandae est illud Xenophontis Cyrop. iii. 3, 18. καὶ οὐκ ἀναμένομεν, ἕως ἂν ἡ ἡμετέρα χώρα κακῶται: *neque exspectamus dum nostram regionem vastare incipiant.* Κακωθῇ si dixisset, nemo non videt quam id alienum foret: *dum vastaverint.* Herodotum vero, qui vii. 141. scripsit, ἀλλ' αὐτοῦ τῇδε μενέομεν, ἕστ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν, apertum est nullo modo scribere potuisse τελευτῶμεν. Addit Elmsleius in alia adnotatione, si vera sint, quae nos ad Aiacem v. 272. dixerimus, apud Euripidem potius μή τι βουλεύεις scribendum fore. Sed veretur, ne id non recte contenderimus, siquidem non meminerit, se apud Atticos poetas legere δέδοικα μὴ ἔστι, nec putet eos nisi in praeteritis verborum temporibus indicativo uti. Non negamus, pleraque huius constructionis exempla praeteritum habere: sed quum per se intelligatur, ubi praeterito perfecto locus sit, recte etiam praesens poni, apparet nihil esse, quod praesentis indicativum usurpari prohibeat. Sed operae pretium est, hanc rem accuratius considerare, ut eius caussae in clara luce conspici possint. Bene Schaeferus in Meletem. p. 115. seq. docuit, quid differat, utrum dicas, ὅρα καθ' ὕπνον μὴ καταπλυθεὶς ῥυρεῖ, an, ὅρα μὴ ῥυρῇ. Indicativo enim significari, *vide num dormiat*; coniunctivo, *vide ne dormiat*, i. e. vereor, ne dormiat. Horum illud est nescientis, sitne quid, an non sit; hoc autem metuentis, ne sit. Utrumque aut est, aut non est: sed qui nescit, utrum sit, an non sit, nihil nisi veritatem rei cognoscere vult, i. e. eum, in quo nunc res est, statum; qui autem metuit, ne sit, cupit non esse, operamque dari vult, ut, si non est, ne fiat; si est, ut esse desinat: quod est futuri temporis. Quare ille indicativo, ut qui verum rei statum indicet, hic coniunctivo, in quo futuri significatio inest, utitur. Neque enim existimandum est, diversas esse significationes particulae μή, ut quum Latine *num* et *ne* dicimus, quorum altera indicativum, altera coniunctivum requirat. Nam si ita esset, non posset illa particula uno eodemque in loco simul utramque significationem habere, quod necessarium foret, ubi cum utroque modo coniuncta est, ut apud Euripidem in Phoen. 90.

550

*ἔκίσχες, ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον,*
*μή τις πολιτῶν ἐν τριβῷ φαντάζεται,*
*καμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος ὡς δούλῳ φόγος,*
*σοὶ δ', ὡς ἀνάσσῃ.*

Nam ut priora recte vertas, *num quis in via appareat*, at mox necessario debebis dicere, *ne reprehendar*. Recte vero utrumque sic dices: *ne quis appareat, reprehendarque*. Quod si non in particula caussa inest, cur indicativus aut coniunctivus adhibeatur, num forte inest in verbo, ex quo pendet particula? Ne hoc quidem. Esto enim, ut ὅρα μὴ εὖδει et ὅρα μὴ εὕδῃ duplicem admittat verbi significationem, alteram cognoscendi, alteram cavendi: at ea ipsa verba, quae quam maxime cavendi metuendique notionem habent, indicativo iunguntur. Homerus Od. *E*. 300.

*δείδω, μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν.*

Thucyd. iii. 53. *νῦν δὲ φοβούμεθα, μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν*. Vide Matthiae Gr. Gr. §. 520. not. 5. Cur vero alter non εἴπῃ, alter non ἡμαρτήκωμεν dixit, quum utrique liceret? Homerum dicat quis ambiguitatem vitare voluisse, quum εἴπῃ et *dixerit* et *dicat* significare possit. Esto: (sane enim ambiguum est εἴπῃ, ut de uno deae sermone. Nulla ambiguitas apud Platonem Cratyl. p. 547. A. *ἀλλὰ μέντοι πολλοῦ γε δεῖ, ὦ Σώκρατες, μή ποτέ τις τῶν νῦν ἔργα τοιαῦτα ἐργάσηται*: ubi quum de pluribus factis sermo sit, *ἐργάσηται* necessario est *perfecerit*, ut Heindorfius interpretatur: nam de praesenti tempore ob eamdem caussam *ἐργάζηται* dicendum erat, quod quidem Basileensis secunda habet, ne unum, idque breve factum intelligatur.) Sed quid Thucydidem censebimus? Nam in perfecti coniunctivo nulla ambiguitas est. Nimirum de praeteritis proprie non possumus metuere, quia omnis metus de futuro est. Itaque ubi de re praeter-
351 ita metuimus, nihil aliud possumus metuere, quam ne cognoscamus factum esse, quod nolimus evenisse. Aliter, si de tali re nos metuere dicimus, abutimur verbo metuendi, ut nihil nisi nescire nos, quid factum sit, significemus. Vt si quis de amici vita sollicitus sit, is si dicit, *δέδοικα μὴ τεθνήκῃ*, hoc dicit, *metuo ne mortuum esse accipiam*. Sin dicat, *δέδοικα μὴ τέθνηκε*, non sollicitudinem suam et metum, sed opinionem significabit. Iam quum in plerisque rebus praeteritis frustra sit metuere quidquam, satis plerumque est, si tantummodo opinionem nostram indicamus. Eadem vero etiam praesentium ratio est. Nam quod iam est, coepit esse, eoque non amplius metui ut futurum potest. Vt si Euripides dixisset, *ὀρρωδία μοι, μή τι βουλεύεις κακόν*: i. e. *opinor te aliquid mali agitare*. Pertinent huc etiam ea, quae semper sunt. Lucianus Hermotim. c. 53. t. I. p. 797. *εἰδέναι*

ὅστις ὁ τἀληθῆ λέγων ἐστὶν, ὅρα μὴ οὐχὶ μορίου ἐστὶν ἡμέρας, ἀ πολλῶν ἡμερῶν δέηται. Schaeferus in Meletem. p. 115. ται scribi iubet, quod neque necessarium et minus elegans . Quum enim, quod non potest particula aliqua diei perfici, i continuo integros multos dies impleat, distincte apteque Lunus indicativum de eo, quod certum videretur; coniunctivum eo, quod dubitationi obnoxium esset, posuit: *non particulae i, opinor, est, sed vereor ne sit multorum dierum.* Etiam in aris haec ratio obtinet. Xenophon Anab. I. 8, 24. ἔνθα δὴ ρος δείσας μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψει τὸ Ἑλληνικὸν, ύνει ἀντίος. Sic edd. vett. i. e. *putans eum a tergo impetum turum.* Recentiorum edd. scriptura κατακόψῃ metum potius icat, *veritus ne impetum faceret.* Sed satis dictum ad illud strandum, quod volebam. Infinita enim haec et inexhausta teria est. Vnum tamen addam: ad quod velim attendant, qui his rebus quaerunt. Quum omnis metus ad futura spectet, non idem, praesentisne coniunctivo, an coniunctivo aoristi, an uro utare. Nam coniunctivus, cuiuscumque ille temporis sit, ea refertur, quae certo tempore, et quidem, si non diserte definitum, eo, quod nunc instat, futura esse metuimus; ita idem, ut praesentis coniunctivus de re vel diutius durante, vel pius repetenda, aoristi autem de uno eoque celeriter peragenfacto intelligatur. Futuro autem ibi locus est, ubi quid infio tempore, i. e. aliquando eventurum metuimus. Tria harum um formarum vicina exempla sunt in Aristophanis Ecclesiazu-: primum v. 465.

ἐκεῖνο δεινὸν τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν,
μὴ καταλαβοῦσαι τῆς πόλεως τὰς ἡνίας,
ἔπειτ' ἀναγκάζωσι πρὸς βίαν
κινεῖν ἑαυτάς.

undum v. 481. 355

φύλαττε σαυτὸν ἀσφαλῶς, πολλοὶ γὰρ οἱ πανοῦργοι,
μήπου τις ἐκ τοὔπισθεν ὢν τὸ σχῆμα καταφυλάξῃ.

rtium v. 486.

πρὸς ταῦτα συστέλλου σεαυτὴν,
κύκλῳ περισκοποῦμένη τἀκεῖσε καὶ τὰ τῇδε
ἔκ δεξιῶν, μὴ ξυμφορὰ γενήσεταί τὸ πρᾶγμα.

n obstant his talia, qualis Xenophontis locus est, quem modo imus. In quo etsi scribi potest, quod Schneidero in mentem uit, κατακόψειε, tamen futurum, si de opinione accipitur, rese habet; non, si de metu. Scilicet hoc illud est, in quo ficultas linguae Graecae posita est, quod multa, quae eodem mŏdo untur, alibi alios explicatus habent. In eadem adnotatione

quod de Herodoti loco vii. 103. Elmsleius nobis contradixit, recte fecit. Nam sane, quod ibi scriptum est, ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη, non debebamus interpretari, *vide ne fuerit*, quum optativus, licet saepe de praeteritis usurpetur, tamen non aliter ad praeterita referatur, nisi si alio verbo id tempus indicatum sit. Sed minime tamen in eo accedendum putamus Elmsleio, quod sine dubio ἦ apud Herodotum scribendum esse dicit. Nam ἦ consuevit ille dicere, etsi in plurali ἦσαν scribit. Sanum vero est, nisi vehementer fallimur, quod libri omnes habent, εἴη, sed aliter, quam ad Aiacem diximus, explicandum. Quod intelligetur, considerata omni verborum complexione, quae haec est: εἰ γὰρ πείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς τῆς ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σὲ δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον· καὶ οὕτω μὲν ὀρθοῖτ' ἄν ὁ λόγος ὁ παρὰ σεῦ εἰρημένος· εἰ δὲ τοιοῦτοί τε ἐόντες καὶ μεγάθεα τοσοῦτοι, οἷος σύ τε καὶ οἳ παρ' ἐμὲ φοιτῶσι Ἑλλήνων ἐς λόγους, αὐχέετε τοσοῦτον, ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη. Hoc dicit: *si non maiore, quam tu atque alii Graecorum, quos ego vidi, robore praediti tantopere gloriamini, vide ne vana ista iactatio foret.* Loquitur, ut saepe fit, negligentius, apodosi ad aliam rationem protaseos conformata: id quod alio modo etiam in priore parte huius periodi fecit. Debebant enim omnia hoc ordine procedere: *si singuli vestrum decem ex nostris pares essent, recte se haberet, quod dicis; sed si nihilo nobis meliores ita gloriaremini, vana diceretis.* At, inquiat aliquis, si hoc volebat, addere debebat ἄν. Potuit addere: sed potuit etiam omittere. Recte enim omittitur haec particula in altero membro orationis, quod ita comparatum est, ut pro parte eius sententiae, cui additum est ἄν, haberi possit. Aeschylus Agam. 1058.

πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.

563 Alia exempla vide apud Xenophontem Hier. vi. 16. xi. 11—13. Ita hic, si in pauca contrahas, hoc dicit Herodotus: καὶ οὕτω μὲν ὀρθοῖτ' ἄν ὁ λόγος, ἄλλως δὲ μάτην κόμπος εἴη.

V. 313. Praefert Elmsleius ὡς δ' αὕτως cum spiritu aspero. Accentum enim docere, non ab αὐτὸς derivatum esse hoc adverbium, sed a feminino αὕτη, ut οὕτως a masculino οὗτος. Non intercedimus, quin ita videatur formam verbi intuentibus. Sed qui etiam significationem respiciunt, iis aliter videri debere contendimus. Mirum primo, a feminino derivatum esse adverbium. Verum esto ita: quid est, quod, si οὗτος et αὕτη significatu non differunt, nisi quod sunt genere diversa, οὕτως et αὕτως diversissimas habeant significationes, et quidem αὕτως eam, quae non ab αὕτη, sed unice ab αὐτὴ, si femininis utendum est, petita sit? Vnde quis non potius colligat, αὕτως veram scripturam esse, accentum

ab regula recedere? Caeterum ad sensum Euripidis ver-
quod attinet, non satis planum est, quid statuat vir doctis-
Verba sunt haec:

*γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ,*
*ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς σοφός.*

scholiastae auctoritatem, qui *φυλάσσειν* pro *φυλαχθῆναι, i. ηθῆναι*, dictum ait, activum pro passivo. Sed de hac re
a controversiam esse. Fuisse autem, qui *ῥᾴων φυλάσσειν*,
raecum esset, tamen ab hoc loco alienum esse censerent,
hic *φυλάσσεσθαι* dicendum fuisset, ut Davesium. Respon-
uic Dorvillium, *φυλάσσειν* esse observare aliquem, ne ali-
aciat, auctore Demosthene. Hanc interpretationem probare
lum et Musgravium. Nisi fallimur, ipse quoque probat.
certe. Quamquam aliquid suspicionis praebet, se in illo
escere, quod dixerat, activum pro passivo positum esse.
nihil efficeret. Nam etiam *φυλάσσεσθαι* si hic scriptum es-
activi vim haberet, ut *cavere* significans. Itaque de eo po-
ebatur, utrum id verbum hic *cavere*, an *custodire* significa-
Non potest autem aliud quam *custodire*. Praeterea aliud erat
versibus, de quo accuratius quaerere debebat Elmsleius,
eum fecisse videmus. Vbi scholiastae verba attulit *ῥᾴων*
*υλάττεσθαι, φησὶν, ὀξύθυμος ἀνὴρ, ὡσαύτως δὲ καὶ γυνὴ,*
ium dicit scripsisse *ἀνὴρ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως γυνὴ*;
algatam agnoscere alterum scholiasten, *πᾶσα γάρ, φησὶν,*
*μος γυνὴ, ὁμοίως δὲ καὶ ἀνὴρ, εὐμαρέστερον ἂν φυλαχθείη,*
*ύπτων τὴν ὀργήν*, eamque stabiliri poëtae verbis in Andr.

*καὶ μὴν ἴσον γ' ἀνήρ τε καὶ γυνὴ σθένει*
*ἀδικουμένη πρὸς ἀνδρὸς, ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ,* 354
*γυναῖκα μωραίνουσαν ἐν δόμοις ἔχων.*

it hic quoque viro doctissimo, quod saepius, ut in verbis
is sententiam verborum negligeret. Nihil prorsus simili-
est inter hos duos locos, quam quod in utroque verba sunt
*αὔτως ἀνήρ*. Nam in Andromacha hoc dicit poëta: par mu-
si ei a marito iniuria fit, ius est, ac viro: sed vir in se ipso
dium habet, mulier in parentibus et cognatis. In Medea ve-
e viro an de muliere agatur, nihil interest: sermo est enim
nibus, qui ad iram proni sunt, sive viri sint, sive mulieres.
si in Andromacha necessario dici debuit *ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ*,
tem etiam *ὡς δ' αὔτως γυνὴ* dici potuit, quid Andromachae
ad stabiliendam vulgatam in Medea confert? At dicet fortasse,
in Medea de muliere agi. Vero: at non quia mulier, sed
omo est. Itaque alio modo quaeri debebat, utra scriptura

melior esset: notandaque erat negligentia poëtae in opponendis iis, quae sibi non recte opponuntur. Nam primo ὀξυθύμοις σιωπηλοὶ opponendi erant. Nunc opponit σιωπηλοὺς σοφοὺς, quod sic demum recte fecisset, si antea μωροὺς ὀξυθύμους commemorasset. Deinde etsi de muliere sermo est, tamen, quia non proprium est mulierum, quod de Medea praedicat, sed commune omnium hominum, nec mulieres nec viros, sed homines dicere debebat. At id non fecit, sed prouti hanc aut alteram scripturam probaveris, mulierem aut virum nominat, et deinde sese corrigens, alterum sexum addit. Vtrumque aliquam rationem habet. Nam si dixit, ἀνὴρ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὕτως γυνή, existimandus erit in generali sententia virum ut potiorem nominasse, sed quoniam hic de Medea loquitur, diserte deinde, ne propter ambiguitatem vocabuli de solis loqui viris videretur, adiicieudum putasse, eamdem esse etiam mulieris conditionem. Sin dixit, γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὕτως ἀνὴρ, quoniam Medeam in mente haberet, de muliere dicere incepisse, sed, ne quis id in solas mulieres dictum putaret, adiecisse deinde viros. Et hoc quidem veri similius videtur, ut quod metui, in quo est, magis consentaneum sit. Neque vero praetereundum erat, quum illud σοφὸς addit, respicere eum, quod ipse ante dixerat, σοφὴ πέφυκας, et quod Medea responderat, σοφὴ γὰρ οὖσα, et quae sequuntur, tum, εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.

V. 318. Repudiavit Elmsleius scripturam MS. Cott. et ed. Lasc. γούνων, negans ea forma usos esse tragicos contra Porsonum ad Phoen. 866. qui nobis quidem sapienter scripsisse videtur: "neque ratio fingi potest, cur tragici hac forma abstinuerint." Meminerit velimus Elmsleius suorum ipsius verborum, quae supra ad v. 147. attulimus.

355 V. 326. Non dixerim ego quidem utrumque bonum esse, μὴ λάθῃ et μὴ λάθοι. Hic, ubi aperte optat, non iubet Medea, optativus unice praeferendus.

V. 326. Quae Elmsleius ad hunc versum in subiecta adnotatione de elisionibus ante penultimam arsin in iambicis et trochaicis versibus disputavit, non libet persequi. Satis ducimus monere, non ipsas esse elisiones per se spectandas, sed verborum quoque in loco et interpunctionum rationes. Aliter et caeca manet haec diligentia, et corrumpendis aliquot locis ansam praebet.

V. 328. Laudandum quidem censemus Elmsleium, qui, quod Matthiae quoque fecit, librorum scripturam revocaverit, πονοῦμεν ἡμεῖς κοὐ πόνων κεχρήμεθα, neque admiserit coniecturam Musgravii, quam non modo Brunckius, sed, quod mirere, Porsonus ut certissimam recepit, πόνος μέν· ἡμεῖς δ' οὐ πόνων κεχρήμεθα; sed quem sibi frigidum in his verbis iocum invenire Elmsleius videtur, ab eo alienissimus fuit Euripides. Fraudem scilicet fieri sibi passus est V. D. a scholiasta et Buchanano, qui

vertit, *curae premunt me, nec egeo curis novis.* Mirum profecto, latuisse viros doctos usitatissimam dicendi rationem, qua Graeci, ut quid confirment et corroborent, idem iterum dicunt negando contrario, qualia sunt *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα*, et millena alia. Itaque quum Creon dixisset, *desine mihi laborem facessere*, respondet Medea, *ego vero laboro, neque indiga sum laborum*, i. e. immo ego, et quidem plus satis laborum habeo. Similiter in Herc. fur. 1245.

*γέμω κακῶν δὴ, κοὐκ ἔτ' ἔσθ' ὅπου τεθῇ.*

V. 385. "Nescio," inquit, "an legendum *οἳ φευξούμεθα.*" Cur vero, quum *ἦ φευξούμεθα* hic potius, quam *οἳ φευξούμεθα* dicendum fuerit? Quid intersit, diximus ad Herc. fur. 1236.

V. 348. Iterum hic, ut supra ad v. 87., soloecum videtur Elmsleio *εἰ οὐ*: unde in Herc. fur. 1315. ubi legebatur, *ἀοιδῶν ἓν πεῖρ οὐ ψευδεῖς λόγοι*, recte in Matthiae editione repositum dicit *ἀψευδεῖς*. Monuimus iam ad v. 87. esse, ubi recte dicatur *εἰ οὐ*. Sed ne exempla requirantur, en quaedam. Homerus Od. *β*. 274.

*εἰ δ' οὐ κείνου γ' ἐσσὶ γόνος καὶ Πηνελοπείης.*

Antiphanes ap. Athen. iii. p. 99. A.

*ἐκ τοῦ γὰρ εἶναι γέγονεν· εἰ δ' οὐκ ἦν, ὅθεν,*
*πῶς ἐγένετ' ἐξ οὐκ ὄντος;*

Herodotus vii. 9. *καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη πρᾶγμα, εἰ Σάκας μὲν καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας καὶ Ἀσσυρίους, ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα, ἀδικήσαντα Πέρσας οὐδὲν, ἀλλὰ δύναμιν προσκτᾶσθαι βουλόμενοι, κατασρεψάμενοι δούλους ἔχομεν· Ἕλληνας δὲ, ὑπάρξαν-* 356
*τας ἀδικίης, οὐ τιμωρησόμεθα.* Eodem modo Andocides de myster. p. 13. (51. Reisk.) *οὐκοῦν δεινὸν, εἰ ὑπὸ μὲν τούτων διὰ τοῦτ' ἂν ἀπωλόμην, ὅτι εἰς τὴν πόλιν οὐδὲν ἥμαρτον, ὥσπερ καὶ ἑτέρους ἀπέκτειναν, ἐν ὑμῖν δὲ κρινόμενος, οὓς οὐδὲν κακὸν πεποίηκα, οὐ σωθήσομαι;* et Aeschines c. Ctesiph. p. 641. seq. ed. Reisk. cuius locum, quia longior est, nolo adscribere. Andocides de myster. p. 5. (17. Reisk.) *εἰ δὲ οὐδὲν ἡμάρτηταί μοι.* Pythagoreus incertus in Galii Opusc. p. 725. *ἀλλὰ γὰρ φαντὶ ὡς ταῦτα μὲν λέγοντι, ὅταν τις αὐτοὺς ἐρωτῇ· ἀλλὰ τοὶ μὲν σοφοὶ, τῷ δέοντι· τοὶ δὲ μαινόμενοι, εἰ οὐ δεῖ.*

V. 409. Facile accedimus viro doctissimo, futurum reponendum iudicanti. Sed quod *στρέφουσι* in *στέφουσι* mutari vult, non probamus, multoque melius esse censemus, quod, si illud displiceat, proponit, *στρέψουσι*. Nam non solum mutatio minor est, sed ipsum etiam verbum huic loco longe est convenientius, ut in quo id ipsum dicere velit poëta, conversum iri contemptum mulierum in laudem.

V. 420. Adscivit Elmsleius, quod Porsonus ex sola Aldina

posuit, *πατρίων* pro *πατρῴων*, eodem argumento, quo v. 428. *μένει* potius quam *μίμνει* legendum sit. Negamus vero, parem utriusque verbi conditionem esse. Nam *μένει* et *μίμνει*, praeterquam quod durissima foret correptio ante *μν*, neque significatu, neque colore differunt: quod non est in *πάτριος* et *πατρῷος*, quae quum significatu differant, differunt etiam colore, i. e. potestate, quam ad animi affectionem habent per ea, quae adsignificantur, etiam ubi ad rem ipsam idem est, utro vocabulo utare. Obscure differentiam indicavit grammaticus in Bekkeri Anecd. T. I. p. 297, 30. *πατρῷα λέγουσιν οἱ ῥήτορες χρήματα καὶ κτήματα καὶ τόπους, πάτρια δὲ τὰ ἤθη καὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ μυστήρια καὶ τὰς ἑορτὰς, πατρικὸν δὲ φίλον ἢ ἐχθρόν.* Differunt haec ita: *πάτρια* sunt, quae sunt patris; *πατρῷα*, quae veniunt a patre; *πατρικά*, qualia sunt patris. Ita Pindarus proprie dixit *πατρία ὁδός* Ol. VI. 106. Nem. II. 9. *Πατρῷα* autem tantum abest ut eadem sint quae *πάτρια*, ut sint ea, quae sunt *κατὰ τὰ πάτρια*. Vt ad Euripidem revertar, ad rem ipsam quidem idem est, utrum *ἐκ πατρίων* an *ἐκ πατρῴων οἴκων* profuga dicatur Medea, sed vim tamen non eamdem utrumque verbum habet. Nam patris domum qui relinquit, non videtur suam relinquere domum; patria domo autem qui excedit, sua domo caret, in qua habitare eum ius erat. Ita spurio filio *πάτριος οἶκος* est, genuino *πατρῷος*, si proprie verba usurpamus. Quod autem ad mensuram mediae syllabae attinet, quid impedit, quin, si *γεραιὸς*, *δειλαιος*, atque alia, media cor-
557 repta dicuntur, idem etiam in vocabulo *πατρῷος* fieri potuerit? Modo apte fiat. Neminem autem opinamur tam invenustum esse, ut non sponte sentiat, eam correptionem in vocabulo primam syllabam natura brevem habente non aliter sine elegantiae detrimento admitti posse, nisi si ictus in ultimam incidat, prima autem licet propter duplicem consonantem produci possit, brevis maneat. Quare nihil offensionis habent talia,

*σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρῴων ἔπλευσας·*
*ξείνου πατρῴου φυλακαῖσιν.*

At turpissimus foret versus Glyconeus Pindari Nem. II. 9. si sic scriptus esset:

*ὀφείλει δ' ἔτι πατρῴαν.*

V. 431. Quum pro vulgato *τῶν δὲ λέκτρων* Porsonus *σῶν τε λέκτρων* coniecisset, (sentiebat enim et articulum languidum esse, et praegresso *οὔτε* respondere aliquid debere) recepit eam coniecturam Elmsleius. Et *σῶν* quidem nemo erit quin verum esse intelligat, *δὲ* autem nollemus mutatum, quod recte et apte hic ad *οὔτε* refertur. Saepe sibi *τε* et *δὲ* respondent, ubi singula membra et verbum suum habent, et res eiusmodi est, ut quae per *τε*

et partes disiungi coeperant, etiam opponi sibi possint. Sophocles Oed. Col. 367.

πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως Κρέοντί τε
θρόνους ἑᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν.

Vide Brunckium ad Aesch. S. c. Theb. 835. Sic etiam Latini *et* et *autem* coniungunt. Est autem in his rebus illa quam dicunt grata negligentia posita, quae libera ab exili grammaticorum severitate ita quoque in loco conformat orationem, uti sententia postulat. Eo fine enim inventa est oratio, ut id, quod sentiamus, apte accommodateque exprimat. Et hoc in genere saepius videmus Elmsleium veteres scriptores ad eum modum corrigere, quo ludimagistri pueros solent, quum primum scribere discunt. At illi regulas discere debent: sed has qui iam didicerunt, his licet eas etiam aliquando prudenter negligere.

---

## PARS III.

(Diar. classic. fasc. XLIV.)

Quod instituimus, ut ex P. Elmsleii adnotationibus ad Euripidis Medeam ea potissimum adferremus, in quibus dissentiendum ab editore doctissimo putamus, in eo iam pergemus, ut coepimus, omissis quae vel leviora sunt, vel, qualia multa esse iam alio tempore diximus, praeter necessitatem tentata nobis videntur. 403

V. 488. "Apud Euripidem," inquit, "Hec. 1028. (1011. Pors.) non optime Graece dictum videtur ἐκπέσῃ, quod defendit Porsonus." Verba sunt, Ἀλλμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν Λέχριος ἐκπέσῃ φίλας παρδίας. Miramur vero, non optime Graece dicta videri viro doctissimo, quae Homeri exemplo dixit Euripides. Ita Iliad. χ. 93. ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσιν. Et saepe alibi. Sed saepius videtur Elmsleius iniuria reprehendere Porsonum.

V. 472, 473. Medea se dicit Peliam occidisse his verbis: Πελίαν τ' ἀπέκτειν', ὥσπερ ἄλγιστον θανεῖν, Παίδων ὑπ' αὐτοῦ. "Immo," inquit, "παίδων ὑφ' αὑτοῦ." Et ita edidit: recte sane, si haec verba ad θανεῖν retulit. At quid cogit id facere, quum etiam ad ἀπέκτεινα referri possint? Ita vero recte se habebat librorum scriptura. Eaque nescio an etiam fortior sit ad sententiam.

V. 477, 478. Disputat hic de verbis, εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι, Σύγγνωστ' ἂν ἦν σοὶ τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους, scripturamque libro-

rum nonnullorum, *σύγγνωστον ἦν σοι*, defendi posse ait Sophoclis verbis in Oed. R. 255. *οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, Ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν*, sed rectius addi ἄν, ut in Eurip. El. 1024. *κεἰ μὲν πόλεως ἄλωσιν ἐξιώμενος, Ἢ δῶμ' ὀνήσων, τἄλλα τ' ἐκσώζων τέκνα, Ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὑπερ, σύγγνωστ' ἂν ἦν*. Cur tandem rectius? In Sophoclis quidem exemplo non recte adderetur particula; in Euripidis autem locis et addi eam et omitti potuisse, qui hujus particulae vim et potestatem perspexerit, intelliget. Sed de hac re alio loco dicemus.

V. 480. Non audemus nos quidem quaestionem difficillimam, quam hic movit Elmsleius, dirimere, sed illud videmus, eum neque recte satis, neque caute iudicasse. Verba sunt: *οὐδ' ἔχω μαθεῖν, Ἢ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄγχειν ἔτι, Ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμι' ἀνθρώποις τανῦν*. Quum lib. Put. Reiskius, Musgravius, Porsonus, *εἰ θεοὺς* dedissent, vulgatam *ἢ θεοὺς* revocavit Elmsleius. Nam pro *πότερον* in priore membro etiam *ἢ* dici. At quibus tandem id exemplis confirmavit? Multorum haec res, si quid-
494 quam, exemplorum erat, eorumque et certorum et accommodatorum. At Elmsleius quinque tantum exempla dedit, quorum duo plane aliena sunt, unum Aeschyli Prom. 779. *ἕλοῦ γὰρ, ἢ πόνων τὰ λοιπά σου* (ita scribit) *Φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ*. Nam ut *πότερον* hic dici potuerit, non tam de hoc, quam de eo quaerebatur, an *εἰ* et *ἢ* permutari liceret. Atqui *εἰ* hic dici non potuit. Alterum Homeri est Il. ε. 671. *μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, Ἢ προτέρω Διὸς υἱὸν ἐριγδούποιο διώκοι, Ἢ ὄγε τῶν πλεόνων Λυκίων ἄπο θυμὸν ἕλοιτο*. Neque in Matthiae Gr. Gr. §. 609. quem auctorem citat, aliud quam unum huic simillimum exemplum profertur ex Iliad. α. 190. Vtroque in loco, pariterque in Aeschyli exemplo plane abesse prius *ἢ* poterat: ex quo satis patet, non posse haec exempla cum Euripidis verbis comparari, nisi quis apud hunc praeferendam censeat elegantissimam lectionem, quae apud scholiasten Aeschinis exstat, *ἢ θεοὺς νομίζω*, quam mirum est neque Porsono neque Elmsleio aliqua commendatione dignam visam esse. Caetera, quibus Elmsleius utitur, exempla haec sunt. Aeschyli in Choëphoris 783. *οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις, Ἢ λιμὸς, ἢ διψῇ τις, ἢ λιψουρίαν Ἔχει*. Ita Elmsleius scribit. Nobis *εἰ*, ut Porsono aliisque, requiri videbatur, nec caetera recte constituisse Elmsleium putamus. Deinde Sophoclis in Oed. C. 79. *οἶδε γὰρ κρινοῦσί γε, Ἢ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν*. Vbi particula *γε* offensus, cujus vim non perceperat, *κρινοῦσιν εὖ* scribendum putat, quo nihil fingi potest frigidius. Sed *ἢ χρὴ* veteres libri: at jam Turnebi et Stephani edd. *εἰ χρή*, quod nobis verum videtur. Denique apud Homerum Iliad β. 299. *τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν, Ἢ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἠὲ καὶ οὐκί,*

recte sic Heynium pro *εἰ ἑτέον* scripsisse dicit. Quid vero his tribus, iisque tam dubiis exemplis efficitur? Apertum est, ea toto coelo ab illis, quae ante commemorata sunt, differre. Praeterea quum nihil neque facilius neque frequentius sit commutatione particularum *εἰ* et *ἤ*, ejusmodi exempla proferenda erant, in quibus aut certo non esse *εἰ* positum credi posset, aut, quod optimum fuisset, neutra particula in priore membro inveniretur. Hoc enim solum genus idoneam hac in re probandi vim habet.

V. 487. Non intercedimus, quominus, quod scholiastes quo- 405
que habuit, *δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς* scribatur, ut id sit, *nihil a te quidem commodi* exspectans: sed illud miramur, quod scribit Elmsleius: "Par. D. pro var. lect. Burn. *δοκοῦσα μή τι*, quod admisit Musgravius. Male. Non dicitur *δοκῶ μὴ πράξειν καλῶς*, sed *δοκῶ οὐ πράξειν καλῶς*." Idque confirmat duobus exemplis, quibus tertium in auctario addidit. Silet vir doctissimus de Porsono, reverentia quadam. Nam etiam Porsonus *μή τι* recepit. At itane imperitum Graecae linguae fuisse Porsonum, ut, si *δοκῶ μὴ* non dicatur, id nescierit? Immo Elmsleius, exempla, quorum forte meminerat, non rationem linguae, respiciens, novam illam, sed falsissimam regulam commentus est. Nam ubi *οὐ* dicendum, *οὔ*; ubi *μή*, *μὴ* cum hoc verbo coniungitur. Aeschylus Prom. 740. *εἶναι δόκει σοι μηδέπω 'ν προοιμίοις*. Sept. ad Th. 621. *δοκῶ μὲν οὖν σφι μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις*.

Simile nobis videtur, quum ad v. 496. *πολλαῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα* non putavit stare posse, nisi etiam *πολλοῖς* legatur. Vnde *Ἑλληνίδων* recepit, quod facilius quis interpretibus deberi suspicetur. Hic quoque nollemus a Porsoni acutiore iudicio recessisset.

Etiam ad v. 513. diligentiam desideramus, quum notandum dicit *καὶ λίαν*, quod paullo maiorem vim habeat, quam *λίαν*. Neque enim *καὶ λίαν* coniunctim dicuntur, ut saepe *καὶ δή*, sed *καὶ* ad totam sententiam pertinet. Eadem ratio est, ubi *καὶ πολύ* dicitur, de qua re infra dicit ad v. 871.

Acute disputat Elmsleius de v. 552. in quo *εὐδαιμονοῖμεν* ab Euripide scriptum coniicit, quod non diffitemur maiorem quamdam humanitatis speciem praebere, quam quod libri habent *εὐδαιμονοίην*. Non videtur tamen haec satis idonea caussa esse reponendi pluralis, probamusque, quod non est in textum receptus. Eodem versu quum libri habeant, *σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ, ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι*, perelegans est Elmsleii coniectura, *σοί τε γὰρ παίδων μέλει*. Sed non putamus tamen quidquam mutandum esse. Nam qui est mos Graecorum, ut sine ambagibus dicant, quae hodie si quis dicat, rudis et parum elegans videatur, eo hic quoque Iasonem uti voluit poeta, idque 406

tanto magis, ut ex ipsius oratione eluceret, cum sui ipsius maxime studiosum esse. Vt igitur propter hanc causam etiam illud *εὐδαιμονοίην* defendendum putamus, ita non offendimur, si, quo initum ab se novum connubium excuset, his duobus argumentis utitur, neque Medeam, ut cui iam sint liberi, prole indigere, et se, quos ex ea susceperit liberos, eos praesidium habere velle ab iis, qui ipsi ex novo illo coniugio nascituri sint. Quid quod ipsa Medea, ubi se in Iasonis sententiam concedere simulat, v. 850. utrumque argumentum repetit: *οὐκ εἰσὶ μέν μοι παῖδες, οἶδα δὲ χθόνα φεύγοντας ἡμᾶς καὶ σπανίζοντας φίλων;* Non debebat autem Elmsleius, qui sine interpunctione scripsit, *ἐμοί σε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι*, illud praeterire, male a Porsono, et repugnante sensu loci comma post *τέκνοις* positum esse, quum alii recte post *λύει* distinxissent. Hoc quoque confirmat Medea infra v. 847. dicens, *καὶ κασιγνήτους τέκνοις ἐμοῖς φυτεύων*. Caeterum in adnotatione ad h. l. sine idonea ratione Elmsleius in Aeschyli Prom. 81. scribit *προμηθίας*, atque in eiusdem poetae Eumen v. 94. *τί δεῖ* corrupta putat.

V. 581. Acute coniicit, *γῆμαί με λέκτρα βασιλέων*, quia vulgatum *βασιλέως* potius uxorem regis, quam filiam significaturum esset. Sed prorsus alienum est, quod affert, *βασιλῆς* interdum reginam significare. Neque enim id hoc loco fieri potest, sed *λέκτρα βασιλέων* regum, i. e. regium torum notat.

V. 587. Librorum scripturam, *οἶσθ' ὡς μετεύξει καὶ σοφωτέρα φανεῖ*, sic mutandam censuit, eamque mutationem in textum recepit, *οἶσθ' ὡς μέτευξαι (καὶ σοφωτέρα φανεῖ)*. Idque praeceperat iam ad Soph. Oed. R. 543. At ut ita loqui soliti sint Attici, ex eo non sequitur, ubique ita loquutos esse. Quin ipsa cogitandi celeritas, cui haec formula originem debet, suadet, ut pro diversa sententiarum coniunctione aliis in locis aliter loquutos esse censeamus. Atque ut Euripides in Iph. Taur. 759. scripsit, *ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω*, ita quid est quare non potuerit dicere, *οἶσθ' ὡς μετεύξει καὶ σοφωτέρα φανεῖ?* Neque movet me, quod ex Troad. 721. affert Elmsleius, *ἀλλ' ὡς γενέσθω, καὶ σοφωτέρα φανεῖ*. Ne-
407 mio enim non videt diversissima haec esse, siquidem illic primarium est *ὡς γενέσθω*, hic autem *σοφωτέραν φαίνεσθαι*.

V. 614. In carmine chorico non videtur Elmsleius satis perspectas habuisse leges numeri Dorii. Aliter non recepisset coniecturam Porsoni, inserto *ἐν* versum praebentis heroicum,

*οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἐν ἀνδράσιν, εἰ δ' ἄλις ἔλθοι.*

Est enim is alienus ab hoc genere numeri. Id quod et tragicorum et maxime Pindari exempla docent. Debebant in duos versus, sive *κῶλα* appellare mavis, dividi,

*οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν*

ἀνδράσιν, εἰ δ' ἄλλῃ ἔλθοι,

et in antistropha,

μηδέποτ' ἀμφιλόγους ὀρ-
γὰς, ἀπόρεσά τε νείκη.

Vltima enim syllaba anceps est. Eadem metri ignoratione in Aeschyli Prom. 531. versus ita distinguit:

βουφόνοις παρ' Ὠκεανοῖο πατρὸς
ἄσβεστον πόρον.

At talibus numeris isto in carmine non erat locus.

Neque vero in Medeae v. 640. φασιν probandum erat, quod ex Musgravii coniectura admisit Porsonus. Nam vel brevis syllaba, quae praeter morem in Personi descriptione utrobique praecedentem versum terminat, de prava distinctione metrorum debebat admonere. Versus isti sic constituendi sunt:

τὸν ἀμαχανίας ἔχουσα δυσπέ-
ρατον αἰῶν',
σὲ γὰρ οὐ πόλις, οὐ φίλων τις ὤκει-
ρεν παθοῦσαν.

Denique alitar quidem, quam Porsonus, sed non hercle melius, ultimos strophae versus disposuit Elmsleius:

ἁμέραν, τάνδ' ἐξανύσα-
σα μόχθων οὐκ ἄλλος ὕπερ-
θεν, ἢ γᾶς πατρίας στερίσθαι.

Qui numeri, ita distributis vocabulis, pessim sunt, omninoque a colore huius carminis videntur alieni esse. Debebant ita di- 408
stingui:

ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα· μό-
χθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν, ἢ
γᾶς πατρίας στερέσθαι.

Vt τὶς pro οὐκ coniiceretur, non erat idonea caussa. Illud recte factum, quod v. 632. οἰκτροτάτων, et v. 641. δεινότατον revocatum est.

V. 633. Non immerito haeret Elmsleius in explicanda vulgata, θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμεῖην, ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα, quum dici debuisse videatur, ἢ vel πρὶν ἐξανύσαι τήνδε ἡμέραν. Nihil tamen caussae est, quare hunc locum de vitio suspectum habeamus. Eadem enim dicendi forma usus est poeta, qua δείξω γεγὼς et similia saepissime dicuntur, quae proprie conversio quaedam est sententiarum. Ita ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα, θανάτῳ πάρος δαμεῖην, proprie est, *hoc die perfuncta, prius moriar*: quod nihil aliud esse apparet, quam *moriar potius, quam hunc diem exegerim*. Nam πάρος, πρὶν, et similia, ut apud Germanos, saepe

nihil aliud quam *potius* significent. Ita Homerus: *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω· πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ.* Simili forma dicendi, ut in Medea, etiam in Alcestide v. 900. ed. Monk. usus est Euripides: *τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον, ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου.* In quo loco frustra haeserunt interpretes et critici. Hoc dicit: *ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου, τί τούτου μεῖζον ἀνδρὶ κακόν;*

V. 659. Dedit Elmsleius cum Porsono, *θέμις μὲν, ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;* quae est librorum prope omnium scriptura. Ald. male, *θέμις δ' ἄν.* At non satis erat, quod nullo pacto dici potuit, damnasse; ostendendum erat etiam, quo pacto stare posset, quod grammaticae quidem non repugnaret, sed sensum tamen non videretur idoneum praebere. Nam quid *μὲν* sibi velit, vereor, ut quisquam docere queat. Nobis et *δ' ἄν* et *μὲν* supplementa videntur a grammaticis illata ad versum sustinendum, quum *θέμις* scribi coepisset. Euripidem dedisse putamus:

*θεμιστὸν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;*

Quod mox dicit Medea v. 661. *τί δῆτ' ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύ-*
409 *ειν*, in eo tantum abest, ut abundet *εἰ θέμις κλύειν*, ut verissima sit Brunckii observatio, *εἰ* ratiocinantis esse. Nam quum Aegeus ad superiora verba respondisset *μάλιστα*, recte infert Medea, *ergo, si fas est me scire, edissere.* Non magis verum est, quod vult Elmsleius, eodem modo v. 1287. *εἰ* abundare: *εἰ δ' ἐμοῦ χρείαν ἔχεις, λέγ', εἴ τι βούλει.* Quis enim non videt, horum verborum hunc esse sensum: *si me indiges, dic, quod vis dicere.*

V. 667. Distinxit Elmsleius cum Porsono, *παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος*, quod mavult, quam cum Aldo et Lascari post *Πέλοπος* distingui, quia melior sit ea ratio, quae Pittheum non solum *εὐσεβέστατον*, sed Pelopis filiorum *εὐσεβέστατον* faciat. Eam rationem nos quidem minime meliorem esse putamus. Nam hic non agitur de eo, quis Pelopis filiorum magis minusve pius sit, sed illud quaeritur, an is sit pius, ad quem devertere vult Aegeus: quem nihil cogebat ad Pelopis filiorum aliquem accedere, quem non putaret impium esse, sed quaerere virum bonum, quicum communicare oraculum posset, sive is Pelopis, sive alius viri esset filius. Quare omnino probanda distinctio illa, *παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος, εὐσεβέστατος.* Duo enim respondet, et qui sit, ad quem eat, et cur eum adeat.

V. 672. *Τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηκ' ὧδε.* "An dicitur *ὄμμα συντέτηκε*? Non opinor. Supplendum igitur *τέγγεται* vel aliquid huiusmodi." Cur vero? Non hic, quid diceretur, sed quid esset, quaeri debebat. Quod est autem, quidni dicatur esse? Afflicti enim et oculis et colore corporis languescunt.

V. 673. *Λίγεῦ κάκιστός ἐστί μοι πάντων πόσις.* "Rom. A. ut Aldus *κάκιστός ἐστί μοι*. Lego: *κάκιστος ἐστί μοι*. Ita Brunckius,

quem sequuntur Porsonus et Matthiae." Et iure quidem sequuntur. Nam quum duo hic dici possint, *est mihi maritus, qui pessimus est*, et *maritus meus pessimus est*, prius illud non modo perte melius convenit ordiendae orationi, sed etiam ex pronomine μοι verum esse intelligitur. Alterum enim si voluisset poeta, κάκιστός ἐστ' ἐμὸς πόσις dixisset.

Ad v. 676. Elmsleius in scholiasta Sophoclis ad Phil. 1. aliud gens, ut videtur, διὰ τοῦτον οἰκονομεῖται dedit, ubi libri, quod olum recte habet, διὰ τούτου praebent. Notandum hoc putavius, quia nihil in corrigendis monitum.

V. 678. Etsi iam ad v. 14. diximus, neque hoc loco, neque ad v. 1275. satis accurate de particulis ἦπου disputatum esse, tamen valde laudandum putamus Elmsleium, qui hic alienas eas articulas esse viderit, et pro iis ἦ γὰρ, licet nullo in libro repertum, reposuerit. Vellemus vero, qui hic praeclare, quid verum esset, intellexerit, eodem iudicio usus esset v. 686. 410

σύγγνωστα μὲν γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.

Non minus enim ab hoc loco μὲν γὰρ, quam ab illo ἦπου, alienae sunt. In promptu vero est facillima emendatio, μεντἄρ'.

Difficillimus locus est v. 712. quem Elmsleius cum Porsono ita scriptum dedit:

Πέποιθα. Πελίου δ' ἐχθρός ἐστί μοι δόμος,
Κρέων τε. τούτοις δ', ὁρκίοισι μὲν ζυγεὶς,
ἄγουσιν οὐ μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ.
λόγοις δὲ σὺμβας, καὶ θεῶν ἀνώμοτος,
φίλος γένοι' ἄν, κἀπικηρυκεύμασι
τἀχ' ἂν πίθοιο. τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ,
τοῖς δ' ὄλβος ἐστὶ, καὶ δόμος τυραννικός.

Ἀνώμοτος est ex coniectura Musgravii, legiturque pro varia lectione in duobus codd. Vulgo ἐνώμοτος. Dein κἀπικηρυκεύματα olim rectum fuisse, ex scholiis cognoscitur. Τάχ' ἂν πίθοιο debetur Porsono. Libri omnes οὐκ ἂν πίθοιο. Elmsleius, commemorata varietate lectionis et virorum doctorum coniecturis, praeterita tamen coniectura Schaeferi, κἀπὶ κηρυκεύμασι νοῦν ἂν τίθοιο, quam ille Porsoni adnotationi subiecit, denique in eo acquiescit, ut videndum dicat, an πίθοιο potius, quam οὐκ ἂν corruptum sit. Non postulamus, ut quis omnia emendet: sed illud tamen iure videtur ab editore postulari posse, ut, quae adsunt praesidia, iis quam accuratissime utatur. Atqui animadvertit quidem Elmsleius, apud scholiastas duplicem exstare posteriorum Medeae verborum explicationem, sed neque collegit inde, quod debebat colligere, et neglexit, quam utraque difficultatem haberet, indicare. Nam quum alii scholiastae posteriorem partem Medeae dictorum in hanc sententiam interpretati essent, in quam vulgo accipitur:

*si non iuraveris, amicus fies hostibus meis, flecterisque eorum lega-*
411 *tionibus*, quam interpretationem etiam ipse probat Elmsleius: primo monere debebat de ambiguitate verborum λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἀνώμοτος. Ea ipse videtur cum Mureto sic intelligere: *si nudis tantum sermonibus mecum conveneris, neque deos testes adhibueris.* At demonstrandum erat, λόγοις ita nude positum, posse hanc vim habere: de qua re et nos dubitamus, et alios dubitaturos credimus. Vix enim aliud verba λόγοις δὲ συμβὰς videntur significare posse, quam *si dictis accedis*, i. e. *si facere vis, quod postulatur.* Cuius vero dictis, Medeaene, an Creontis? Non sane Medeae, si sententia haec est, *non iuratus, illis obtemperabis.* Nam quum oppositum sit ὁρκίοισι μὲν ζυγείς, in quo iam inest illud λόγοις συμβὰς ἐμοὶ, non poterunt sibi opponi ὁρκίοισι μὲν ζυγείς et λόγοις δὲ συμβάς. Itaque τούτοις, Peliae et Creonti, συμβὰς λόγοις dici putabimus. At ne sic quidem recte procedit oppositio, quia quod iurato et iniurato fiat, opponi sibi debet. Quod senserunt quum alii, tum Wyttenbachius, qui λόγοισι δὲ ξυμβὰς θεῶν ἀνώμοτος coniiciebat. "Sed numerosior est," respondet Elmsleius, "vulgata, cuius eadem est sententia." Numerosiorem esse, concedimus; non concedimus, sententiam esse eamdem. Nam si illud θεῶν ἀνώμοτος per copulam adnectitur prioribus, λόγοις συμβὰς iam per se debet opponi posse illis, ὁρκίοισι μὲν ζυγείς. At non est ita, nisi diserte quis dicatur iniurato λόγοις συμβῆναι. Itaque, si numerorum elegantiam servari vellet, certe coniicere debebat, λόγοις δὲ συμβὰς, ὧν θεῶν ἀνώμοτος. Tantis difficultatibus quum haec interpretatio prematur, accedit denique plura mutandi necessitas, quam quae corrupta esse credibile sit. Nam et ὧν pro καὶ scribendum erit, et plerorumque omnium librorum scriptura ἐνώμοτος cum ἀνώμοτος permutanda, et denique οὐκ ἂν in τάχ' ἂν aut aliud quid convertendum. Videamus vero alteram interpretationem, quae in scholiis his verbis perscripta est: εἰ δὲ πλθοις εἰς τὴν σύμβασιν τῶν ἐμῶν λόγων, καὶ συνθήκας ἐνωμότους ποιήσαιο πρὸς ἐμὲ, εὖ οἶδα ὅτι μοι φίλος γένοιο καὶ ἐπίκουρος ἀσφαλὴς, καὶ οὐκ ἂν τὴν πρὸς ἐκείνους φιλίαν προκρίναις. ἐπικηρυκεύματα γάρ εἰσι τὰ διὰ τῶν κηρυγμάτων γινόμενα πρὸς φιλίαν. "Certum est," inquit Elmsleius, "hunc grammaticum in exemplo suo habuisse ἐνώμοτος et οὐκ ἂν πίθοιο." De ἐνώμοτος nemo re-
412 fragabitur. Sed οὐκ ἂν πίθοιο illum habuisse, quo tandem argumento vincetur? Immo quum interpretatio ista accusativum ἐπικηρυκεύματα, quam veterem lectionem esse alia scholia testantur, agnoscere videatur, verbumque προκρίναις habeat, quidni potius legisse illum censeamus, κἀπικηρυκεύματα οὐκ ἂν προθεῖο? Ita mediam formam προθέσθαι usurpavit Sophocles Oed. C. 419. Damnat autem Elmsleius hanc interpretationem, quia sic nulla maneat oppositio inter haec verba et superiora, ὁρκίοισι μὲν ζυγείς. At

quis credat, grammaticos, qui hanc interpretationem in medium attulere, adeo caecos fuisse, ut non modo oppositionem illam corruere hac ratione non animadverterent, sed ne illud quidem viderent, ineptissime idem eidem opponi, ὄρνισιν μὲν ζυγὸς, et λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος, eodemque modo etiam utramque apodosin idem continere? Immo certissimum illa interpretatio indicium praebet, qui sic explicabant, ita legisse:

τούτοις δ', ὄρνισι μὴ ζυγὸς,
ἄγουσιν ἂν μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ·
λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος,
φίλος γένοι' ἄν, κἀπικηρυκεύματα
οὐκ ἂν προθεῖο.

Ita vero recte illud habet, καὶ θεῶν ἐνώμοτος. Iam enim iure opponuntur, ὄρνισιν μὴ ζυγὸς, et λόγοις δὲ συμβὰς, quia illud λόγοις συμβῆναι in eo ipso positum est, ut quis se ὄρνισι ζυγῆναι patiatur, et propterea addita est explicatio καὶ θεῶν ἐνώμοτος. Vnde vero tantae turbae in hoc loco? Nolo hic quidem abuti commemoratione duplicis recensionis. Omnis enim et scripturae et interpretationis fluctuatio a duobus facillimis repeti potest erroribus. Fac enim in primo versu pro μὴ scriptum ab aliquo librario fuisse μὲν, in ultimo autem πίθοιο pro προθεῖο, et caetera sponte videbis sequi debuisse.

V. 735. Quam libri praeberent, ὄμνυμι γαῖαν, λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς, vel λαμπρόν θ' ἡλίου φάος, vel λαμπρὸν ἡλίου φάος, nostra sententia critici erat, postremum illud praeferre, quum caeterae lectiones interpretibus et correctoribus deberi videantur. Et ita censuit etiam Porsonus, qui tamen ἡλίου θ' ἁγνὸν φάος dedit, quod Musgravius, quum pro varia lectione ad v. 729. adscriptum esset in nonnullis libris, huc pertinere animadvertit. Et inclinat quidem ad hoc probandum etiam Elmsleius: quod etsi minime reprehendimus, tamen, si altera lectio in textu servaretur, servandam eam ita fuisse existimamus, ut λαμπρὸν ἡλίου φάος scriberetur. Caeterum quid illud, quod v. 1076. legitur, καὶ δὴ γὰρ ἅλις βιοτόν θ' εὗρον, σῶμά τ' ἐς ἥβην ἦλυθε τέκνων, ad confirmandam particulae τε post duo verba collocationem conferat, non intelligere nos confitemur.

V. 750. νῦν δ' ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην, quum Pseudogregorius τίσαι habeat, ansam ea scriptura dedit Elmsleio exempla afferendi, in quibus ἐλπὶς infinitivos vel futuri, vel aoristi, vel praesentis adiunctos habet. Laudamus hanc diligentiam, sed lucri ex ea nihil percipi putamus, quin in errorem inducere potest tirones, nisi addatur, quibus conditionibus singuli hi infinitivi adhiberi possint. Id quod non fecit Elmsleius. Multum autem interesse, quo eorum quis utatur, facile animadvertant, qui

bene imbutum Graecae orationis elegantia sensum habent. Aoristi enim infinitivus de re exigui temporis eaque instante usurpatur, futuri de re diuturniore vel olim futura; praesentis de re praesenti aut praesens complexa. Exempla ipsa, quibus utitur Elmsleius, hoc docere poterant. Ex iis pauca attingemus. Recte dixit Aeschylus Ag. 684. *Μενέλεων πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν.* Nam et unius momenti est advenire, et brevi futurum significat. Recte vero etiam idem v. 688. *ἐλπίς τις αὐτὸν εἰς δόμους ἥξειν πάλιν*; Nam ἥκειν constat non *venire*, sed *venisse* significare. Quare diuturnitatis notio inest, quum ἥξειν dicit, i. e. *ecquid spei est, eum affore?* Euripides in Medea v. 1000. *εἶχον ἐλπίδας πολλὰς ἐν ὑμῖν, γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ, καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν.* Non potuit γηροβοσκῆσαι dicere: diuturnum est enim, simulque olim futurum, ut illud, quod per se exigui temporis est, περιστελεῖν. Vnde licuisset ei dicere *κατθανοῦσαν περιστεῖλαι*, re a mortis tempore suspensa. Aeschylus autem in Ag. 1443. *οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν, ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς Αἴγισθος*, recte usus est praesenti, quia hoc vult, *nec metuo vivo Aegistho, nec metuam, quamdiu ille vivet.* Caeterum miror, quum
414 Elmsleius alias valde ad coniectandum inclinet, quod in his versibus non *φόβον* ei scribere in mentem venit.

V. 760. Bene defendit Elmsleius versum, quem Porsonus, cuius, ubi ei adversatur, saepius nullam mentionem facit, cum Brunckio deleverat. Sed quum ἔχειν, ut ipse fatetur, ex sola coniectura natum videatur, veremur, ne rectius fecisset, si servata librorum scriptura ἔχει diversas recensiones Medeae distinxisset, quarum in una, *ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει*, in altera pro hoc versu illi duo, qui sequuntur, scripti fuissent.

Versum 768. recte tuetur Elmsleius, sed omisit illum, *λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον*, quem infra v. 919. ubi iterum legitur, aptiorem esse censet. Sed quum saepius in Medea eadem verba repetita sint, eo potius uti argumento debebat, quod hic versus in cod. Par. A. non, ut vulgo, post v. 768. sed ante eum legeretur: quod indicio esse potest, ex margine eum in texta venisse. Fatemur tamen non displicere nobis illum versum, quum ea, quae sequuntur, *κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ*, quodammodo requirere videantur, ut quale donum mittere velit, antea indicaverit. Ordo versuum is, qui est in cod. Par. A. elegantior videtur.

Ad v. 770. miramur, quod verba *ὃς ἂν θίγῃ κόρης* Euripidea quidem esse, sed librariorum oscitatione ex alia fabula in hanc invecta putat: hic enim longe praestare ὃς ἂν θίγῃ νεκροῦ, propter v. 1171. *πᾶσι δ' ἦν φόβος θιγεῖν νεκροῦ*. Primo enim, quid opus alia ex fabula haec sumpta putare, quum una tantum vocula discrepent, facillimeque librarius, universe sententiam in

animo habens, ut fit, *κόρης* pro *νεκροῦ* scribere potuerit? At nihil peccarunt librarii: immo ipse Euripides *κόρης* posuit Minatur enim Creonti, vel ipsi etiam Iasoni mortem Medea, si Glaucen attigerit, opem laturus. Mortuam attingere timebant, qui videbant, quomodo esset mortua: idque dici debuit v. 919. Hic vero mirum, ne dicam absonum foret, non de ope morienti ferenda potius, quam de mortuae tactione cogitari. Nam ubi semel periisset, nemo tam stultus futurus erat, ut veneni contagionem non reformidaret.

V. 774. Permira sunt, quae scribit ad h. l. "Futurum *κατακτανῶ* Atticis omnino abiudicavit Porsonus. Recte fortasse, licet ei responderi posset, non magis absurdum esse verbo *κτείνω* duo futura *κτενῶ* et *κτανῶ* tribuere, quam duos aoristos *ἔκτεινα* et *ἔκτανον*." Scire vero vellemus, qua analogia futurum *κτανῶ* fieri velit. Magis autem miramur, quod *ἀπέκτανε* ab solo Rhesi scriptore, ut ait, usurpatum, si in comico versus iste legeretur, audacter in *ἐπέκτονε* se mutaturum dicit, Aeschyloque in Eum. 590. *κατέκτανες* obtrudit, quod, etsi *ἀπέκτονα* comici et prosae orationis scriptores dicant, tamen *κατέκτονα*, quantum meminerit, nemo usurpaverit. Quid vero? Num vir doctissimus temporum rationem pensi habuit?

V. 775. *οὔτις ἐστὶν ὅστις ἔκαιρήσεται.* Huius constructionis alterum exemplum se reperisse negat. Nam *οὐκ ἔστιν, οὐδείς ἐστιν, τίς ἐστιν, ὅστις* dici solere, *οὔτις* autem plerumque *ὅς*, non *ὅστις* sibi habere subiectum. Vtriusque constructionis exempla affert. Tam singularis observatio aut ad casus ludibria ablegauda erat, aut advertere virum doctissimum debebat, ut causas eius indagaret. Atqui apparet, si usus iste non casui debetur, rationem eius a differentia repetendam esse, quae et inter *οὐδείς* et *οὔτις*, et inter *ὅστις* et *ὅς*, eorumque pronominum diversas consociationes intercedat. Atque Elmsleius quidem causam, quare *οὔτις* non soleat cum *ὅστις* coniungi, in repetito pronomine *τίς* posuisse videtur, ut colligi licet ex locis, quibus defendi hanc constructionem putat. Habent enim ii loci omnes *τίς ὅστις*. Et est sane hac in re aliquid veri. Nam quum iam *οὔτις* infinitum sit, non opus est ei aliud pronomen infinitum *ὅστις* addi. Sed non satis hoc est, latiusque patet harum constructionum ratio. Eam paucis conabimur adumbrare. *Οὔτις* est *non aliquis*, et negat quid de uno aliquo; *οὐδείς* est *non ullus*, negatque de omnibus. Itaque *οὔτις* infinitum, *οὐδείς* finitum est. Similis ratio est pronominum *ὅς* et *ὅστις*: vide quae diximus in Erfurdtii ed. min. Oedipi R. ad v. 688. "Ος enim finitum est, et ad certum aliquem refertur; *ὅστις* infinitum, referturque ad unum aliquem de multis quemcumque. Iam si rem universe spectamus, qui dicit, *non est aliquis*, *qui*, *οὔτις ἐστὶν ὅς* dicere de-

bebit, quia de illo aliquo, quem esse negat, aliquid praedicaturus est, non de uno alterove ex pluribus. Qui autem *non est*
416 *ullus qui* dicit, etsi recte uti poterit eodem pronomine ὅς, quia ne unum quidem, qui talis sit, qualem dicere vult, esse contendit, tamen recte etiam *οὐδείς ἐστιν ὅστις* dicet, quia, quum de omnibus neget, praedicaturus est aliquid de quolibet ex istis omnibus. Recte ergo Sophocles in Aiace v. 724. *αἴτ' ἀνείδεσιν ἔρασσον ἔνθεν κἄνθεν αὖτις ἔσθ' ὃς εὖ*. Neque vero perperam idem in Oed. R. 372. *ἃ σοι οὐδεὶς ὃς οὐχὶ τῶνδ' ὀνειδεῖ τάχα*. Usitatius tamen, ut Euripides Hel. 932. *Ἑλένην γὰρ οὐδὲὶς ὅστις οὐ στυγεῖ βροτῶν*. Haec quidem universe. Sed multae sunt conditiones, quae vel alteram constructionem efflagitent, vel utramque admittant, vel ambas coniungi postulent. Rem exemplis quibusdam declarabimus. Recte Aeschylus et necessario in Eum. 739. *μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν, ἥ μ' ἐγείνατο*, h. e. *non est aliqua mater, quae me peperit*. Est enim, qui vere genuit Minervam: quare ἥ dicit, non ἥτις: sed unde nata est, non mater, sed pater est: itaque *οὔτις μήτηρ* dicit. Ineptissime dixisset, *μήτηρ οὐδεμία ἐστὶν, ἥτις μ' ἐγείνατο*. Significaret enim, *non est ulla mater*, (i. e. nulla est ex iis, quae matres sunt) *quarum aliqua me pepererit*. Saepe vero utraque constructio admitti potest. Quum enim, quod nullus faciat, id recte non facere aliquem concludamus, iure *οὔτις* pro *οὐδείς* poni potest. Vt quum Euripides in Alcest. 505. dicit, *ἀλλ' οὔτις ἐστὶν, ὃς τὸν Ἀλκμήνης γόνον τρέσαντα χεῖρα πολεμίαν πόσ' ὄψεται*, quis offenderetur, si dixisset *οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὅστις Ἀλκμήνης γόνον τρέσαντά ποτ' ὄψεται?* Quod si coniungitur aliquando utrumque, et *οὔτις ὅστις* atque *οὐδείς ὃς* dicitur, non solet hoc temere, sed subtili quadam cum notatione eius, quod res quaeque requirit, fieri. Valde similia sunt haec Aeschyli in Choeph. 170. *οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἐμοῦ τείραιτό νιν*, et illud Xenophontis in Mem. S. iii. 6, 8. *καὶ μὴν προγόνων γε καλὰ ἔργα οὐκ ἔστιν οἷς μείζω καὶ πλείω ὑπάρχει ἢ Ἀθηναίοις*. Sed alter rectius dixit ὅστις, alter οἷς. Etenim Electra non absciderat sibi cincinnum: itaque pronomine isto quum utitur, mirabunda significat, *qui eum absciderit, quisquis ille fuit, praeter me nemo est*. Sed apud Xenophontem οἷς scriptum est, quia rem certam in mente habet: *qui maxime omnium gloriantur maioribus, Athenienses sunt*. Eleganter distincte-
417 que Lucianus Dial. deor. ii. 1. *ὅσα μηδὲν ἐστιν ὃ μὴ πεποίηκάς με, σάνδαλον, ταῦρον, χρυσὸν, πύκνον, ἀετόν· ἐμοῦ δὲ ὅλως οὐδεμίαν ἥντινα ἐρασθῆναι πεποίηκας*. Apparet μηδὲν ὃ dici, quia definita est et certa sententia, *πάντα ταῦτά με πεποίηκας*: contra *οὐδεμίαν ἥντινα* dicit, quia infinitum est atque incertum, quod vult: *quamcumque feminam circumspiciam, ab nulla me expeti fecisti*. Hinc apparet, etiam praegresso τις, aliquando

ὅστις vel posse vel debere inferri. Exempla exstant apud Elmsleium: v. c. in Eurip. Androm. 915. σοὶ δ' ἦν τις ὅστις τοῦδ' ἐκοινώνει φόνου; quae est oratio nescientis an adiutor caedi affuerit: *ecquis tibi adiutor, quisquis sit, affuit?* Quod si ex huiusmodi exemplis Elmsleius colligit, non esse mutandum, quod in Medea legitur, οὔτις ἐστὶν ὅστις ἐξαιρήσεται, vereor ut satis idonea ratione usus sit. Nam in illis exemplis omnibus et τὶς necessarium, ὃς autem non aptum erat. In illo Medeae vero proprie ὃς dici debebat: *non est aliquis, qui eos servet.* Itaque aut sic statuendum est, ea quam supra diximus ratiocinatione οὔτις pro οὐδεὶς dictum esse, aut, quod magis placet, hic quoque ὅστις hanc vim habere, ut significetur, *non est aliquis, qui, quisquis sit, eos servet.* Singulare est, sed nequaquam corrigendum quod in Alcestide v. 80. legitur ἀλλ' οὐδὲ φίλων τις πέλας οὐδεὶς, ὅστις ἂν ἐνέποι.

V. 798. Miro argumento sprevit Elmsleius σὼ παῖδε, quod, quum saepissime Medeae liberi παῖδες et τέκνα appellentur, tamen nusquam παῖδε dicantur vel τέκνω. Hoc ita demum aliquid valeret, si dubium esset, an Euripides eos plures, quam duo fuisse, statuisset. At duali, tametsi non in illis vocibus, alibi utitur, ut v. 939. 989. 1041.

V. 800. Iure quidem tuetur Elmsleius praeeunte Porsono particulam γε, quam removerat Brunckius: sed quod ait, significare hanc particulam, chorum iis, quae a Medea dicta sunt, aliquatenus assentiri: sensum esse enim, δηχθείη μὲν ἂν Ἰάσων, σὺ δὲ γένοι' ἂν ἀθλιωτάτη γυνὴ, id nihil neque ad vim particulae, neque ad sententiam illustrandam facit. Nam etiam omissa particula idem ille sensus prodiret. Similia dicit de loco quodam Plutarchi. Res haec est. Duplicem vim habet particula, alteram minuendi, *quidem, certe;* alteram augendi, *quin, vel.* Vtriusque unus communis fons est, qui positus est in restrictione, qua quid nunc ad minora, nunc ad maiora reiicitur. In Medeae loco, 418
prouti quis rem considerat, utravis ratio admitti potest. Nam quum se liberos suos interficere velle dicit, ut Iasoni dolorem faceret, chorus autem ei respondet, σὺ δ' ἂν γένοιό γ' ἀθλιωτάτη γυνὴ, haec verba aut hoc significant: *at tu certe infortunatissima mulier eris;* aut hunc sensum habent: *quin tu eris infortunatissima mulier.* Quorum alterum est, *si Iason dolebit, tu non vacabis dolore;* alterum, *si Iason dolebit, tu dolebis magis.* Hoc postremum volebat Porsonus, et recte, quia ipsum verbum ἀθλιωτάτη gravius quid significari prodit, quam quod Medea dixerat. Elmsleius vero utramque potestatem particulae commiscuit, ut ex eo apparet, quod, quum altera quae affert exempla augendi vim confirment, unum ad minuendi significationem pertinet, ideoque alienum est, Herculis furentis dico v. 1248. s.





V. 804. Recte putamus Elmsleium dedisse λέξῃς δὲ μηδὲν, pro λέξεις δὲ μηδὲν; recte etiam sentire de Aristophanis loco, Av. 130. seqq. sed quod haec in eiusdem Pluto v. 487. ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν, ᾧ νικήσετε τηνδὶ ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες· μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδὲν, sic interpretatur, ut χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς idem esse velit quod ὅπως τι λέξετε ὑμεῖς, et inde pendere ἐνδώσετε, in eo veremur ne sibi neminem habiturus sit consentientem. Immo commate post ἀντιλέγοντες posito, ᾧ etiam ad ἐνδώσετε referendum erat, quo facto et μηδὲν recte se habet, neque in constructione difficultas est. *Meditatam vos orationem habere oportet*, inquit, *qua et vincatis hanc, neque ei latus nudum praebeatis.*

V. 807. Nullo pacto accedere possumus Elmsleio in his, quae de formis femininis, quales ἀπορθήτας, ἀθανάτας sunt, disputat: quae quum summis viris, Valckenario et Porsono, sincerae visae essent, ab Elmsleio non damnantur tantum, sed violentissime exstirpantur. Nobis quidem usus poetarum persuasit, ita has formas a poetis omnibus usurpari, si vel metrum eas requirat, vel aliquid ad elegantiam et gravitatem dictionis, tum etiam aliquando ad homoeoteleuton hiatumve vitandum conferant. Ad haec si volet vir doctissimus attendere, ubique, ubi tales formae reperiuntur, idoneam rationem, quare praelatae a poetis sint, in-
419 veniet. Nunc quidem satis habemus, de quibusdam emendationibus dicere, quas hac opportunitate profert. Et primo ἀπορθήτοι', καλλιδίφροι', πιρκηλάτοι', quae Euripidi et Aeschylo obtrudit, prorsus inaudita Graecis auribus esse, et pridem ad Orpheum p. 722. seq. diximus, et hodie asseveramus. In Aeschyli quidem versibus etiam illud neglexit, Τηρεῖας scribendum esse, quo uti poterat ad v. 806. In subiecta adnotatione bis infeliciter reprehendit Porsonum, semel in Agam. 1534. πολυκλαύτην corrigentem, ubi ipse τὴν πολύκλαυτον ἀνάξια δράσας scribi iubet, deleto nomine Iphigeniae, quo nihil neque durius, neque insolentius, neque ab Aeschyli dictione alienius excogitari potuit; iterum in Choeph. 654. εἴπερ φιλοξένη 'στὶν Αἰγίσθου βία scribentem, qua coniectura etsi gravius quam quis credidisset lapsus est Porsonus, tamen haud melior est Elmsleii emendatio, εἴπερ φιλόξενός τις Αἰγίσθου βία. Nam etsi aliquot exemplis munire istud τὶς studuit, tamen, qui ea attentius considerare voluerit, omnia aliena esse videbit, nec, quem plura attulisse dicit, Matthiae in Gr. gr. §. 487. talia, qualibus hic opus foret, aut dedit, aut dare voluit. Vnum tamen attulit Elmsleius, quod coniecturae ipsius convenit, modo certum esset, ex Eurip. Hel. 911. ἑατέος δ' ὁ πλοῦτος ἔκδικός τις ὤν. Sic quidem ipse tacite scripsit. Vulgo, ἑατέος ὁ πλοῦτος ἄδικός τις ὤν. Δ' ex MS. additum. Matthiae, ἄδικος ὥς τις ὤν, ex Porsoni adversariis. Ve-

or ego quidem, ne hic versus nihil sit, nisi adnotatio librarii, etro politico scriptus in margine. Certe, si cui genuinus videur, aliter eum emendare debebit, quam vel Porsonus vel Elmsus fecerunt. Caeterum ad eamdem quaestionem de formis feninis pertinet etiam Boeckhii parum pensitata disputatio ad nd. Nem. ix. 16. Nam neque *ἀνδροδάμαν* illo loco sollicitanm, neque Isthm. iv. 75. (v. 66. ed. Boeckh.) *γυιοδάμαις* ter quam cum *χερσὶ* construendum; denique in Fragm. Pinri inc. 60. de cursus metro recte iudicavit Boeckhius, non *ἀνοδάμαντα*, sed *ἀδάμαντα* legendum est, de quo non dubitabit, i Athenaeum inspexerit.

V. 813—819. putat ob oculos fuisse Sophocli in Oed. C. 5. Nam apud utrumque poetam Veneris, Musarum, et Ceissi mentionem fieri. Vereor vero, ut cuiquam persuasurus , Sophoclem eum fuisse, qui Euripidem imitaretur. Immo ri similius est, loci ipsius conditionem, delubraque, quae ibi ant, utrumque poetam monuisse, ut ista commemorarent. Siul emendat Elmsleius locum Sophoclis, scribens ex Aldina, *ὁδὲ χρυσήνιος Ἀφροδίτα*, et in strophico versu *θεαῖς* monosyllaam reponi iubens. At codd. certe *οὐδ' ἁ χρυσήνιος*. Videum ne *οὐδὲ μὰν* scribendum sit. Nam de *θεαῖς* vel metri caussa on vincet Elmsleius. Postremos enim versus eum non recte dissuisse, apertum est.

V. 814. Aliena nobis videntur, quae Elmsleius de littera *σ ἀφυσσαμέναν* duplicata affert. Talia recentiores poetae ab epis accepta in quibusdam verbis constanti usu servarunt. Si *ρυσσα* dixisset Euripides, non abs re fuisset aliquid adnotari. ed ubi non est augmentum in hoc verbo, usus stabilivit geminam litteram. Neque *νάσσασθαι* ex Aeschylo afferendum erat, uod etiam ex Euripide confirmari potuisset: nam quis *νάσσασθαι* no *σ* dixit? Quod autem vir doctissimus ex Aeschyli Sept. ad h. 1064. *γένος ὠλέσσατε πρέμνοθεν οὕτως* affert, quae ipsius rrectio est, id est profecto *μεῖζον προσάψαι τῆς νόσου τὸ φάρμακον*. Nam ut facile *ὀλέσσαι* tragicus dicere audeat, tamen vix icere ausit *ὤλεσσα*.

Metri scientia quam necessaria sit critico, docere potest v. 16. in quo Elmsleius *ἡδυπνόους αὔρας* sine vitii suspicione servavit. Spondeus hic, etiam si nullus exstaret versus antistrophicus, qui de dactylo admoneret, in hoc genere metri, quod leges habet certissimas, non magis ferri potest, quam dactylus in sexta ede versus heroici. Conveniret et metro et sententiae *ἡδυπνόους πνοάς*; sed quum *ἡδυπνόους* in aliquot codd. desit, videndum e verba *ἡδυπνόους αὔρας* grammaticis debeantur, lacunam, quae ic in antiquis libris erat, utcumque explere conantibus. Etiam . 817. quod dicit Elmsleius, "Matthiae *χαίταις*: vulgata metro





convenientior est," ostendit eum metri huius leges minime cognitas habuisse. Nullo pacto enim *χαίταις* metro convenit; et si in omnibus id libris legeretur, tamen *χαίταισιν* reponendum foret.

Impeditissima est pars carminis chorici, quae est a v. 820. Elmsleius *ἱερῶν ποταμῶν πόλιν*, duce scholiasta, de Athenis intel-
421 ligit: sed manet tamen praeter insolentiam dicendi, implicata collocatio verborum *ἱερῶν ποταμῶν ἡ πόλις*. Nobis Porsonus, qui *τις* ad *ποταμῶν* addi volebat, non longe a vero abfuisse videtur, modo *πῶς* in *τὶς* mutavisset, quae quantillum in libris differant, neminem fugit. Legimus enim, *τὶς οὖν ἱερῶν κοταμῶν, ἥ πόλις, ἢ φίλων πόμπιμός σε χώρα τὰν παιδολέτειραν ἕξει; Equis te sacrorum fluminum, an urbs, an amicorum prosecutrix regio prolis tuae interfectricem habebit?* Sane enim Athenae, fluviique Ilissus et Cephissus intelliguntur: aliter inutiles forent duae quae praecedunt strophae. De *τὶς*, *ecquis*, speramus mutasse Elmsleium sententiam, quam in Diario Classico fasc. xvii. p. 64. protulit. Posset tamen hic quidem etiam *τίς* scribi, modo ne mente repeteretur ad *πόλις* et *φίλων*.

V. 823. Probamus quod verba *μετ' ἄλλων* non sequentibus iungenda censet: sed quod *τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων* interpretatur, *τὰν οὐχ ὁσίαν ὡς οἱ ἄλλοι πολῖται*, languidum nobis videtur, praesertim quum post *τὰν παιδολέτειραν* gravius quid inferri debeat. Scribendum putamus, *τὰν οὐχ ὁσίαν μέγ' ἄλλων*, i. e. *τὰν μέγα ἀνοσίαν ἄλλων*, positivo, ut saepe, superlativi vicem sustinente.

V. 827. Si nos aliquem sensum eorum, quae numeri sibi postulant, habemus, non recte scripsit *τέκνα φονεύσης* pro *μὴ τέκνα φονεύσῃς*. Anacrusin enim in hac metrorum compositione efflagitare videtur numeri concinnitas.

V. 828. Qui locus vexatissimus est, e mala scriptura meliusculam effici dicit Elmsleius scribendo, *πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ χειρὶ, τέκνοις σέθεν, καρδίαν τε λήψει, δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;* Ordinem verborum esse vult, *τέκνοις σέθεν δεινὰν προσάγουσα τόλμαν*. At, ne quid dicamus de constructione, quae tam impedita est, ut vix intelligi queat, valde otiose putamus *καρδίαν τε λήψει* additum esse. Nobis quidem scribendum videtur, *πόθεν δὲ θράσος φρενὸς ἢ χειρὶ, τέκνοις σέθεν, καρδίᾳ τε λήψει, δεινὰν προσάγουσα τόλμαν; Vnde vero audaciam animi vel manui vel cordi capies, dirum admovens liberis tuis ausum?* Ἢ et *τε* copulari pro *ἢ—ἢ* vel *τε—τε*, non opus est ut exemplis demonstremus. At, inquiat aliquis, non minus haec impedita verborum collocatio est. Minime vero. Nam quia praegressum *ἢ* non-
422 dum absolutam esse constructionem indicat, sine offensione deinde in medio ponitur reliqua eius pars, *καρδίᾳ τε λήψει*, quod secus est in Elmsleii ratione, in qua illud *καρδίαν τε*, quod nullo

modo exspectabatur, turbat et confundit animum legentis vel audientis.

V. 833. "Quidquid legerit scholiastes," inquit, "scripsit Euripides ἄδακρυν μοῖραν σχήσεις φόνου;" et mox: "dicitur μοῖραν φόνου, ut μοῖραν θανάτου v. 957." Versus hi sunt:

πῶς δ' ὄμματα προσβαλοῦσα
τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν
σχήσεις φόνου; οὐ δυνάσει

etc. Iam si quaerimus, quid illa adnotatione voluerit vir doctissimus, haeremus, neque invenimus quod respondeamus. Nam primo, quod ita confidenter, quid scripserit Euripides, indicat, tanto minus probamus, quo certius nobis persuasum est, rudem istum hiatum φόνου οὐ non esse ab Euripide admissum. Habent autem multi libri φόνον. Deinde non putamus lectoribus bene consultum esse comparando v. 957. qui nobis plane ab hoc loco alienus videtur. Vellemus vero sensum loci declarasset Elmsleius. Nam, ut ipse edidit, verba significant: *quomodo liberos intuens lacrimis carentem sortem caedis cohibebis?* At quid hoc est? Si, ut v. 957., μοῖρα θανάτου pro θάνατος dictum, ita hic μοῖρα φόνου pro φόνος positum est, chorus, qui interrogare vult, an Medea, liberos occidens, a lacrimis temperatura sit, hoc potius quaereret, an sine lacrimis temperatura a caede sit, i. e. siccis oculis liberos non occisura. Id vero absonum est. Nimirum credas Elmsleium σχήσειν idem esse, quod ἕξειν, putaviase. At hoc eum quis fugisse adducatur? Quae quum ita sint, quid aliud quam tantum abesse dicamus, ut emendatus hic locus explanatusque sit, ut eum sensu carere, ideoque pro corrupto habendum esse appareat. Neque vero dubitamus, quin scripserit Euripides: πῶς δ' ὄμματα προσβαλοῦσα τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν σχήσεις φόνου; Quae satis usitata tragicis figura dicendi est, idem significans, quod πῶς οὐ δακρύσεις φόνον. Vide Porsonum ad Eur. Phoen. 800. Seidlerum ad Iph. Taur. 1061. et quae nos ad Vigerum diximus p. 899. Aptissime comparari potest Aeschylus in Agam. 822. δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης θεοὶ κλύοντες, ἀν- 425
δροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς ἐς αἱματηρὸν πῦχος οὐ διχορρόπως ψήφους ἔθεντο, i. e. φθορὰς ἐψηφίσαντο. Ita hic ἄδακρυν μοῖραν σχήσεις φόνου idem est ac si dixisset, πῶς ἀνέξει μὴ δακρύουσα τὸν φόνον, sive explicatius mavis, πῶς σχήσεις μοῖραν τὴν σὴν, ὥστε ἀδάκρυτον φόνου εἶναι, vel ὥστε μὴ δακρύουσαν εἶναι τὸν φόνον. Nam ἄδακρυν μοῖραν dicit, effectum complexus, quum satis fuisset dicere σχήσεις δάκρυα. Simillime Sophocles in Electra v. 141. γονέων ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων, quem locum recte explicuit Seidlerus ad Eur. El. 442. Vt Euripides φόνου, ita Sophocles potuerat etiam γονέας scribere.

V. 835. Quum quidem libri praeberent ἐν τλάμονι θυμῷ, Elmsleius cum Porsono omisit ἐν, quod propter metrum, de quo ad v. 827. diximus, non probamus. Scribendum vero putamus εὐτλάμονι θυμῷ. Eadem scripturae varietas in Aeschyli Persis v. 28.

V. 836. Non audemus quidem plane improbare οὐτ' ἄν, quod Porsono auctore pro plerorumque librorum scriptura οὐκ ἄν reposuit Elmsleius: sed non satis fuisse putamus, de confusione istarum particularum admonere, vellemusque fecisset vir doctissimus, quod ad Aiacem v. 1318. cuius adnotationis mentionem facit, suasimus, ut de vi et potestate particularum οὐτ' ἄν disputaret. Nam illud ipsum hic requirebatur, ubi Aldinae scriptura, οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις, ad sensum aptissima est, ut ostenderetur, quomodo, quum καὶ γὰρ οὖσα δυσμενὴς praecessisset, etiam οὐτ' ἄν recte potuisset dici. De qua re etiamnum dubitamus: non dubitaremus, si praecessisset καὶ γὰρ φίλη οὖσα.

V. 848. In his, οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι θυμοῦ; imperativum primae personae, si ita loqui liceat, notari iubet Elmsleius. Negamus quidem in hac formula talem imperativum esse, quae potius interrogatio est: et ipse Elmsleius interrogandi signum apposuit: nam si imperativus esset, μὴ θυμώσομαι, vel potius μὴ θυμοῦμαι dici deberet licet non sim nescius, etiam οὐ imperativo iunctum inveniri apud Theocritum, posseque iungi, certa quidem conditione. Sed imperativum primae personae, ut μὴ θυμοῦμαι, non esse somnium putamus, velimusque viri docti attendant, si qua iis exempla occurrant. Nobis alibi fortasse de hac re coniectandi opportunitas dabitur.

424 V. 864. δεῦτε, quod cum δεῦρο commutavit Elmsleius, ut non Atticum, satius fuisset, ut nos quidem censemus, notari, praesertim agnitum a Pseudogregorio. Non putamus in hoc genere nimis caute procedi posse.

V. 871. Quid sentiamus de iis, quae de verbis καὶ πολὺς adnotata sunt, paucis indicavimus iam ad v. 513. Ne longi simus, ex ipsis Euripidis verbis sententiam nostram declarabimus. Qui quum dicit, ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον φίλην ὁρέξετ' ὠλένην, non retulit καὶ ad πολὺν, sed ad totam sententiam. Poterat enim dicere, ἆρα καὶ δαρὸν οὕτω φίλην ὀρέξετ' ὠλένην. Alia plane ratione καὶ πολὺς in illis locis, quos ex Aristophane Archytaque affert Elmsleius, dicta sunt, sed in nullo, quin καὶ aut *et* aut *etiam* significet.

V. 872. Diversa sibi videri dicit ἀρίδακρυς et ἀρτίδακρυς; prius illud esse, qui multum, alterum, qui facile lacrimetur. De priore nemo non assentietur. At qui multum, idem etiam facile lacrimatur. Nec novimus aliud ab ἄρτι compositum vocabulum, quod facilitatem potius, quam recens quid factum esse indicet.

Atqui quum Medea dicit, ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι καὶ φόβου πλέα; non illud significare potest, se modo lacrimasse, sed pronam esse ad lacrimas. Vnde quis non coniiciat scripsisse poetam, ὡς πάρὶδακρύς εἰμι καὶ φόβου πλέα? Comparet quis Aristotelis verba, ab Elmsleio ad v. 898. allata. At et libri omnes ὡς ἀρτίδακρυς, et Pseudogregorius, et hunc ipsum, ut videtur, locum respiciens Hesychius, qui ἀρτίδακρυς, εὐχερὴς πρὸς δάκρυον interpretatur. Velimus tamen doceri, quomodo haec explicatio defendi possit, idque ipsum agere debebat Elmsleius, aut usitatam significationem, si fieri posset, tueri.

V. 875. Quum libri τερσίνην vel τερσινὴν haberent, Elmsleius recte quidem ad leges grammaticas ὄψιν τέρσιναν τήνδ' ἔπλησα δακρύων scripsit. Sed aegre tamen desideramus viri doctissimi diligentiam in eo, in quo praecipue versatur interpretis officium, sensus explicationem dicimus. Quid enim grammatica prodest, nisi ut recte intelligamus, quae scripta legimus? Sic ad v. 870. cuius duplicem scholiastae interpretationem protulerunt, nihil videmus adnotatum esse, etsi multum refert, quomodo hic versus intelligatur. Hoc autem loco non satis erat, formam reponere grammaticae legibus convenientem, nisi etiam sensui accommodata esset. Atqui quis non offendetur, ubi Medeam, ira, odio, dolore agitatam, ocellos suos audiat τέρσιναν ὄψιν appellantem? Adeone hebetem atque insulsum fuisse credamus Euripidem, ut non senserit, nihil tali epitheto hic alienius atque ineptius inveniri posse? At nimirum non sic ille, sed ὄψιν τερείναν τήνδ' ἔπλησα δακρύων scripsit. Molles enim illa et miseratione prolectas lacrimas dicere volebat, ut, quemadmodum Homerus loquitur, τερὶν κάτα δάκρυ χέουσα. 425

V. 876. χλωρὸν δάκρυ qua ratione humidas lacrimas significare velit Elmsleius, non intelligimus. Huius quoque vocis veram explicationem monstrare poterat, qui fons est uberrimus scientiae, Homerus, cuius quis non meminit θαλερὸν δάκρυ? Comparari potest etiam Pindari illud Nem. viii. 68. χλωραῖς ἱέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον ψᾶσει. Quod non minus obscurum videtur Elmsleio, πολιὸν δάκρυον in Herc. fur. 1209. nos non magis obscurum esse putamus. Significat enim *senilem lacrimam*. Eadem significatione dicta lusit interpretes πολιὰ γαστὴρ apud Pindarum Pyth. iv. 175. ut ibi indicavimus.

V. 880. Quod ex scholiis colligit, fuisse qui legerent, γάμους παρεμπολῶντας ἀλλοίους ἐμοῦ, errore typographi ita scriptum videtur pro παρεμπολῶντος. Nobis recte codicum scripturam tueri videtur Gaisfordius, cuius sententia in Addendis affertur, modo ne signa parentheseos apponantur.

V. 884. ὑμῖν δὲ παῖδες οὐκ ἀφροντίστως πατὴρ πολλὴν ἔθηκε σὺν θεοῖς προμηθίαν. Porsonus ex Valckenarii coniectura, ὑμῶν.





Sed docte monet Elmsleius, ita requiri *τόκου*. Pauci libri *σωτηρίαν*, quod si probamus, et *ὑμῖν* et *ἕθηκε* recte se habebunt. Elmsleius, ut de scriptura incertus, vulgatam servavit, sed in Addendis animadvertit, hanc quoque, si recte intelligatur, defendi posse. Hunc enim praebet sensum: *vobis effeci ut sedulo prospectum sit*, sive, ut aliis verbis dicamus, *vobis paravi praesidium*.

V. 912. *σὺ δ' ἀλλὰ σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς γυναῖκα.* "Id est," inquit, "*si ipse hoc a Creonte petere dubitas, uxorem a patre petere iube.* Hoc *ἀλλὰ* nostra lingua valet *then.*" Non videtur haec interpretatio, quae rectius in particulam *τοίνυν* quadraret, exhaurire potestatem particularum *δ' ἀλλὰ*, quae significant *at saltem.*

V. 940. Quae hic docte disputat Elmsleius de usu particularum *τε* et *δὲ*, quod ad summam rei attinet, valde probamus; sed quum non satis distincte rem exponeret, factum putamus, ut in quorundam locorum explicatione a vero aberraret. Nimirum ubi describere aliquem et quis sit indicare volumus, necessario *μὲν* et *δὲ* adhibendae sunt, quarum *μὲν* quidem omitti potest, *παῖδα σὴν, ἐμὴν δ' ὅμαιμον.* At non omnes, quos attulit, loci eiusmodi descriptionem continent. Et quidem statim ipse Medeae versus, sic ille in libris scriptus, *πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν τ' ἐμὴν*, non *δεσπότιν δ' ἐμὴν*, ut edidit Elmsleius, requirebat: nihil enim caussae erat, quare mulierem satis notam liberis suis ita describeret: sed potius, quod etiam ad mutationem facilius est, *δεσπότιν γ' ἐμὴν.* Argumento enim opus est, cur exorare illam debeant: *orate novam patris uxorem, quae quidem hera mea est, potestatemque habet concedendi, quod petetis.* Eadem ratio est in Euripidis Androm. 25. ubi Brunckius recte *γε* reposuit. Neque Sophoclis illud in Trachiniis v. 741. afferri debebat, *τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω πατέρα, κατακτείνασα*, ubi descriptio quidem est, sed, ut *λέγω* indicat, diversissimi generis. Illud scribi debet, *τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι τόνδ', ἐμὸν λέγω πατέρα, κατακτείνασα.* Nam etiam de absente interdum dicitur *ὅδε*, ut apud Aeschylum Sept. ad Th. 637. Aeschyli locum in Choëphoris v. 187. *ἀλλ' οὐδὲ μήν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐπείρασε, ἐμὴ δὲ μήτηρ, οὐδαμῶς ἐπάνυμον φρόνημα παισὶ δύσθεον πεπαμένη*, in quo Porsonus *ἐμή γε μήτηρ* dedit, adhibere quidem Elmsleius ad confirmandam sententiam suam poterat, sed non ita ut fecit. Nam si hic aliqua descriptio est, ad eam non pertinet *ἡ κτανοῦσα*: neque apte quis haec, quae diversissima sunt, ita coniungat, *ἡ κτανοῦσα, ἐμὴ δὲ μήτηρ.* Debent enim, quae ita copulari volumus, consimilia esse, et unius generis diversae formae. Hic vero *ἡ κτανοῦσα* nominandae ei, de qua iam dicendum sit, inservit: postea demum describenda est. Nos quidem non dubitamus, quin

ante illa verba ἐμὴ δὲ μήτηρ excidérit versus hoc ferme sententia, ἡ τοῦ μὲν αἰσχυντῆρος Αἰγίσθου θάμαρ. Denique de Euripidis Iphig. A. 1455. etsi assentimur Elmsleio, πόσιν γε σὸν scribenti, tamen, quod ait, Reisigii coniecturam, πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύ- 427
γει, πόσιν δὲ σόν, significaturam esse, μὴ πατέρα τὸν ἐμὸν, ἀλλὰ σὸν πόσιν στύγει, iniquius dictum est. Quidni enim etiam hoc significetur, μὴ στύγει πατέρα μὲν τὸν ἐμὸν, σὸν δὲ πόσιν?

V. 950. metra ita disposuit:

ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ
θήσει τὸν Ἅιδα πόσμον αὐ-
τὰ ταῖν χεροῖν λαβοῦσα.

Non potest dubium esse, qui haec et tragicis et Pindaro usitatissima metra satis cognita habeat, describi versus hoc modo debere:

ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ θή-
σει τὸν Ἅιδα κόσμον αὐτά γ'
ἐν χεροῖν λαβοῦσα.

Vitium ita emendavit Porsonus. Elmsleius nihil certi pronunciare ausus est, quia antistrophae verba, ὅταν δ' οὐχ ὑπεκφεύξεται, non congruant. At illud tamen, non Pindari quidem, sed tragicorum usus docet, stropham huius generis finiri versu ithyphallico, ita ut de strophici versus scriptura, non videatur dubitandum esse. In antistropha valde nobis blanditur Porsoni coniectura, ὅταν δ' οὐχ ὑπεκδραμεῖται, vulgatam ex interpretatione ortam putantis. Ita Hesychius, ὑπεκδράμω, φεύγω, per compendium scribendi, ni fallor, pro ὑπεκφεύγω.

V. 954. Laudamus Elmsleium, qui, quum Reiskius πέπλους χρυσοτευκτόν τε στέφανον coniecisset, τε adsciverit, et χρυσότευκτον scripserit, repudiata Porsoni coniectura χρυσεόπλεκτον. Sed quod scripsit, πείσει χάρις ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλον, χρυσότευκτόν τε στέφανον περιθέσθαι, eo non satisfecit nobis, nec dubitamus, quin, si accuratius locum considerasset, ipse, quod displiceret, deprehensurus fuisset. Libri omnes πέπλων vel πέπλου. Quumque haec praecedant, ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ θήσει τὸν Ἅιδα κόσμον, αὐτά γ' ἐν χεροῖν λαβοῦσα, quid attinebat iterum dicere, vestem eam coronamque indui? Illud satis erat, indutum vere ista iri. Quare scripsisse poetam putamus: πείσει χάρις ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλων χρυσότευκτός τε στέφανος περιθέσθαι: *ut illa induat, pulcritudo suadebit et splendor divinus vestium, ex auroque facta corona.* Apparet iam, opinor, offensos 428
librarios nudo infinitivo περιθέσθαι, quum praecedentes versus non respicerent, accusativos posuisse.

V. 961. Quum legeretur, παισὶν οὐ πατρῴως ὀλέθριον βιοτὰν προσάγεις, ὀλόχῳ τε σῷ στυγερὸν θάνατον, Elmsleius, reperto in uno libro, cui duos alios postea addidit Matthiae, ὄλεθρον, in

alio varia lectione *βιοτῇ*, utrumque recepit, ita habuisse scholiasten ratus. Et *βιοτῇ* quidem sane habuit scholiastes, sed *ὄλεθρον* minime: nam quum dicit, *ὄλεθρον τοῖς αὐτοῦ παισὶ καὶ τῇ νύμφῃ κατασκευάζεις*, verbum *θάνατον* interpretatur: *ὀλέθριον* vero se legisse ostendit his verbis, *οὐ συνεὶς τὸ ἐπ' ὀλέθρῳ μηχάνημα*. Quae sane ineptissima interpretatio est, sed tamen, ut illud, *ὄλεθρον τοῖς αὐτοῦ παισὶ καὶ τῇ νύμφῃ παρασκευάζεις*, partem veri continet. Nam Elmsleii correctio vel propterea displiceat necesse est, quod frigide idem bis dicitur, *παισὶν ὄλεθρον βιοτῇ*, et *ἀλόχῳ θάνατον*, quasi haec diversa sint. Recte se habet vulgata, modo recte interpungatur: *παισὶν, οὐ κατειδὼς ὀλέθριον βιοτὰν, προσάγεις ἀλόχῳ τε σῇ στυγερὸν θάνατον*. *Liberis tuis, ignarus letalis eorum vitae*, (i. e. morti a Medea destinatae) *paras uxorique diram necem*.

V. 964. Verba *μοῖρας ὅσον παροίχῃ* interpretatur, *quantum a pristina fortuna excidisti*. Videtur hoc verum esse: ne quem enim offendat, quod illud *pristina* non est in Graecis, reputet id tantum perspicuitatis caussa additum esse. Proprie enim dici debebat *a fortuna tua*. Caeterum comparari poterat Aeschylus in Suppl. 461. *καὶ κάρτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι*. Ita ibi legit scholiastes.

V. 967. Dedit Elmsleius *τέκνα* sine articulo cum plerisque libris. Alii ex Brunckii coniectura *σὰ τέκνα*. Si, ut nos existimamus, in strophico versu *ὀλέθριον* genuinum est, a paeone quarto incipere debet versus. Recte tamen articulum deletum censemus. Nam vel numerorum elegantia *τέκεα* scribi postulat.

Sed haec hactenus. Alio tempore reliquam libri utilissimi partem persequemur.

---

## PARS IV.*

Reliquum est ut postremam partem Medeae perlustremus, et, quemadmodum instituimus, potiora ex iis commemoremus, in quibus vel dissentimus a P. Elmsleio, vel habemus, quod addi cum aliquo fructu posse videatur. Ac primo adverterunt nos verba, quae v. 1021. leguntur: *χωρεῖτε, παῖδες, εἰς δόμους· ὅτῳ δὲ μὴ θέμις παρεῖναι τοῖς ἐμοῖσι θύμασιν, αὐτῷ μελήσει· χεῖρα δ' οὐ διαφθερῶ*. Quorum postrema quum Elmsleius recte Heathio et scholiastis quibusdam ducibus sic interpretetur, ut Medea nolle se misericordia irritum reddere facinus suum dicat, anceps animi fuisse

[* Quum in diario classico tres tantum harum adnotationum partes editae essent, quartam nobis, ut publici iuris faceremus, tradidit vir summus. *ED. LIPS.*]

videtur, quomodo quae praecedunt interpretanda essent, siquidem quid alii senserint, dicit, non etiam, quid ipse censeat. Atqui perdifficilia sunt haec verba, et maxime indigent idonea explicatione, praesertim quum permirum sit, quod in plerisque libris δώμασιν pro θύμασιν legitur, scholiastae autem adnotatio ex parte plane non quadret ad hunc locum. Sed haec quidem infra alio loco attingemus. Nunc satis habemus, monere lectorem, aposioposeos figura usum esse poetam post θύμασιν, et deinde apodosin aliter conformatam subiicere. Nam quum hoc vellet Medea: *quem nefas est adesse meo sacrificio, absit*, quod debebat per imperativum exprimere, ut ἐκποδὼν ἔστω, non per futurum, in quo nulla plane vis foret, si esset pro imperativo positum: ita loquitur: *quem nefas est adesse meo sacrificio,—ipse viderit: facinus ego non reddam irritum.* Intelligit Iasonem: sed quum non possit iubere hunc abesse, quid, inquit, ad me attinet, adveniat ille an absit: videat ipse de hac re: ego perpetrabo, quod destinavi.

Ad v. 1024. affert Elmsleius versus Neophronis ex Medea, servatos a Stobaeo, qui ei duarum observationum opportunitatem praebuerunt, in quibus uti diligentiam laudamus, ita dubitamus tamen, an non sint verae. Vnam hic expromit, διαφθεροῦσα ἔρχομαι ut vix Atticum notans. Sed hoc quidem ipse in Addendis Platonis auctoritate retractavit. Enimvero etiam si nullum exemplum in promptu esset, non debebat haec constructio ab Atticis abiudicari. Quum enim εἶμι, ἐλεύσομαι, ἦλθον cum participio futuri coniungant, quidni etiam ἔρχομαι? Sed si rara sunt exempla, caussa haec est, quod omnino rarus est usus praesentis ἔρχομαι, ut non sit mirum, si in tanta paucitate exemplorum verbum hoc habentium multo rarius etiam inveniantur loci, participium futuri adiunctum habentes. Eiusdem generis altera observatio est, prolata ad v. 179. quod Neophron dixerit, τί δράσεις, θυμέ; βουλεύσαι καλῶς, πρὶν ἢ 'ξαμαρτεῖν, Euripidem πρὶν ἐξαμαρτεῖν dicturum fuisse, siquidem Attici poetae non videantur πρὶν ἢ dixisse. At etiam in prosa oratione rarum est πρὶν ἤ, si ad exempla nudi πρὶν compares. Cur vero? Nempe quia plerumque πρὶν dici res postulat, rarius πρὶν ἤ. Differunt enim. Similiter non idem est, utrum *priusquam* dicas, an *prius, quam*. In Neophronis verbis si πρὶν nudum positum esset, ante capiendum esse salutare consilium diceretur, quam quis peccaret: quasi is peccaturus esset capto consilio. At hoc vult, potius esse, rectum consilium capere, quam peccare: ita enim non peccatum iri. Ita in Aristophanis Pace v. 273. Buttmannum excepimus coniecisse πρὶν ἤ γε τὸν μυττωτὸν ἡμῖν ἐγχέαι, quae perelegans coniectura est, et loco illi accommodatissima. Nam εἰ πρὶν γε, quod scholiastes legit, friget.

Aegre desideratur interpretatio ad v. 1024. ἔκεῖ μεθ' ἡμῶν ζῶντες εὐφρανοῦσί σε. Nihil Elmsleius, nisi glossam attulit, ἐν Ἀθήναις. Sed etsi verba ipsa, si sic intelliguntur, *Athenis te, anime, liberi mecum viventes oblectabunt*, sensum aliquem praebent, tamen valde dubitari potest, an is iam non aptus sit. Petierat Medea, ut liberis, qui cum ipsa in exsilium abituri erant, manere Corinthi concederetur, idque impetraverat. Itaque etsi id non ea mente fecerat, ut vere eos manere vellet, sed ut occideret, tamen nunc, quum haesitat facinus illud perpetratura, non recte potest eo argumento a caede facienda se revocare, quod liberi sui Athenis secum habitaturi sint: non sunt enim ituri istuc, nisi iterum contrarium atque antea petat atque impetret. Deinde, ut putet se abducere secum posse liberos, non aptum tamen argumentum adhibet ad refutandam hanc sententiam, quum statim dicit, οὗτοι πότ' ἔσται τοῦθ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι. Nam hoc in manentes quadrat, non autem in abductos, quum ne exsilium quidem pro iniuria haberi possit, ut in quod liberatos ab exsulandi necessitate ipsa ultro secum ductura sit. Quae quum ita sint, non videtur hic versus vitio carere. Nisi aliud quid latet, putem scribendum esse, κεἰ μὴ μεθ' ἡμῶν, ζῶντες εὐφρανοῦσί σε. *Eo, quod vivent, etiamsi non mecum, me oblectabunt.*

Valde ingeniosam emendationem protulit Elmsleius ad v. 1053. ubi quum in edd. legeretur παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν, in codd. autem fere παῦρον δὲ δὴ vel δέ τι γένος ἐν πολλαῖς εὕροις ἂν ἴσως οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν, inserto μίαν ita scribendum iudicavit, παῦρον δὲ γένος (μίαν ἐν πολλαῖς εὕροις ἂν ἴσως) οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν, adductus maxime tum eo, quod semper post μὲν οὖ sequatur δέ, quare non probat Porsonum παῦρον γὰρ δὴ γένος scribentem, tum simili Heraclidarum loco, v. 328. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. Laudare hanc coniecturam quis dubitet: non puto tamen in textum recipiendam fuisse. Nam neque parenthesis ista valde placet, nec quod de particula δὲ post μὲν οὖ scribit: „ita si semper locuti sunt tragici, quis non videt, neque παῦρον τόδε δὴ γένος cum Musgravio, neque παῦρον γὰρ δὴ γένος cum Porsono scribendum esse?“ idoneum mihi argumentum videtur. Est illud ex eo genere, cui mea sententia nihil plane tribuendum. Non enim sequitur, si saepe δὲ post μὲν οὖ ponitur, semper id fieri debere: quid prohibet enim, quominus alio modo conformetur oratio, modo id apte fiat? Atqui aptissime dictum, quod Porsonus posuit γάρ. Nam si accuratius perpendas, videbis sententiam, quae per δὲ opponi debebat, omissam esse, quia sponte ex eo, quod in medio positum est, intelligi poterat. Plena oratio haec foret: *nos quoque sapimus: omnes quidem non: nam rara est apud feminas sapientia: sed quae-*

am. Comparari potest Sophocles Oed. R. 227. *κεἰ μὲν φοβεῖται νὐπίκλημ' ὑπεξελὼν αὐτὸς καθ' αὑτοῦ· πείσεται γὰρ ἄλλο μὲν στεργὲς οὐδέν· γῆς δ' ἄπειαν ἀβλαβής.* Praeterea exquisitius dium videtur *παῦρον γένος ἐν πολλαῖς*, quam quod cum illo nimis umili, *μίαν ἐν πολλαῖς εὕροις ἂν ἴσως*, commutari velis. Deque pro *κοὐκ* nolim *οὐκ* positum esse, Reiskio et Porsono dubus. Certissime enim eadem ratione *παῦρον κοὐκ ἀπόμουσον* ictum est, qua usitatissimum illud *πολλὰ καὶ μεγάλα*.

1069. *ὅπως θρέψωσι* non damnandum.

Quum plerumque insignem diligentiam in usu particularum obrvando adhibeat Elmsleius, tamen v. 1088. seqq. accidit ei, ut iquam in hoc genere culpam admitteret. Personum enim sequus, edidit: *καὶ δὴ δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος στείχοντ' ὀπαδῶν, νεῦμά τ' ἠρεθισμένον δείκνυσιν, ὥς τι καινὸν ἀγγελεῖ κακόν.* Alii *ίκνυσι δ'*, interpunctione ante posita. Praestare nos quoque itamus *δείκνυσιν*, sed τὲ prorsus negamus hic locum habere. on poterat homo Graecus aliter, quam *πνεῦμα δ' ἠρεθισμένον ίκνυσιν* dicere. Eamque veram puto scripturam esse. Nam iod Musgravius coniecit, *πνεῦμά γ' ἠρεθισμένον*, parum apte ictum videtur. Quod autem aliis placuit, *πνεῦμά τ' ἠρεθισμέν· δείκνυσι δ'*, plane ferri non potest. Longe diversum ab eo, iod mox sequitur, v. 1090. *ὦ δεινὸν ἔργον παράνομόν τ' εἰργασμένη*, quod merito placuit Elmsleio pro vulgato *παρανόμως εἰργασμένη*, vellemusque recepisset. Ferri fortasse posset *πνεύματ' ἠρεσμένον*, etsi vereor ut exempla pluralis numeri hoc significatu iud tragicos inveniantur. Sed si *δείκνυσι δὲ* scripsisset poeta, γελῶν potius, opinor, quam *ἀγγελεῖ* subiecisset.

1091. In verbis nuncii, *φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναΐαν λιποῦσ' ἀπήνην, μήτ' ὄχον πεδοστιβῆ*, quum Musgravius non sane temere parcipio *λιποῦσα* offensus esset, Elmsleius satis habuit dicere recte bi haec explicata videri a scholiasta, *εἴτε διὰ νηός, εἴτε δι' ὀχήματος, εἶθ' ὁπωσοῦν φεῦγε*, ac deinde docet *ναΐαν ἀπήνην* nam esse. Bene quidem, sed hoc si omisisset, aequius ferrent ctores, quam quum illud omisit, quomodo participium *λιποῦσα* telligi deberet. Neque enim intelligi potest, quomodo is ei sens inesse possit, quem dicit scholiastes, nisi quis *λιποῦσα* velit *gligens* vertere, quod inauditum est. Nobis, si vitio caret los, hyperbolice loqui videtur nuncius: *fuge, nec navi ulla, nec rru relicto*, quo ne quis persequi te possit.

1098. Non attenderam, quum in parte tertia huius censurae v. 659. dicerem, ad ea, quae hic de *μὲν* interrogativo attulit lmsleius, illum ipsum versum et recte quidem ad hoc genus rerens. Vellem tamen distinctius dixisset de ea re vir doctissimus. uantum enim colligi potest, non ita, uti debebat, hoc *μὲν* inlligit, qui illud Aristophanis, *ὑγιαίνεις μέν*; interpretetur, *sa-*

*nusne es?* Si sic esset, etiamnum contenderem, non potuisse μὲν poni v. 659. Sed lubens confiteor errorem meum, qui non reputaverim, posse versum istum etiam sic explicari, ut μὲν recte se habeat. Et haec est illa ipsa ratio, quae commemorata hic est ab Elmsleio, sed, ut videtur, non recte explicata. Nam μὲν illud non ita interrogativum est, ut rectae interrogationi conveniat, i. e. ei, qua nescientes aliquid interrogamus, sitne an non sit: ut in isto versu 659. θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ, si hic sensus est, *estne fas me cognoscere oraculum, an non?* non potuit μὲν poni. Sed ponitur haec particula tantum in interrogatione figurata, qua significamus, opinari nos illud esse, de quo interrogamus. Vt isto in loco: *opinor certe fas esse cognoscere oraculum?* Itaque ὑγιαίνεις μέν; non est, *sanusne es?* sed, *certe non insanis, opinor?* Apertum est autem, cur hoc genus interrogationis μὲν requirat. Nam si explices, quae in breve contracta sunt, hoc habes: *opinor quidem ita esse, sed dubitare cogor.* Id egregie declarat locus Euripidis in Ione, quem attulit Elmsleius. Continet enim plenam sententiam, addito opposito: εὖ φρονεῖς μέν, ἦ σ' ἔμηνέ τις βλάβη; *sanum quidem te esse opinor, nisi quid mentem tuum perturbavit?*

Leve est, sed tamen non praetereundum, quod de πῶς et similium vocabulorum usu in obliqua interrogatione dicit Elmsleius ad v. 1103. „hanc constructionem si comici sibi permittunt, ex„empla e tragicis afferre supervacaneum est.“ De istis quidem vocabulis nulla dubitatio est. Sed ne quis abutatur auctoritate viri doctissimi, quem haec putamus minus circumspecte scripsisse, quum ipse optime sciat, multa vulgaris sermonis propria esse, quae non liceat eo, quod in comoedia reperiuntur, etiam in tragoediam inferre, monendum putamus, esse hunc communis sermonis usum, ut πῶς et similia etiam in obliqua interrogatione ponat, sed eam etiam in tragoedia admitti. In subiecta adnotatione tractat Elmsleius haec ex Ione v. 958. ΠΡ. καὶ πῶς ἐν ἄντρῳ παῖδα σὸν λιπεῖν ἔτλης; ΚΡ. πῶς δ'; οἰκτρὰ πολλὰ στόματος ἐκβαλοῦσ' ἔπη. Quo in loco ὡς οἰκτρὰ legendum censet, fretus iis, quae ad v. 596. dixerit. Ibi ὡς in responsione graviter affirmare ostendit. Recte sane: sed ea affirmatio plane aliena ab hoc loco est, ubi nihil est, quod affirmetur, sed narrandum est, quod interrogatum erat. Concedimus viro doctissimo, soloecum esse πῶς δέ, sed ita tantum, si dictum accipiatur pro ὅπως. At id vetat adiectum δέ, omnineque frigidum hic esset ὅπως, ut quod significet: *quomodo ausa sim interrogas?* Nisi fallor, multo gravior hic est interrogatio, repetens ipsum senis verbum: *quomodo vero?* i. e. *tu vero dicere potes,* „*quomodo.*“ Similis, sed tamen alius generis repetitio est apud Aeschylum in Choeph. 764. si Canterus recte emenda-

vit eum locum *X. πῶς οὖν πελεύει νιν μολεῖν ἐσταλμένον; TP. τί πῶς; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.*

1118. Laudabili diligentia etiam ad collocationem verborum attendit Elmsleius, quae res nimium neglecta est a criticis. Non assentimur tamen ei, quum certas huius rei regulas inveniri negat. Sunt illae plerumque certissimae, et pleraeque quidem rhetoricae, quibus etiam in prosa oratione sua auctoritas constat; quaedam vero etiam ex numeris versuum pendent, ut hoc in versu, ad quem haec adnotavit: *ὀργάς τ' ἀφῄρει καὶ χόλον νεάνιδος.* Quam collocationem Porsonus recte praetulit alteri, *καὶ νεάνιδος χόλον.* Nam quum in trimetro, cuius membra non per interpunctiones mutantur, prima, tertia, quinta arsis potissimos locos habeant, consentaneum est, in eos locos etiam verba potiora, et quidem etiam syllabas eorum verborum potiores incidere: ex quo intelligitur, parum suaviter ita collocari verba *καὶ νεάνιδος χόλον*, non secunda prioris verbi syllaba, quae potissima est, sed ultima, quae nihil est nisi terminatio casum designans, in quintam arsin deposita. Multo gravius est alterum genus. Affert Elmsleius ex Hecuba v. 55. *ἐκ τυραννικῶν δόμων*, et aliquot alios locos, in quibus sunt *δόμοι τυραννικοί.* Nihil in his arbitrarium: nam in omnibus, etiam sine metro, necessaria erat haec collocatio. Etenim *δόμοι τυραννικοὶ* ita dicuntur, ut primarium sit domus, quae deinde amplius describitur addito adiectivo. *Τυραννικοὶ δόμοι* autem cum oppositione dicuntur, domus, quae regum, non aliorum est. Itaque necessario in Hecuba dicendum erat, *ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων δούλειον ἦμαρ εἶδες*, quia regia conditio servili opponitur. Nolo hanc rem pluribus explicare: permulta enim dicenda essent, in iisque etiam hoc, quibus conditionibus adiectivum ad oppositionem faciendam etiam post nomen poni debeat.

Ad v. 1120. recte observat Elmsleius, voculas *οὐ μὴ* cum futuro coniunctas proferendas esse cum interrogatione. Exemplorum in eam rem magnam vim adiicit: sed ex his illa tantum observationem istam veram esse demonstrant, in quibus duo membra orationis unam negationem *οὐ* communem habent, *μὴ* autem in altero tantum membro est. Vt in Aristoph. Nub. 505. *οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀκολουθήσεις ἐμοί;* Eurip. Hipp. 498. *ὦ δεινὰ λέξασ', οὐχὶ συγκλείσεις στόμα, καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίστους λόγους;* In cuiusmodi exemplis quia *οὐ* sine *μὴ* aperte interrogativum est, necesse est etiam *μή*, quod pendet ex isto *οὔ*, interrogativum esse. Hac igitur observatione motus Elmsleius differentiam inter *οὐ μὴ μενεῖς* et *οὐ μὴ μείνῃς* ita constituit, ut futurum significet *μὴ μένε* vel *μὴ μείνῃς*, coniunctivus autem *οὐ μενεῖς*. Similia dixerat in Commentariis trimestribus VII. p. 454. Ibi vero tres sibi locos occurrisse ait, quibus nesciat quid faciendum sit, quod in iis *οὐ μὴ* non sint prohibitivae. Hi loci sunt Sophoclis

in Oed. Col. 176. *οὗτοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων, ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.* In Electra 1052. *ἀλλ' εἶεν· οὔ σοι μὴ μεθέψομαί ποτε, οὐδ' ἢν σφόδρ' ἱμείρουσα τυγχάνῃς.* Aristophanis in Ran. 508. *μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐ μή σ' ἐγὼ περιόψομαι ἀπειθόντα.* Intelligi potest hic, quam nihil lucis sit, ubi non caussas rerum indages. Quamvis enim ingenti exemplorum copia ad Medeam demonstraverit Elmsleius, futurum cum *οὐ μὴ* constructum vim prohibendi habere, tamen, ut aperte dicam, nihil in ea re veri inest. Nimirum non in futuro illa vis est, sed in secunda persona, quam ista exempla habent omnia. Itaque non verior est illa observatio, quam si quis contendat, *οὐ* cum futuro iunctum iubendi significationem habere, quia *οὐχὶ συγκλείσεις στόμα* et similia iubentis sint. Quod si ad id attendisset Elmsleius, in quo cardo rei versatur, nihil offensus esset tribus illis exemplis, sed vidisset, prohibendi significatum ab iis propterea abesse, quia non secundam personam verbi habent. Nihilo minus illud verum manet, interrogativam esse eam formulam. Interrogatio enim non ex persona verbi, sed ex negatione *οὐ* pendet. Itaque sensus in illis tribus exemplis proprie hic inest: *non te quisquam ex his sedibus non abducet invitum?* i. e. non te sinet manere? Sinet vero. *Non te ego non sequar umquam, quamvis flagitantem?* i. e. non ego tibi resistam? Resistam vero. *Non ego te non abire sinam?* i. e. non ego te retinebo? Immo retinebo.

Est vero operae pretium etiam de *οὐ μὴ* cum coniunctivo quaerere. Cui formulae recte sane futuri significationem inesse contendit Elmsleius. Et quamquam ea formula videri possit elliptica esse, quae plena talis sit, ut saepius apud Herodotum, v. c. I. 84. *οὐ γὰρ ἦν δεινὸν, μὴ ἁλῷ ποτέ.* tamen, quum valde dura sit huiusmodi ellipsis, quid impedit, quin eadem illa analogia, qua futurum, etiam coniunctivum cum *οὐ μὴ* coniunctum interrogantis esse censeamus? Notum est coniunctivum interrogative prolatum quaerentis esse quid fieri debeat: *ἴω; οὐκ ἴω;* Itaque addita altera negatione, *οὐ μὴ ἴω* necesse est significet, *non non eam?* i. e. non maneam? Hoc est autem eius, qui esse manendum significat, ex quo consequitur mansurum esse. Habet hoc autem in omni persona locum. Aeschylus S. ad Th. 38. *καὶ τῶνδ' ἀκούσας οὔ τι μὴ λῃφθῶ δόλῳ; His auditis, non ego non capiar dolo?* i. e. non sim tutus a dolo? Omnino vero. Ibidem v. 287. *οὐ γάρ τι μᾶλλον μὴ φύγῃς τὸ μόρσιμον; Non magis non effugies fata?* i. e. minus patiare quod in fatis est? Immo aeque patieris. Sophocl. Ai. 560. *οὗτοι σ' Ἀχαιῶν οἶδα μή τις ὕβρίσῃ; non te non laedat quis?* i. e. *non te quis illaesum sinat?* Sinet profecto.

Apertum est, sive cum futuro, sive cum coniunctivo construantur voculae *οὐ μή*, *οὐ* interrogationi inservire, *μὴ* autem facere ut verbi notio negativa fiat: ideoque negatio illa non *οὐ*, sed *μὴ*

est, quia μὴ non rei, sed cogitationis negans est. Itaque οὐ μὴ μενεῖς; idem est quod οὐκ εἶ; et οὐ μὴ μείνω; idem quod οὐκ ἴω; Iam intelligi potest, cur quum οὐ μὴ iunctae cum secunda persona futuri prohibendi vim habeant, eaedem particulae coniunctivo consociatae, quaecumque sit verbi persona, vi illa prohibendi careant, et nihil nisi simplex futurum significent. Nam οὐ cum futuro mirantis est, si quid non futurum sit. Quod quum secunda persona dicimus, *non tu facies?* exspectare nos indicamus, facturum esse eum, cui id dicimus. Id est autem monere, ut faciat. Quum autem οὐ iungimus coniunctivo, eius formulae longe alia ratio est. Nam nudus coniunctivus, ut ἴω; deliberantis est, i. e. dubitantis an non sit eundum, sive ire verentis. Addita negatione, dubitantis est an sit eundum, i. e. non ire, sive manere verentis. Id est autem in omni persona idem. Nam omnis deliberatio interrogatio est nostrummet ipsorum, quae etiamsi oratione ad alium directa profertur, tamen re ad nos ipsos pertinet. Nam οὐκ ἴῃς; et οὐ μὴ ἴῃς; postremo nihil aliud est, quam οὐ δόξω ἰτέον σοί; et οὐ δόξω μὴ ἰτέον σοί; Quibus verbis neque iubemus neque vetamus, sed coniicimus, quid futurum sit.

Caeterum errare puto eos, qui aoristum coniunctivi ita in hac formula necessarium esse existimant, ut negent aliorum temporum coniunctivis locum dari. Nam quod fere ubique aoristum usurpari videmus, nihil mirum, quum fere omnis deliberatio ad futura spectet, cui tempori aoristi coniunctivus propterea congruus est, quia futuri exacti notionem continet. At fieri potest, ut etiam de re praesente deliberetur, quum quidem quaerimus, quale esse iam nunc debeat id, quod nondum compertum, quale sit, habemus. Eiusmodi videtur illud esse, quod in Soph. Oed. Col. 1023. veteres libri praebent: ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μήποτε χώρας φυγόντες τῆσδ' ἐπεύχωνται θεοῖς. Correxerunt eo in loco grammatici, alii ἐπεύξωνται, alii ἐπεύξονται. Quorum neutro opus videtur. Loquitur Theseus de iis, qui Oedipi filias per vim abduxerant. Eos alii, inquit, persequuntur, quos quod effugerint, et ex nostris finibus evaserint, non, opinor, vota faciunt diis. Si ἐπεύξονται vel ἐπεύξωνται scribitur, hoc dicit: *non agent diis gratias, quod evaserint.* Praesentis autem coniunctivus eam vim habet, ut iam nunc captos esse, ideoque diis non gratulari indicet. Id per aoristi coniunctivum non potest nisi per huiusmodi ambages exprimi, οὐ μὴ εὑρεθῶσιν ἤδη ἐπευχόμενοι.

V. 1138. Quum nos ad Vigerum proposueramus huius loci interpunctionem atque explicationem, non probat Elmsleius: idque recte videtur facere, licet non dixerit, qua ratione ductus faciat. Putamus autem hoc eum, et iure quidem, sensisse, non apte haec coniungi: *vix illa in lecto procubuerat, quum anus quaedam clamorem sustulit.* Nihil enim ad rem, utrum statim an ali-

quanto post anus ista clamaverit. Tametsi vero recte vulgo post πεσεῖν plenam distinctionem poni dicit, tamen in eo non possumus ei accedere, quod ordinem verborum hunc esse vult: καὶ θρόνοισιν ἐμπεσοῦσα, μόλις φθάνει [τὸ] μὴ χαμαὶ πεσεῖν. Nam ita distinctis verbis tamen, si Graecam esse orationem volumus, ad φθάνει repetendum est ἐμπεσοῦσα. Itaque cur non potius statim coniungemus, μόλις φθάνει ἐμπεσοῦσα μὴ χαμαὶ πεσεῖν? Nam sensum esse apparet: *vix in lectum inciderat, quum in eo fuit, ut, nisi in lectum incidisset, humi procumberet.*

Ad v. 1141. vellemus praetulisse Elmsleium vulgatam accentus adiectionem, δόξασά που ἢ Πανὸς ὀργὰς ἢ τινὸς θεῶν μολεῖν, cui tuendae Schaeferum citat in indice ad Lamb. Bos. v. ἄλλος. Hanc enim vocem suppleri vult, addens ex Actis Apostolorum, Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι. At hoc quidem longe alius generis esse, facile quivis intelligat. In Euripidis loco si ellipsis ista admitteretur, nullum usquam erit tam necessarium vocabulum, quod non omitti posse censeamus. Quare nobis considerate Porsonus ἢ τινὸς θεῶν ex ed. Lasc. recepisse videtur, quod est *alicuius-piam deorum:* quod contra ex vulgata scriptura necessario consequeretur, Panem non in diis numerari.

V. 1143. ad verba, ὀμμάτων τ' ἄπο πόρας στρέφουσαν, Heathii sententiam commemorat Elmsleius, ἄπο per tmesin a verbo disiunctam censentis. Ipse quid sentiret, non indicavit, sed assentiri eum Heathio putamus. Nam quod anastrophen accentus in praepositione servavit, quum alii in tmesi aut prorsus omittant accentum, alii in ultima collocent, non videtur inconsiderate fecisse. Nos quidem, ut alibi demonstravimus, nihil putamus certius esse, quam praepositiones per se non esse oxytonas, ideoque, ubi aut post nomen, ad quod pertinent, aut ante nomen quidem, sed cum singulari quadam vi, aut pro adverbiis, aut, quod eodem redit, in tmesi ponantur, retinere naturalem accentum suum, qui in disyllabis est in penultima. Nam quod ἄνα et διὰ grammatici excipiunt, merae sunt nugae. Nam quis credat, Homerum, nisi δία pronunciasset, talem versum fecisse,

δία μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄμβριμον ἔγχος.

V. 1150. In iis, quae ad hunc versum in ima pagina adnotata sunt, verissime dictum putamus, Atticos, etsi πεντέπους, ἕξπους, ὀκτώπους dixerint, tamen non dixisse πεντεπλοῦς, ἑκπλοῦς, ὀκτωπλοῦς, πεντεπλάσιος, ἑκπλάσιος, ὀκτωπλάσιος. Sed quod addit Elmsleius, ubi ὀκταπλάσιος ex Aristophane attulit, fatemur, nos non intelligere: „idem tamen ὀκτωδάκτυλον dixit Lys. 109. „Caussa huius diversitatis est, quod ὀκτωδάκτυλον compositum „est, secus atque ὀκταπλάσιον. Nulla enim pars orationis est, „quae cum ὄκτω coniuncta ὀκτωπλάσιον facere potest." Vide-

tur hoc dicere voluisse, numerorum vocabula primitivam formam non nisi in compositione cum nominibus rerum numeratarum servare. Nam etiam ὀκταπλοῦς et ὀκταπλάσιος origine composita sunt, sed eiusmodi, ut nomen numero adiectum non rem numeratam, sed multiplicationem numeri ipsius significet. Caeterum si Attici in quibusdam compositionibus primitivam numeri formam servarunt, non sunt id existimandi fecisse in omnibus: sed spectandus in his usus est. Neque ita facile crediderim, dixisse Atticos etiam ἓκ πόδες divisim, quod ex inscriptione apud Chandlerum affert Elmsleius. Multa enim in inscriptionibus vel ab iis, qui eas descripserunt, vel ab ipsis sculptoribus peccata esse constat.

V. 1163. πῦρ δ', ἐπεὶ κόμην ἔσεισε, μᾶλλον ὃς τόσως τ' ἐλάμπετο. Quum hic alii libri ὃς τόσον τ', alii ὃς τόσως, omisso τ', habeant, quaerit Elmsleius, utrum retinenda sit an delenda copula, quam, ut ex nota marginali colligi licet, deletam malebat. Si deletur, sensus est: *ubi comam movere cepit, potius duplicata vi exarsit flamma.* At cur illud *potius* hic addatur, nulla plane caussa est. Quare praestat, servari copulam: *magis, et bis tanta exarsit flamma.* Nam quum eam magis emicare dixisset, auget hoc etiam, non paullo maiorem, sed bis tantam factam esse indicans.

Ad v. 1185. quum probat Elmsleius, quod Matthiae in Gram. Gr. §. 521. dixit, usitatius esse imperfectum quam aoristum in eiusmodi sententia, qualis haec est: εἰ δὲ πρὸς βίαν ἄγοι, σάρκας χειραιὰς ἐσπάρασσ' ἀπ' ὀστέων, non abs re fuisset, adiicere, eamdem, quam ubique, horum temporum rationem esse, ut aoristus de re cito transeunte, imperfectum de durante dicatur. Hinc recte utrumque tempus coniunxit Thucydides VII. 71. quem affert Matthiae: εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἄν, καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας ἐτρέποντο. Spem enim concipere brevis momenti est; longius, orare deos. Saepe vero imperfectum etiam saepius repetitae rei rationem habet, ut in hoc Medeae loco. Homerus Iliad. γ. 232. quum dicit, πολλάκι μιν ξείνισσεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο, si πολλάκι omisisset, dixisset ξείνιζεν.

V. 1205. libri praebent: φίλαι, δέδοκται τοὔργον ὡς τάχιστά μοι παῖδας κτανούσῃ τῇσδ' ἀφορμᾶσθαι χθονός, καὶ μὴ σχολὴν ἄγουσαν ἐκδοῦναι τέκνα, ἄλλῃ φονεῦσαι δυσμενεστέρᾳ χερί. Ibi quod Elmsleius κτανοῦσα in κτανοῦσαν mutari vult, pariterque in simili loco Sophoclis El. 958. ἐστερημένη in ἐστερημένην, non magis probo, quam quod nonnulli apud Aeschylum Prom. 216. προσλαβόντα scripserunt contra plerosque libros in his verbis: κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε ἐφαίνετ' εἶναι προσλαβόντι

μητέρα, ἑκόντ' ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν. Nam quum utraque constructio recte se habeat, quid impedit ambas coniungi? Talia corrigere, id est, mea sententia, libertatem, in qua maxima venustas est, ereptum ire sermoni Graecorum.

Ad v. 1209. speciosius nobis, quam verius disserere videtur Elmsleius de constructione verbi μέλλειν. Quod ubi cunctari significat, ne futuri quidem infinitivum, nedum aoristi adsciscere contendit: ideoque in Phoenissis v. 306. θιγεῖν in θιγγάνειν, et in Rheso v. 674. σῶσαι in σώζειν nulla adiuvante librorum auctoritate mutat. Nos primo quaerimus, cur aoristi infinitivum magis etiam, quam futuri ab isto verbi μέλλειν significatu alienum putet. Aoristus enim cur excludendus sit, caussa nulla apparet; cur autem futurum non adhibeatur, satis planum est. Μέλλειν quum proprie esset *curare*, *deliberare*, duas accepit significationes pro iis, quae opposita cogitantur. Nam qui deliberat, aut cupit facere, aut facere dubitat. Si cupit, facturum credibile est: unde μέλλω ποιεῖν idem fere est quod ποιησείω: quare non est mirum saepe in hoc significatu infinitivum futuri adiungi. Sin dubitat quis facere, consentaneum est, eum non esse facturum. Hunc igitur si dicere volumus quid agat, non recte futuro utemur, quia nihil facturus est, sed nominare debebimus id, quod nunc agit: id est autem deliberare. Itaque quem cunctari isto verbo indicamus, eum semper deliberare, numquam facere dicimus. Ideoque praesentis infinitivo utimur, μέλλει ποιεῖν dicentes, quod est, οὐ ποιεῖ, ἀεὶ μέλλων. Nihil vero obstat, quin etiam aoristi infinitivo locus concedatur, ubi quidem de re cito transeunte sermo sit. Ita in duobus illis exemplis, quae corrigi vult Elmsleius, apertum est recte positum esse aoristum, ut in caeteris, quae attulit, recte est praesentis infinitivus positus, quum omnia rei diutius durantis significationem admixtam habeant, nisi illud unum velis excipere in Heraclidis v. 1045. τί δῆτα μέλλετε κτείνειν τὸν ἄνδρα τόνδε. At hoc quoque recte dictum, quia κτείνειν saepe nihil aliud est quam *parare caedem*: unde paullo ante v. 1026. similiter κτεῖνε, non κτεῖνον scriptum videmus. Quod existimare videtur Elmsleius, longe alio sensu aoristi infinitivum adiungi, motus videtur uno tantum, quod affert, exemplo ex Aristoph. Av. 365. εἶπέ μοι, τί μέλλετ', ὦ πάντων κάκιστα θηρίων, ἀπολέσαι παθόντες οὐδέν, ἄνδρε καὶ διασπάσαι, τῆς ἐμῆς γυναικὸς ὄντε συγγενέε καὶ φυλέτα; At ibi aoristus propter illam, quam dixi, rei cito transeuntis notionem positus est, quae si aliena ab hoc loco esset, praesentis infinitivum adhibuisset Aristophanes, quemadmodum fecit Aeschylus Suppl. v. 1065. τί δὲ μέλλω φρένα Δίαν καθορᾶν, ὄψιν ἄβυσσον; Sed veniam nunc ad Euripidis locum, ad quem illa adnotavit Elmsleius. In eo loco quum haec verba legantur: τί μέλλομεν τὸ δυνὸ

πάναγναῖα μὴ πράσσειν κακά; Elmsleius ad aliorum exemplorum similitudinem μὴ in μὴ οὐ mutandum censet. Ita dici potuisse, non est dubium: sed si ita scripsisset Euripides, sensus foret: *quid cunctamur, quo minus dirum illud et necessarium malum perpetremus?* Quum autem omisit οὔ, multo est fortius loquutus: *quid cunctamur, ut illud malum ne faciamus?* i. e. quid cunctor, tamquam non factura, quod fieri debet? De ea diversitate disputavi ad Vigerum p. 800. Itaque tantum abest ut μὴ οὐ reponendum sit, ut multum praestet μὴ sine οὔ.

V. 1212. In verbis, ἔρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου, Elmsleius βαλβῖδα interpretatur ἀγῶνα. Nobis rectius videtur scholiastes sensum verborum indicasse, quum dixit ἀρχὴν δυστυχοῦς βίου. Nam βαλβὶς limen significat: vide ad Antig. Sophocl. 131.

V. 1214. ita loquitur Medea: ἀλλὰ τήνδε γε λαθοῦ βραχεῖαν ἡμέραν παίδων σέθεν, κἄπειτα θρήνει· καὶ γὰρ εἰ κτενεῖς σφ' ὅμως, φίλοι γ' ἔφυσαν, δυστυχὴς δ' ἐγὼ γυνή. Ibi quum aliquot libri φίλοι τ' exhibeant, Elmsleio scribendum videtur, φίλοι τ' ἔφυσαν, δυστυχὴς τ' ἐγὼ γυνή, simulque ad eamdem normam tres alios locos in quibus τε et δὲ oppositae sunt, corrigi iubet. Atque hoc quidem saepe a nobis monitum est, recte inferri δὲ pro τέ, ubi quidem, quae ut partes disiungi coeperant, sibi opponuntur, quoniam aliquid continent, quo possint sibi opponi. Nam ubi nulla cogitari oppositio potest, nemo non videt, δὲ non posse admitti. Itaque vellemus abstinuisset vir doctissimus manum ab istis tribus locis, in quibus nihil est, quod τε et δὲ coniungi prohibeat. Ad Medeae autem verba quod attinet, ne ferri quidem posse geminum τε existimamus. Posset, si haec tantum diceret Medea: καὶ γὰρ φίλοι τ' ἔφυσαν, δυστυχὴς τ' ἐγὼ γυνή. Nam ita tum procederent sententiae: *postea luge: nam et illi cari sunt, et ego sum infelix.* Duplex enim caussa lugendi afferretur, et quod liberos, qui cari essent, amisisset, et quod ipsa esset infelix. Posset vero etiam secundo loco δὲ poni, quemadmodum Latine vertens recte diceres: *nam et illi cari sunt, ego autem infelix.* Inciperes enim orationem, ut partiturus lugendi caussam in duas partes, caritatem liberorum, et infortunium matris: sed exorsus partitionem, quoniam etiam oppositae sunt illae partes, opponeres, hoc modo: *nam illi cari sunt, ego autem misera.* At neutro modo loqui potuit Medea insertis illis εἰ κτενεῖς ὅμως, quia utrovis modo perversa enasceretur sententia. Nam si bis ponatur τε, sensus erit: *nam etiamsi occidis, et illi cari sunt, et ego misera.* At illi quidem, etiamsi occiduntur, cari sunt; non autem ipsa, etiamsi occidit, misera est, sed potius ob id ipsum, quia occidit. Non melius res procedet, si τε et δὲ coniungas. Tum enim sensus hic erit: *nam, etiamsi occidis, et illi cari sunt, ego autem misera.* Hoc est enim idem, ac si dicas: *nam etiamsi*

*occidis, cari sunt illi, ego vero misera.* Qua in sententia eadem inest perversitas, quia mater interficiendo liberos, non, etiam si interficiat, misera est. Nam quae tandem haec ratiocinatio est: interficiam vos, et deinde lugebo infortunium meum: nam etiamsi vos interficiam, misera ero. Immo si misera est, etiamsi occidat liberos, nece liberorum se indicat videri posse liberari a miseria, sed tamen non liberari. Quod si non liberatur, non opus habet interficere liberos, ut lugere infortunium suum possit. Apertum est alienissima haec esse ab huius loci natura. Itaque sola reliqua est vulgata, in qua nihil est quod reprehendas, ut quae hunc sensum praebeat, *postea lugebo: nam etiamsi vos occidam, cari certe fuistis, ego autem misera sum.* Ita duae quidem lugendi caussae, sed illae non coniunctae commemorantur, una, quod liberi, etiamsi eos interficiat, tamen cari fuerint, altera, quod interfectis miseram se fore sentiat.

Non satisfecerunt nobis viri docti in carmine melico, quod est a v. 1218. quod qui consideraverit, facile videbit, quum iam antiquitus corruptum esset, a metricis utcumque correctum esse. Sed ut aliquot versuum insolentes numeri de vitio admonere poterant, ita magis etiam, quod primum omnium respici debet, sed saepe a criticis aut postremum, aut non respicitur omnino, sensus verborum, quid corrigi debeat, ostendit. Ad eum ipse in Elem. d. metr. p. 257. ubi hunc locum attigi, non satis attendi. Versu 1219. Elmsleius Seidlero auctore ἀελίου prima brevi esse putat, eamque ob caussam in antistrophico dedit μάταν ἄρα γένος. De ista correptione paucis dixi ad Soph. Trach. 832. quod exemplum vereor ne unicum sit, quod iure afferri possit. At non eadem in omnibus numeris licentia conceditur, nec quod in trimetro solutionibus pleno fieri licet, continuo etiam ad alios versus transferri poterit. Hic quidem tanto magis dubia est illa correptio, quod in antistrophico versu alii libri solum μάταν, alii ἄρα μάταν, alii καὶ μάταν, nullus μάταν ἄρα habet. Ἄρα quidem si admittitur, recte omnino μάταν ἄρα scripsit Elmsleius. Nam ἄρα μάταν, quod Seidlerus recepit, ne ipsi quidem hodie probari puto. Durum autem foret, si quis ita vellet interpungi:

μάταν μόχθος ἔῤῥει τέκνων
ἄρα, μάταν γένος φίλιον ἔτεκες.

Mihi codicum discrepantia nihil nisi correctiones metricorum videtur continere, quum excidisset particula, quae a poeta posita fuerat. Is ita, nisi fallor, scripserat: μάταν τοι γένος φίλιον ἔτεκες. Ex quo verisimile est, Ἀλίου in stropha scribendum esse. Sequuntur mox haec:

σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς

ἔβλαστεν. θεῶν δ'
αἷμα πίτνειν φόβος ὑπ' ἀνέρων.

ersus distinctos praebuit Elmsleius. Respondent his in anti-
ha:

δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς
χόλος προσπίτνει,
καὶ δυσμενὴς φόνος ἀμείβεται.

a haec ex parte apparet et insueta esse et corrupta. Libri
variant, nisi quod nonnulli αἵματι praebent, quod et Seid-
recepit, et praeferre videtur Elmsleius. Ac Seidlerus quidem
primos versus ita scripsit:

τᾶς σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς
ἔβλαστεν'. θεῶν δ' αἵματι πιτνεῖν,

us respondeant haec:

δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς
χόλος προσπιτνεῖ, καὶ δυσμενής.

iec libris firmatur τᾶς σᾶς, et languet articulus, versusque
ochmio et dipodia iambica constantes, non, uti decebat, sin-
inter se syllabis congruunt, omninoque parum venusti sunt.
n memini, audaciorem quidem, sed multo elegantiorem con-
ram Seidleri:

σᾶς γὰρ χρυσέας
ἀπὸ γονᾶς ἔβλαστεν· θεῶν δ'.
δειλαία, τί σοι
φρενοβαρὴς χόλος προσπιτνεῖ.

uocumque modo ista scribantur, utraque in stropha sensus
rat. Primum αἷμα πιτνεῖν cum parte librorum et scholiastes
et scriptor Christi patientis, estque ea certissime vera scri-
a. Nam hoc dicere debet chorus, metuendum esse, ne liberi
ae, divinitus ortum genus, pereant. Illud vero inepte dice-
liberis metum esse, ne pereant. Nam et nesciunt illi, quid
r agitet, et si scirent, ac metuerent, nihil aliud diceret
us, quam sibi mortem timere eos, qui ab diis oriundi essent,
illud, quod debet, indignum esse, perire genus divinum.
n ergo αἵματι omnino prava scriptura sit, nihil aliud relinqui
quam, si quid in ea scriptura veri est, syllabam τι alius vo-
li vestigia continere. Alia dubitatio de antistrophicis est,
quid hoc est: δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς χόλος προσπιτνεῖ,
δυσμενὴς φόνος ἀμείβεται; Scholiastes: φόνος τῶν παίδων
βεται καὶ διαδέχεται τὸν χόλον. Patet necessitate, propter ino-
melioris explicationis, extortam esse hanc interpretationem.
a enim sententia est. Neque enim caedes dici potest in irae

locum succedere, cum eaque vices permutare, quia in occidendo ira ut quum maxime viget. Itaque quis non, semel hac de re admonitus, statim videat, longe aliud quid hic requiri: quod quid sit, non potest obscurum esse: nam Glaucae necem excipit caedes ipsius Medeae liberorum:

δειλαία, τί σε φρενῶν
βαρὺς χόλος προςπιτνεῖ,
καὶ δυσμενὴς φόνον
φόνος ἀμείβεται;

Primus horum versuum et tertius iambici ischiorrhogici sunt. Hinc strophicos ita, opinor, licebit refingere:

σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας
γονᾶς ἔβλαστεν * *
θεῶν δ' αἱμά τοι πιτνεῖν
φόβος ὑπ' ἀνέρων.

Quid exciderit post ἔβλαστεν, non ausim coniectare. Si liber aliquis ἔβλαστεν γονᾶς praeberet, elegantissimum et aptissimum foret, σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας, ἄναξ, ἔβλαστεν γονᾶς.

Versu 1226. 1227. miramur, quod Elmsleius quam probat Seidleri transpositionem verborum φονίαν τάλαιναν τ' in textum recipere dubitaverit, qua nihil nec facilius nec certius inveniri potest.

V. 1235. quae leguntur, explicatu perdifficilia sunt: χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιάσματ' ἐπὶ γαῖαν αὐτοφόνταις ξυνῳδὰ θεόθεν πιτνοῦντ' ἐπὶ δόμοις ἄχη. Ea Elmsleius sic construenda putat: χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ἐστὶν ὁμογενῆ μιάσματα, τουτέστι, ἄχη ξυνῳδὰ θεόθεν ἐπὶ γαῖαν πίπτοντα αὐτοφόνταις ἐπὶ δόμοις. Vltima eo modo dicta censet, ut λίθος ἔπεσέ μοι ἐπὶ κεφαλῇ, nihil tamen obstare monens, quo minus αὐτοφόνταις pro adiectivo accipiatur. Nobis hac in explicatione illud non placet, quod ἄχη θεόθεν ἐπὶ γαῖαν ἐπὶ δόμοις πιπτεῖν dicuntur. Insuetum estenim tragicis, in huiusmodi quidem re, quae ab diis veniunt, in terram venire dicere. Potius ἐπὶ γαῖαν πιτνοῦντα ad μιάσματα pertinere, et sanguinem humi profusum intelligi, permultis confirmari exemplis posset. Itaque sic videntur haec verba intelligenda esse: χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ἐστὶν ὁμογενῆ μιάσματα ἐπὶ γαῖαν πιτνοῦντα, ἄχη θεόθεν ξυνῳδὰ ἐπὶ δόμοις αὐτοφόνταις: *gravis est enim mortalibus cognatus sanguis humi profusus, dolor divinitus congruus expetens in parricidam domum.* Ad ξυνῳδὰ intelligendum αὐτοῖς ex δόμοις: non enim haec vox cum particula ἐπὶ construitur, sed ipsa μιάσματα dicuntur ἄχη esse ἐπὶ δόμοις αὐτοφόνταις, i. e. in dolorem vertere expetentem in parricidas.

V. 1263. librorum scripturam, δεῖ γάρ νιν ἤδη γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, Elmsleius, quum alii νυν pro νιν posuissent, ita

utandam censet, ut pro σφε scribatur γε, multisque exemplis mat consociationem particularum ἤτοι—γε—ἤ, illas autem vollas, γάρ νυν, qui coniunxerit, neminem se reperire ait. Nos, an γάρ νυν hoc loco scribi possit, ex illa quaestione pendevidetur, an νὺν correptum temporis significationem recipiat. quod non putamus negandum esse. Sed missam facere possumus hanc quaestionem, quum neque νιν neque σφε ab hoc loco movendum videatur. Multis enim modis pronomina mutato tere orationis iterari a Graecis solent: quorum unus est notissimus ille, cuius exemplum est apud Sophoclem Philoct. 315. οἷς λύμπιοι θεοὶ δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῦ τυχεῖν. Eo autem modo, quo Euripides hic pronomen iteravit, saepius usus est usanias, ut II. 3, 6. ὧν ὀνόματα μέν σφισι Μέρμερος καὶ Φέρης. Et VIII. 11, 2. ταύτας φασὶν οἱ Μαντινεῖς μετοικῆσαι σᾶς τὰ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ πατρὸς ὀνείδη φευγούσας. Et cap. 1, 2. τούτους ἐγώ φημι παρέχειν σφᾶς ὕδωρ ψυχρόν. Iterum cetur de hac loquendi ratione ad v. 1332. Sed haec quidem mima est, aut nulla potius in Euripidis loco difficultas. Aliam, ae vere difficultas dici potest, ne animadvertisse quidem vintur critici. Vide enim, quid dicat Iason:

δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω,
ἢ πτηνὸν ἄραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος,
εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει δίκην.
πέποιθ', ἀποκτείνασα κοιράνους χθονός,
ἀθῷος αὐτὴ τῶνδε φεύξεσθαι δόμων;

nem enim in his non offendat illud εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει κην, quod saltem ita rectius diceretur, εἰ τυράννων δώμασι μὴ ώσει δίκην? quem autem porro non interrogatio illa, πέποιθε φεύσθαι, male habeat, quam oportebat per ἤ superioribus adnecti? enique quid αὐτὴ sibi vult, quod plane hic otiosum et supervaneum vocabulum est? Ab libris parum auxilii accedit. Nam quod ius codex a prima manu, alius a correctore praebet, ἤ μὴν pro μή, iure damnasse videtur Elmsleius. Est illa, ut ego quidem ito, correctio cuiuspiam, qui sentiebat laborare hunc locum. liud legisse videtur scholiastes, cuius interpretatio eam ipsam ntentiam praebet, qua hic opus esse apparet: δεῖ γὰρ αὐτὴν ἢ ταταρταρωθῆναι, ἢ ἀναπτῆναι, εἰ μὴ ἄρα πέποιθε μὴ δώσειν κην. Quem quum εἰ μὴ πέποιθε coniunxisse pateat, quo facto llitur inepta ista interrogatio, facile intelligi potest, in verbis ράννων δώμασιν δώσει δίκην aliquid latere, ad quod ἀθῷος αὐ tanquam oppositum referendum sit. Poterit id, nisi fallor, nissima mutatione restitui, loco ita reficto:

δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω,
ἢ πτηνὸν ἄραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος,

εἰ μή, τυράννων δώμαθ' ἵνα δώσει δίκην,
πέποιθ', ἀποκτείνασα κοιράνους χθονός,
ἀθῷος αὐτὴ τῶνδε φεύξεσθαι δόμων.

Oportet eam, inquit, aut terra occultari, aut in altum aetherem avolare, nisi, ubi regia domus poenas dabit, sperat, occisis regibus, ipsa immunis poena ex his aedibus evadere. Regiam domum quum dicit poenas dare, Glaucen et Creontem intelligit, qui poenas dent Medeae divortii atque exsilii.

Recte Elmsleius v. 1271. vituperat eos, qui verba, μή μοί τι δράσω' οἱ προσήκοντες γένει, ita interpretati sunt, ut si μή μέ τι δράσωσι scriptum esset. Sed quod ipse existimat, haud dubie Euripidem scripsisse, μή νίν τι δράσω', id nobis non persuadet. Nam ut concedamus, paullo durius esse, αὐτούς intelligi, quamquam id non est eiusmodi, ut magnam offensionem habeat, quid obstat, quin nihil plane omissum statuamus, quum recte omnia procedant, si sic interpretamur: *veni ut vitam liberorum meorum conservarem, ne quid propinqui moliantur, caedem a matre eorum perpetratam vindicaturi.* Non magis in locis, quae ex Philocteta et Hercule furente affert, ἤ et ἄν in νιν mutari opus est.

V. 1306. legitur, οὐκ ἔστιν, ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ ἔτλη πόθ'. Vbi quum duo codd. habeant, οὐκ ἔστι τοῦθ' ἥτις ἄν, praeferenda videtur fortior verborum collocatio, οὐκ ἔστι, τοῦτ' ἂν ἥτις.

V. 1319. scriptum est: εἰ μὴ Ζεὺς πατὴρ ἠπίστατο, οἳ' ἐξ ἐμοῦ πέπονθας, οἵά τ' εἰργάσω. Ibi Elmsleius, malim, inquit, οἷα δ' εἰργάσω, vel potius οἷα δ' εἰργάσαι. *Εἰργάσω* quidem ipse concedit non opus esse mutari. Concedet etiam, ut speramus, de particula τε. Nam si illa spectavit, quae ad v. 1039. attulit, (iubet autem illa conferri) fallitur. Neque enim hic exaggeratio est, ut in illis locis, aut in Oed. R. 1224. οἳ' ἔργ' ἀκούσεσθ', οἷα δ' εἰς ὄψεσθ', ὅσον δ' ἀρεῖσθε πένθος, sed, si hic δὲ scribitur, vere oppositio est, quam explicatius ita exprimas, οἷα μὲν πέπονθας, οἷα δὲ εἰργάσω. At quum haec non minus recte ut coniuncta, quam ut opposita proferri possint, οἷα πέπονθας καὶ οἷα εἰργάσω, patet, etiam οἵά τε recte se habere.

V. 1321. haec leguntur:

σὺ δ' οὐκ ἔμελλες, τἄμ' ἀτιμάσας λέχη,
τερπνὸν διάξειν βίοτον, ἐγγελῶν ἐμοί,
οὔθ' ἡ τύραννος, οὔθ' ὁ σοὶ προσθεὶς γάμους
Κρέων ἀνατεὶ τῆσδέ μ' ἐκβαλεῖν χθονός.

Elmsleius, illa opinione ductus, de qua in prima parte huius scriptionis ad v. 4. disputavimus, edidit οὐδ' ἡ τύραννος, οὐδ' ὁ σοὶ προσθεὶς γάμους, contra omnes libros. Non negamus, ex usitata construendi ratione ita scribendum fuisse; sed tamen contendi-

*Θάλασσα πῶμ' ἄγει· τὸ μὲν πιτνὸν, ἄλλο δ' ἀείρει τρίχαλον*, nisi hic, prouti interpungas et verba interpreteris, et praesentis participio et aoristi locus esset; praesentis, si *ἄγει*, commate apposito, cum participio conjungitur; aoristi, si, ut vulgo, colo distinguitur post *ἄγει*, ut sensus sit, *ἄλλου πιτνόντος ἄλλο ἀείρεται*, simili orationis forma, ut apud Sophoclem Oed. Col. 1454. *ἐπεὶ μὲν ἕτερα, τὰ δὲ παρ' ἡμαρ αὐθις αὖξων ἄνω*. Libri quidem constanter *πιτνόν*: in scholiis MSS. et hoc, et quod Brunckius dedit *πίτνον* legitur. Plane denique ad liquidum perducta res esset, si certa esset scriptura in Eurip. Heracl. 619. *ἀλλὰ σὺ μὴ προσπίτνει τὰ θεῶν ὕπερ*. Verum hoc edd. recentiores ab H. Stephano videntur accepisse, qui in Adnotatt. ad Soph. et Eurip. p. 168. ita in veteribus codd. scriptum ait. Aldina vero et aliae antiquae edd. *προσπιτνῶν* habent. Elmsleius audaci conjectura edidit, *ἀλλὰ σὺ μὴ προσίτναν τὰ θεῶν φέρε*, *erecto corpore atque animo* interpretatus. Non facile repertum iri putamus, quibus id persuadeat. Nec profecto opus erat, novam atque insolentem verbi significationem comminisci. Scribendum: *ἀλλὰ σὺ μὴ, προπιτνῶ, τὰ θεῶν ὕπο, μηδ' ὑπεράλγει φροντίδα λύπᾳ: at tu, oro, ne aut deorum decretis, aut cura tua nimis dole*. Respondent enim sibi *μὴ τὰ θεῶν ὕπο*, et *μηδὲ φροντίδα*. Utrumque indicaverat Iolaus v. 605. sqq. dolere se et propter oraculum, quod virginem immolare jussisset, et quod Macaria se immolandam offerret. Quod si praeter *ἔπιτνον* apud Pindarum et Sophoclem, et *πιτνὸν* apud Aeschylum (nam quod in Persis v. 506. ex conjectura quidam pro *πῖπτον* posuerunt *ἔπιτνον*, factum est imperitissime) non exstant exempla alteram utram hujus verbi formam aperte tuentia, solum reliquum erat participium, cujus exempla Elmsleius afferre debebat omnia, ac videre an ubique praesenti locus esset. Atque quum aliquot loci sint, qui non dubie praesens habeant, plures autem, in quibus utrovis tempore uti licebat, tamen sunt etiam, qui flagitare aoristum videantur, ut Pindari Nem. V. 42. (76) Isthm. II. 26. (39) Aeschyli Choeph. 34. Sophoclis El. 453. Euripidis Hec. 274. Alcest. 181. Iphig. T. 48. Herc. fur. 853. Hi igitur loci non praetereundi, sed vindicanda iis praesentis significatio erat, si vincere vellet vir doctissimus. Praeterea vero etiam illud ostendere debebat, unde huic verbo perpetua illa fluctuatio inter *πτνοῦντα*, *πτνῶντα*, *πιτνόντα*, *πίτνοντα* venisset, quum nihil simile librariis in *μίμνω* et caeteris hujusmodi verbis acciderit. Quae si omnia reputasset, non dixisset,

opinamur, unice verum esse πίνω. Sponte enim cadunt istae dubitationes omnes, si πιτνῶν praesentis, πιτνὼν aoristi participium, esse statuimus. Et hoc quidem ut credamus, alteram aoristi, alteram praesentis formam propriam esse, ἔπιτνον illud vincit, quod ubi invenitur, apertissime aoristi significationem habet. Ex hoc ipso autem aoristo, qui quidem sane, ut multi aoristi secundi, origine nihil est nisi imperfectum verbi cujuspiam aut obsoleti, aut nunquam usurpati, recte colligitur, praesens esse πιτνῶ, πίτνω autem in verbis αὐθυποτάκτοις numerandum esse. Nec profecto magis hoc verbum πιτνῶ in dubitationem vocare debebimus, quam ἱκνοῦμαι, quod ipsum ad eamdem comparationem formatum, neque aoristum nec futurum habet. Hermann. in *the classical Journal* vol. XXXVIII. p. 284—287. *G. D.*]

81. Notam interrogationis post ὅδ' habent omnes edd. praeter Aldinam et Hervagianam primam. *Hiccine* omnes interpretes. Ὅδ' nostro loco δεῦρο significare monui ad Marklandi Suppl. 21. (*Quarterly Review*, VII. p. 446.) Vide nostrae fabulae vv. 49. 119. 929. Plura dabit Blomfieldius ad Aesch. Prom. 977. (940. Stanl.) p. 182. ed. secundae.

*ibid.* Atticae pars erat Tetrapolis, ex quatuor oppidis [δήμοις] constans, quorum unum erat Marathon. Strabo VIII. p. 383. [a Brodaeo allegatus:] Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ὥκισε τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον. Aristophanes Lys. 285. ad pugnam Marathoniam respiciens: Μή γυν ἔτ' ἐν Τετραπόλει τοὐμὸν τροπαῖον εἴη. Commemorat quoque Diodorus Siculus IV. 57. XII. 45. ut et Scholiastes Sophoclis ad Oed. C. 701. [a Brodaeo citatus:] Λακεδαιμόνιοι τὴν λοιπὴν γῆν δηοῦντες, τῆς μὲν Τετραπόλεως ἀπέσχοντο διὰ τοὺς Ἡρακλείδας, τῶν δὲ μορίων, διὰ τὰς ἀράς. Musgravius.

[81. Σὺ δ' ἐκ Tyrwhittus in not. MS. in *the class. Journ.* vol. XVI. p. 392. *G. D.*]

82. 83. Ἦ πέραθεν minus recte Barnesius. Superiora verba de regionibus accipienda sunt, ex quibus terrestri itinere in Atticam veniendum erat. Sensus igitur est, *Terra marine huc advenistis?*

84. Κατέσχετ'. *Huc appulistis.* Brodaeus. Vide Cycl. 222. Hel. 1222. Metro convenientius esset κατέχετ', quod reponit Hermannus de Metris p. 245. Sed vereor ut quisquam κατέχετε hac significatione unquam dixerit. Κατέσχετε tragicum dicturum fuisse arbitror, si verbum prae-

sentis temporis postulasset sententia. *Νῆα κατισχέμενα* Homerus Od. *Λ*. 455. *Κατίσχει τὰς νῆας* Herodotus VIII. 40. Futurum, 'ni fallor, fuit *κατασχήσω*, non *καθέξω*. [*Κατίσχουσιν* Thucydides VII. 33. *κατασχήσουσιν* IV. 42. *Ex Addendis.*]

*Ibid.* Euboeam reliquisse eos conjicit, utpote Marathoni vicinam. Musgravius. Herodotus VI. 102. *Ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης.* Ceterum *Εὐβῷδ'* pro *Εὐβοϊδ'* scripsi. [Seidler. ad Eurip. Electr. 440. *Εὐβοϊδ'*. *G. D.*] *Εὐβωῖς* per Ω dixisse veteres Atticos plus uno argumento demonstrari potest. Primum, feminina in *ΙΣ* desinentia, nunquam brevem vocalem ante terminationem adsciscunt. Verbi caussa, non *Νηρεῖς*, sed *Νηρηῖς* dicimus. Deinde *Εὐβωῖς* aliquoties metro necessarium est. Soph. Trach. 237. *Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβωῖς, ἔνθ' ὁρίζεται.* Ibid. 401. *Εὐβωῖς. ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν.* Vulgo quidem utrobique legitur *Εὐβοιίς*. Sed diphthongum cujus subjunctiva vocalis sit I, alteri I nunquam praemittere Atticos, omnibus satis notum est. [Conf. Elmslei. ad Acharn. 883. Lobeck. ad Phrynich. p. 40. *G. D.*] Nostro loco adhibetur crasis, adhibenda quoque in Ion. 60. El. 442. Rhadam. fr. 1. Sic etiam Soph. Trach. 74. et Ion Chius apud Strabonem I. p. 60. Plura hujus vocis exempla apud Atticos poëtas non reperi. *Εὐβοϊκὸς* per *O* habet noster Hel. 773. *Τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοϊκὰ πυρπολήματα.* Hoc ab *Εὐβοεὺς* fit. Nam ab *Εὐβοιεὺς* fieret *Εὐβωϊκὸς*, ut a *στοιὰ στωϊκός*. Photius: *Εὐβοιεῖς, οὐκ Εὐβοεῖς*. Opinor veteres utrumque dixisse. [Adde Aeschylum apud Strabonem X. p. 447. *Ex Addendis.*]

85. Incertus Rhes. 701. *Ἡ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον.*

87. 88. *Ὠνόμαζεν λεὼς* P. E. Noster Iph. A. 281. *Οὓς Ἕλληνὰς ὠνόμαζε πᾶς λεώς.*

89. *Ἴστε που. Nostis fortasse.* Brodaeus. Minus recte interrogative Portus aliique omnes. Vide ad Marklandi Supplic. 116.

91. Ego *τοῦ ποτε* malim. *Cujusnam rei gratia.* Brodaeus. *Cujus viri* recte H. Stephanus. *Τοῦ ποτ' ἐν* edd. recentiores. Ego praepositionem in sequentem versum rejeci.

92. 93. Haec verba tacite in senarium redegit Barnesius, *Χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κύρους, φράσον.* Quem secutus est Musgravius. De anapaesto *χερὶ σᾷ* vide ad v. 1014. Versus 92. meae ed. constat ex dipodia iambica et syzygia dochmiaca. Sic etiam vv. 82. 108. Aesch. Suppl. 746. *Παρείχομαι, πάτερ, δείματι.*

96. Ab hoc versu antistrophum incipere censet Hermannus

de Metris p. 245. Si haec antistrophica sunt, nihil est in stropha quod versui 99. nihil in antistropho quod versibus 91—95. respondeat. Non male post versum 77. collocaretur versus 72. Sed hae sunt merae conjecturae.

*id.* *Τί χρέος; Quid rei est?* Nos, *What is the matter?* Quo sensu usitatius est, *Τί χρῆμα;* Vide ad v. 646. Sequentia verba vertunt interpretes, tamquam si pro ἤ legatur ἦ. Sed recte se habet ἤ. Sensus est, *Nisi causeam adventus tui potius civitatis magistratibus quam nobis aperiendam censes.* Confer Coprei verba infra v. 117. *Πόλεος* de meo dedi, *ἔνεπε* ex emendatione Hermanni.

97. Canterus et Scaliger *μελόμενοι* legunt. Quum autem Attice *μελομένῳ* pro *μελόμενοι* scribi potest, nihil muto. Barnesius. *Μελόμενοι* recte Musgravius, nulla Barnesiani Atticismi habita ratione.

99. Vide ad v. 222.

103. *Χειρὶ* edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam.

104. *Ἀπολείπειν. Despicere, contemnere.* Brodaeus. *Ἀπολέπειν, decorticare*, hoc est, *ἀποσυλᾶν, vi denudare ensis supplicibus insessoribus.* Reiskius. Brodaei interpretationem cum vulgata scriptura conciliare nequeo. Reiskii conjecturam, qua nullam unquam *δεισικωδεστέραν* vidi, Hermanno placuisse miror. Heathius vocativum ξένε et pronomen σ' ad Iolaum pertinere censet. Musgravius *ἀπολείπειν σφ' ἔδη* conjicit. Manifestum est, metro convenientius esse *ἀπολιπεῖν* quam *ἀπολείπειν*. Sed cum censeam poëtam neque *ἀπολείπειν* neque *ἀπολιπεῖν* scripsisse, vulgatam scripturam non muto. [*ἀπολιπεῖν*, Seidlero ad Troad. p. 26. praeeunte, dedit Matthiae. *G. D.*]

106. *Τῆσδε*, P. E. Quae mutatio, ni fallor, vim aliquam sententiae addit, quasi dicat Copreus, *Ἔκπεμπε γῆς τῆσδε τοὺς αὐτῇ μὴ προσήκοντας.* Nullae fere voces toties in vulgatis libris permutantur, quam pronomis ὅδε casus. Exempla haud pauca in hac ipsa fabula reperiet lector. Quibus duo addam nostro loco simillima. Soph. Oed. C. 785. *πόλις δέ σοι* (malim, *πόλις δὲ σὴ*) *Λακῶν ἄνατος τῆσδ' ἀπαλλαχθῆ χθονός. Τῶνδ'* libri omnes ante Brunckium. Eurip. Hippol. 1153. *Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε θησέα μολὼν Εὕροιμ' ἄν. Τόνδε* cod. Flor. apud Valckenarium.

108. *Ἰκελίαν*, quod Barnesius non intellexisse videtur, ab *ἰκέσιος* adjectivo est, cujus exemplum vide infra v. 518. Musgravius. Major difficultas in verbis *μεθεῖναι πόλει*. Omnes interpretes *ἄθεον* cum *πόλει* conjungunt, vertèn-

tes, *Impium* est *civitatem negligere supplicem hospitum supplicationem*. Quasi vero μεθεῖναι *negligere* significet. Scilicet μεθεῖναι et παρεῖναι confundunt. *Μεθεῖναι πόλει*, ni magnopere fallor, nihil aliud significare potest quam *dedere* aut *tradere civitati*, Argivae scilicet sive Mycenaeae. Sed vehementer suspicor poëtam scripsisse μεθεῖναι πάλιν aut μεθεῖναί τινι, scriptorem autem codicis e quo nata sunt vulgata exemplaria, literarum compendio deceptum esse. Priori scripturae accedit auctoritas ex Aesch. Suppl. 344. *ΒΑ. Πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω; ΧΟ. Αἰτοῦσι μὴ 'κδῶς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν.* *Πόλει* pro πάλιν habent edd. omnes praeter nuperam Gaisfordii apud Eurip Suppl. 460. Sed nostro loco nihilo deterius esset μεθεῖναί τινι. Noster Med. 728. *Μηνεῖς ἄσυλος, πού σε μὴ μεθῶ τινι.* Ita Lascaris et codd. plerique. *Μεθῶ ποτε* Aldus. Permutantur ποτὲ et πόλει in Phoen. 249. [*Ἄθεον, ἰκεσίαν μεθεῖναι πόλει | ξένων προστροπάν.* Multa de his verbis dixi, quae hodie indicta velim. Serius animadverti veram scripturam esse *Ἄθεόν—πέλει.* Elmsleius ad Medeam 719. p. 188. *G. D.*]

109. Malim, si divinare liceat, προστρόπων vel προστροπάν. Canterus. *Προστροπὰν* primus edidit Musgravius. Aesch. Choëph. 18. *Πυλάδη, σταθῶμεν ἐκποδὼν, ὡς ἂν σαφῶς Μάθω, γυναικῶν ἥτις ἥδε προστροπή.*

110. 111. Haec leguntur apud Stobaeum LVIII. p. 374. ubi ante Grotium vulgo legebatur, *Κυλὸν δ' ἔξω.*

[111. Εὐβουλίας—τῆς ἀμείνονος. Exspectasses, γνώμης τῆς ἀμείνονος, vel τῆς ἀμείνονος sine substantivo. Herodotus VII. 16. *Ἐπειδὴ τέτραψαι ἐπὶ τὴν ἀμείνω.* Quo sensu πρὸς τὸ κέρδιστον τραπείς γνώμης dixit Soph. Aj. 743. *Ex Addendis.*]

110. Huic simile adagium a Zenobio profertur III. 62. *Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις. ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνου καθεστώτων.* Aeschylus Choëph. 695. *Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα.* Idem Prom. 263. *Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς Πράσσοντας.* [Eurip. Hippol. 1293. *Πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις.*] Brodaeus.

114. *Θεῶν ἀφέλκειν.* Interpretare, *βωμῶν ἀφέλκειν.* Sic infra v. 441. dicitur, *τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν*, pro *τίνος θεοῦ βωμὸς ἄστεπτος.* Nostro loco non male legeretur, mutato duorum vocabulorum ordine, *ἀλλὰ μὴ βίᾳ θεῶν Ξένους ἀφέλκειν.* Quicquid enim impie et spreta deorum religione fit, *βίᾳ θεῶν* fieri dicunt tragici. Exempla passim occurrunt.

*Ibid.* *Γῆν σέβοντ'* (σέβειν τ' S.) *ἐλευθέραν* edd. recentiores.

117. In MS. G. deest Coprei persona. Musgravius.

19. Noster Hec. 216. *Καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός.* Hac significatione saepissime usurpantur particulae *καὶ μήν*. Ita Hec. 665. *Καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ἄπο.* Or. 348. *Καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει Μενέλαος ἄναξ.* Ibid. 456. *Καὶ μὴν γέροντι δεῦρ' ἁμιλᾶται ποδὶ Ὁ Σπαρτιάτης Τυνδάρεως.* Ita passim ante adventum novae personae. Observatione dignum est, post particulas *καὶ μήν* hac significatione adhibitas nunquam una alterave voce interposita induci *γε*, quod in diversa significatione plerumque post eas collocatur, ut mox v. 181.

23. Mediam formam *ἀθροίζεται* alibi non reperi. Compositum *ἐξαθροίζεται* habet noster Phoen. 1176. De spiritu dixi ad Aristoph. Ach. 26.

25. *Βωμὸν καταστέψαντες.* Prosae orationis scriptor dixisset, *ἱκετηρίας θέντες, ramis supplicibus in aram depositis.* Andocides de Mysteriis p. 54. ed. Reisk. *Κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ τῆς ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι.* Et paullo post: *Ἀναστὰς Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τὴν σκευὴν ἔχων, λέγει, ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ.* Audiendus Brunckius ad Soph. Oed. T. 8. *Ἱκετηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι. Non coronis erant redimiti, sed manibus ferebant ramos olivae lana obvolutos.* Brunckii interpretationem non ex omni parte veram esse ostendit ejusdem fabulae v. 143. ubi consurgere de sedibus jubentur supplices, *ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους, tollentes supplices ramos*, quos super aram, cui assedebant, deposuerant. Ita accipio Aeschyli locum Suppl. 249. *Κλάδοι γε μὲν δή, κατὰ νόμους ἀφικτόρων, Κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις.* Confer etiam v. 940. *Κλάδους τε τούτους αἶψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν, Βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων Θές.*

30. *Ὥστε μ' ἐκβαλεῖν δάκρυ* Reiskius [et Lobeck. in libello de apostropho p. 33. *G. D.*]. Vide Hec. 298. Iph. A. 451. 477. Hel. 1563. Ion. 924. Aeoli fr. 21.

31. De feminino *Ἑλλην* fuse disputavi ad Marklandi Iph. T. 340. [*Quarterly Review*, XIV. *G. D.*] ubi eam nostri loci scripturam proposui, quam in textum nunc recipio. Quod ibi monui, et exemplis nonnullis confirmare conatus sum, *Ἑλληνα* tam ad *στολὴν* quam ad *ῥυθμὸν* pertinere, longe majori exemplorum numero, si opus esset, stabilire possem. Vide nostrae fabulae vv. 159 324. 892. Cum primo loco conferendus noster Med. 1366. *Ἀλλ' ὕβρις, οἵ τε σοὶ νεοδμῆτες γάμοι.* Ubi scripturam a Brunckio propositam, *Ἀλλ' ὕβρις ἡ σή, χοἱ νεοδμῆτες γάμοι*, minime necessariam recte censet Porsonus. Sequentia in tironum gratiam subjicio. Aesch. Theb. 74. *Ἐλευθέραν*

δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν. Eurip. Phoen. 291. Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας. Ion. 1275. Ἀλλ' οὔτε βωμὸς, οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος Σώσει σ'. Incertus Rhes. 302. Ἑστῶτ' ἐν ἵπποις, Θρηκίοις τ' ὀχήμασι. Sed nostro loco nihil sententiae deesset, etiamsi Ἕλληνα prorsus abesset, quippe quod e contrario βαρβάρου suppleri posset. Ita noster Iph. A. 23. Ἥλικὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον. Ἥλικὺ μὲν ἀπὸν scilicet. Hec. 60. Ἄγετ' ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον [νῦν], Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ' ἄνασσαν. Ubi νῦν ejiciunt viri docti. Hippol. 1042. Εἰ γὰρ σὺ μὲν [ἐμὸς] παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατήρ.

[131. Femininum Ἕλλην agnoscit Atticista Anonymus, cujus lexici specimen edidit Montifalconius Biblioth. Coislin. pp. 481—484. [in Bekkeri Anecdotis p. 97. *G. D.*] Ἕλλην γυνή. Φιλήμων Παιδαρίῳ. Ἕλλας ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ. Quas glossas, aliasque nonnullas suo loco proferendas, non e Montifalconii libro, sed ex integri operis exemplari apud Car. Burneium virum doctissimum descripsi. Glossa posterior, quam in indicem Sophocleum retulit Brunckius, emendationi meae non adversatur. Multum enim interest inter masculinum Ἕλλας et femininum Ἕλλην. Altera magis ad rem esset, si pro Philemone infimae aetatis comico, tragici alicujus, vel etiam comici veteris et probati, testimonium attulisset grammaticus. Sequentia annotationi meae adjiciantur. Noster Or. 406. Πυλάδης, ὁ συνδρῶν αἷμα καὶ μητρὸς φόνον. Tro. 1209. Ὦ τέκνον, οὐχ ἵπποισι νικήσαντά σε, Οὐδ' ἡλικας τόξοισιν, κ. τ. ἑ. Huc etiam referenda sunt loca de quibus dixit Porsonus ad Hec. 28. (ubi adde Soph. El. 752.) 370. necnon ea, quorum maximus est numerus, in quibus praepositio in secundo sententiae membro collocatur. Ita noster Heracl. 755. Μέλλω τᾶς πατριώτιδος γᾶς, Μέλλω περὶ τῶν δόμων. Sed magis observatione digna sunt loca, in quibus supplendum sit vocabulum contrariae significationis. Exemplis in annotatione mea allatis adde Eurip. Or. 740. Οὐκ ἐκεῖνος [ἐκείνην], ἀλλ' ἐκείνη κεῖνον ἐνθάδ' ἤγαγεν. Suppl. 528. Εἰ γάρ τι καὶ πεπόνθατ' Ἀργείων ὕπο, Τεθνᾶσιν. ἡμύναθε πολεμίους καλῶς [μὲν ὑμῖν], Αἰσχρῶς δ' ἐκείνοις. El. 930. Πᾶσιν δ' ἐν Ἀργείοισιν ἥκουες τάδε, Ὁ τῆς γυναικὸς [ἀνὴρ], οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή. Frustra igitur in Hippolyti versu conjicit Marklandus, Εἰ γὰρ σὺ μοῦ παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατήρ. *Ex Addendis.*]

[132. Τὰ δ' ἄλλα] Praestat fortasse ἔργα, quod reperi in tribus codd. Elmsleius ad Medeam 88. p. 95. *G. D.*]

*Ibid.* *Χερὸς*] Hodie malim *χειρὸς*, et *χεῖρας* v. 219. Elmsleius l. l. *G. D.*]

133. *Φάζων* ex Hervagiana prima edd. nonnullae. *Ex Addendis.*]

135. Soph. Phil. 233. *Ἕλληνές ἐσμεν. τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν. Ex Addendis.*]

136. *Καὶ παῤ οὖ, λέγειν θέλω.* Ita primum Canterus. [Imo, Brubachius.] Confirmat tamen MS. E. in margine simul aliam lectionem praebens, nempe, *κἄνπερ οὐ λέγεις θέλω.* Unde facias non absurde, *κἄνπερ οὐ θέλῃς, λέγω.* Musgravius. Quasi Graecum sit *ἐὰν οὐ θέλῃς.* Haec verba ita exhibet Brodaeus, *καίπερ οὐ (θέλεις μαθεῖν) λέγειν θέλω.* Is igitur in exemplari suo *θέλω* reperit. [Pro vocabulo *Brubachius* rèpone *Stiblinus.* Brubachiana enim cum Aldina consentit, nisi quod post *καίπερ οὐ* notam interrogationis habet, cujus loco minimam distinctionem habent Hervagiana secunda et tertia. *Ex Addendis.*]

138. *Ὦ ξένε.* Arroganter pro *ὦ ἄναξ.* Musgravius.

139. Hesychius: *Ὁμαρτῇ. ὁμοῦ.* Vide Hec. 839. Hippol. 1195. Utrobique *ὁμαρτῇ* Aldus, rectius quam nostro loco *ὁμαρτῆ.*

141. *Ἐκ γῆς ἐμαυτοῦ* P. E. Vide ad Marklandi Suppl. 469. Hodie vulgatam nostri loci scripturam intactam velim. [*Ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ.* Herodotus III. 136. *Ἀπιγμένου δὲ ἤδη τούτου ἐς τὴν ἑωυτοῦ, ὁ Ἀριστοφιλίδης ἔλυσε τοὺς Πέρσας.* VIII. 34. *Τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ—ἐσέβαλε ἐς Βοιωτούς, ἐς τὴν τῶν Ὀρχομενίων.* Ita recte edd. ante Wesselingium. VIII. 73. *Ἐν δὲ ἔθνος τὸ Ἀχαϊκὸν, ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέντοι τῆς ἑωυτῶν.* IX. 27. *Ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκρούς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Ex Addendis.*]

*Ibid.* *Δραπέτας τούτους.* Hoc [cum Reiskio] malui, potius quam Barnesii [tacitam emendationem] *τούσδε δραπέτας.* Musgravius. Utraque emendatio satis bona est, nec facile dixeris utra sit melior. Nam saepissime et per omnes casus permutantur pronomina *ὅδε* et *οὗτος*, saepissime etiam mutatur vocabulorum ordo. Utriusque vitii in eodem versiculo exemplum praebet Stobaeus, quem infra ad v. 298. allegabo. Cum in re dubia plus Musgravio quam Barnesio tribuam, Reiskii emendationem adoptavi, cui nonnihil auctoritatis accedit ex Hippol. 723. *Θανεῖν. ὅπως δ', ἐγὼ τοῦτο βουλεύσομαι.* [Ita edd. omnes ante Barnesium, qui *τοῦτ' ἐγὼ* edidit ex emendatione Canteri, consentientibus codd. Malim *θανεῖν γ'* in initio versus. [*Τούσδε δραπέτας.* Hanc scripturam,

quam Scaligero tribuere debebat Barnesius, hodie in textum admittendam censeo *). *Ex Addendis.*]

142. *Ἐκεῖθεν* pro *ἐκεῖ*. Ita Aesch. Suppl. 895. *Δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν.*

148. *Δίκαιοι δ' ἐσμέν.* Vide ad vv. 775. 776.

144. *Αὐτοὶ κατ' αὐτῶν* P. E. In his locutionibus fluctuant libri inter scripturam quam nostro loco ejeci, et eam quam reposui. Apud Aesch. Theb. 200. plerique libri habent, *Αὐτοὶ δ' ὑφ' αὑτῶν ἔνδοθεν πορθούμεθα*, nonnulli *Αὐτοὶ δ' ὑπ' αὐτῶν.* In Choëph. 219. omnes, quantum scio, *Αὐτὸς κατ' αὐτοῦ γ' ἆρα* (malim *τᾶρα*) *μηχανορράφει.* Vide Soph. Oed. T. 138. Oed. C. 853. 980. 1356. Trach. 451. Aj. 1132. El. 285. In his omnibus Aldinam scripturam mutatam velim, quam in Oedipo Tyranno mutavi. Persuasum enim habeo Sophoclem et Euripidem nunquam *αὐτὸν* et similia de prima aut secunda persona usurpasse. Solus fere locus, qui speciem aliquam habeat, in Bacchis occurrit. V. 720. *εὖ δ' ἡμῖν λέγειν Ἔδοξε θάμνων δ' ἐλλοχίζομεν φόβαις, Κρύψαντες αὐτούς.* Fortasse scribendum, *Κρύψαντες αὐτάς*, eadem significatione qua *κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων* dixit noster Hec. 570. Nostro loco verba *αὐτοὶ κατ' αὐτῶν* vim habent verborum *καθ' ἡμῶν αὐτῶν.*

145. *Πολλῶν δὲ κἄλλων.* Notae sunt locutiones *πολλοὶ καὶ ἄλλοι, πολλὰ καὶ δεινά, πολλὰ καὶ κακά*, et similes, in quibus *καὶ* nihil sententiae addit. Noster Suppl. 537. *Πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους.*

146. Magna varietas in scriptura hujus versiculi. *Ἐν τοῖσιν δ' αὐτοῖς τοῖσιν* contra metrum Hervagius ed. prima et sequentes ante Canterum. *Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσιν* Canterus et sequentes ante Barnesium. *Ἐν τοῖσιδ' αὐτοῖς τοῖσιν* Barnesius et Musgravius. Omnes male. Quod edidi, *a* Cantero in annotationibus propositum erat. Ita Soph. Ant. 1076. *Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσδε ληφθῆναι κακοῖς.* [Vocabulum *Canterus* in hac annotatione ed. Canterianam significat. Sic etiam ad v. 244. 316. 678. 679. Alibi ubique annotationes et conjecturas ejus. *Ex Addendis.*]

147. Constructio est, *οὐδεὶς ἐτόλμησε προσθέσθαι* [*αὐτούς,*] *ἴδια κακά.* Musgravius. Male. Thucyd. I. 78. *Καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες, οἰκεῖον πόνον προσθῆσθε.* [*Ἴδια* et *οἰκεῖα* confudit poëta, quae proprie tantum inter sese differunt quantum *κοινὰ* et *ἀλλότρια*. *Ex Addendis.*]

[*) Reposui, jubente Elmsleio in Corrigendis. G. D.]

148. Optime Reiskius et Tyrwhittus, *ἀλλ' ἤ τιν'*. Musgravius. Vide ad v. 426. *Ἀλλ' ἤ τιν'* P. E.

*ibid.* *Εἰς σὲ* pro *ἐν σοί*. Musgravius. Imo, *Ἀλλ' ἤ μοῖραν τινὰ ἐσκεμμένοι* [*ἐν σοί*] *δεῦρ' ἤλθον εἰς σέ*. Obiter moneo, Atticos nunquam dicere *σκέπτομαι*, sed semper *σκοπῶ* aut *σκοποῦμαι*. Contra nunquam dicunt *σκοπήσω* aut *σκοπήσομαι*, sed semper *σκέψομαι*. Sic etiam *ἐσκεψάμην* et *ἔσκεμμαι* [*Προύσκεπτο* pro *προυσκέπτετο* restituendum Thucydidi VIII. 66. *Ex Addendis.*]

149. Distinguendum [cum Heathio], *Δεῦρ' ἦλθον, ἐς κίνδυνον ἐξ ἀμηχάνων Ῥιπτοῦντες. Ῥιπτοῦντες ἐς κίνδυνον*, ut *ῥίψαι ἐς ἁλμὴν* Cycl. 165. Vide et Hel. 1341. [*Ῥίπτει δ' ἐν πένθει Πέτρινα κατὰ θρύα πολυνιφέα.*] Musgravius. Adde Iph. A. 757. *Τὰν Κασάνδραν ἵν' ἀκούω Ῥίπτειν, ξανθοὺς πλοκάμους Χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας Κοσμηθεῖσαν.* Ita interpungendum. Sed haec loca nihil ad rem sunt. Non enim dicitur *ῥίπτειν εἰς κίνδυνον*, sed *ῥίπτειν* (vel *ἀναῤῥίπτειν*) *κίνδυνον*. Photius: *Κίνδυνον ἀναῤῥίψαι λέγουσι, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν πύβων*. Nos, *To run a risk*. Noster Inone fr. 6. *Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν Ῥίπτοντες*. Incertus Rhes. 154. a Brodaeo citatus: *Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω Ῥίψας, κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν*. Herodotus VII. 50. *Νῦν δὲ κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες, ἐς τοῦτο σφέα προηγάγοντο*. Thucydides IV. 85. *Κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνεῤῥίψαμεν*. Ibid. 95. *Τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν*. Ita passim. Nostro igitur loco pro *ἐς κίνδυνον* dedi *ἢ κίνδυνον*. Versus 148—150. ita interpretare, *Sed vel aliqua tua stultitia observata huc ad te venerunt, vel periculum in rebus desperatis faxientes, an auxilium sibi laturus esses, necne.* Verba *ἐξ ἀμηχάνων* leguntur etiam in El. 624.

150. *Ῥίπτοντες* P. E. Mihi quidem *ῥιπτοῦντες* non magis tragicum videtur quam *πιτνοῦντες*. In Herc. 941. edidit Aldus, *Ἔκχεῖτε πηγὰς, ῥιπτεῖτ' ἐκ χερῶν κανᾶ*.

152. *Ἧς ἐπῆλθον* P. E. Noster Med. 296. *Χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας*. Soph. El. 763. *Μέγιστα πάντων, ὧν ὅπως ἐγώ, κακῶν*. [*Ἧν* hodie aut non omnino, aut aliquanto timidius sollicitarem. Elmsleius ad Medeam 291. p. 132. *G. D.*]

153. *Ἀβούλους ξυμφορᾶς*. *Ξυμφορὰς ἀμηχάνους* eodem sensu dixit poëta Med. 552. *Ἄπορα πράγματα* dicunt comici. *Inconsultas calamitates* minus recte Portus.

*ibid.* *Καταικτίσειν* edd. recentiores ex emendatione Brodaei. Sic etiam Stiblinus in margine, et pro varia lectione E. G. *Κατοικτιεῖν* P. E.

154. *Τοσόσδ' τ'* Reiskius.

159. Non male legeretur, *τὰ τοῦδ' οἰκτίσματα*. Iolai scilicet, cui soli convenit sermonum mentio. Sed nihil obstat quo minus plurale *τῶνδ'* ad unum referatur. Sic infra v. 995. verba *ἐμοὺς ἐχθροὺς* de solo Hercule accipienda sunt.

161. *Μὴ γάρ. Cave enim putes.* Brodaeus. Scilicet *νομίσῃς* aut aliquid ejusmodi subaudiri arbitrabatur. Vide ad v. sequentem.

162. *Δόξης ἀγῶνα. Gloriae certamen.* Portus. *Δόξης, putes*, primus reposuit Barnesius.

*Ibid.* *Ἀτὲρ χαλυβικοῦ. Sine praelio.* Brodaeus. *Σιδήρου* subaudiri monet Musgravius, qui comparat locutionem apud veteres comicos nostrates usitatissimam, *a Toledo*. Addere potuit, apud nostrum El. 819. Doricum cultrum *Δωρίδα* omisso *μάχαιραν* appellari. Nostro loco *χαλυβικοῦ* primus edidit Barnesius. Hesychius: *Χαλυβδική. [χώρα] τῆς Σκυθίας, ὅπου σιδήρου μέταλλα.* Stephanus Byz. v. *Χάλυβες: λέγεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ δ Χαλυβδικὸς τὸ κτητικόν. Ἀνώφορων* [v. 1109.], *Χαλυβδικῷ πνώδοντι. καὶ ἡ χώρα Χαλυβδικὴ λέγεται.* Ipsa gens promiscue *Χάλυβες* et *Χάλυβοι* a tragicis dicitur. Vide Aesch. Prom. 133. 714. Theb. 734. Eurip. Alc. 983. Cretensibus fr. 2. In Alcestide *Χαλύβεσσι* pro *Χαλύβοισι* tacite dedit Barnesius. In altero Euripidis loco *Χαλύβων πελέκει* pro *Χαλύβῳ πελέκει* Bentleius Epist. ad Millium p. 25. Siquid mutandum est, malim in Promethei v. 714. *Οἰκοῦσι Χάλυβοι, τοὺς φυλάξασθαί σε χρή.* [*Χάλυβος* subaudito *ξίφους* Soph. Trach. 1262. *Ex Addendis.*] [*Ferrum* non magis *Χαλυβικὸς* dici potuit quam *Σκυθικὸς*, nisi voce *σίδηρος*, vel *ξένος*, aut adjecta, vel evicinia facile supplenda; neque *ferrum* aut ab aliis, aut ab Aeschylo, *Χάλυβος* fuit dictum: non intellectum, obversabatur Spanhemio (ad Callim. hymn. in Dian. v. 60.) quod legerat in Aeschyli Sept. c. Th. v. 734,

*Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος.*

quem illic *balbutire* scribit Pauwius, mihi, vir in suo genere maximus et Graece perdoctus, Henr. Stephanus optime videtur emendasse atque ad linguae regulam,

*Χάλυψ ὁ Σκυθῶν ἄποικος.*

illic Scholiasta scripserat, (non, quod vulgatur, *Χαλυβαϊκὸν*,) *τὸν Χαλυβδικὸν καὶ Σκυθικὸν σίδηρον*. et haec vox ex orationis complexu forte subintelligi posset in Euripidis Heraclid. v. 162,

*μὴ γὰρ, ὡς μεθήσομεν*
*δόξης ἀγῶνα τόνδ' ἄτερ Χαλυβδικοῦ.*

*Δόξης* cum Barnesio scripsit Musgravius, qui in *Χαλυβδικοῦ* supplendum censet *σιδήρου*, atque in hac ellipsi sibi videbatur, quod nollem, aliquid *Comicae* deprehendisse

*dissecitatis;* hanc, ut indignam gravitate Tragoediae, scenicique Philosophi, nusquam in Euripideis admitterem nisi in ejus Cyclope. Ad formulam ellipticam *μὴ γὰρ* supplendam forte quis adscripserat *δόξῃς*· et in hujus verbi sede nomen olim lectum fuit, quo pertineret *Χαλυβδικοῦ*· hoc fortasse:

*μὴ γὰρ, ὡς μεθήσομεν*
*ἴγχους ἀγῶνα τονδ' ἄτερ Χαλυβδικοῦ.*

posset etiam ὡς scribi et pro *οὕτως* accipi. Certe *ferrum* simpliciter dici non potuit *Χαλυβικὸς* vel *Χαλυβδικός.*" VALCKENAR. ad Elegiam Catulli Callimacheam p. 155. 156. *G. D.*]

54. *Τιρυνθίας γῆς* P. E. ad Marklandi Suppl. 469. [*γῆς* etiam Tyrwhittus in not. MS. in *the class. Journ.* Vol. XVI. p. 395. *G. D.*] Quae scriptura cum extra dubitationem posita videatur, infelices doctorum virorum conjecturas memorare supersedeo. De permutatione vocalis *A* et diphthongi *OI* instar omnium consulendus Porsonus ad Med. 44. Exemplis ab eo citatis adde Rhes. 363. ubi edd. veteres *ψάλμασι* pro *ψαλμοῖσι* habent. Deinde verba *πεδία γῆς* infra leguntur v. 394. *πεδία χθονὸς* supra v. 34. Ad agri Tirynthii mentionem illustrandam satis erit monere, Herculem et Eurystheum promiscue Tirynthios et Argivos a tragicis appellari. Vide nostrum Alc. 484. 494. 841. Telepho fr. 1. Hercules Ephippi comici apud Athen. p. 442. E. *Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον Ἀργεῖον, οἳ μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας Πάσας μάχονται;* Respondet alter, *τοιγὰρ οὖν φεύγουσ' ἀεί.* Quem locum indicavit Musgravius, qui plura de Tirynthe suppeditabit.

56. *Ἢ κακὸν λόγον* tacite Barnesius. *Certe* Portus.

57. 168. *Γέροντος τύμβου.* Haec verba conjuncta leguntur etiam in Med. 1209. *Τίς τὸν γέροντα τύμβον ὀρφανὸν σέθεν Τίθησι;*

58. *Τὸ μηδὲν ὄντος.* Noster Dictye fr. 14. *Τοὺς τ' ἐκ μέγιστον* (vulgo *μεγίστης*) *ὀλβίας τυραννίδος, Τὸ μηδὲν ὄντας, ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.* Adde Soph. Aj. 767. 1275. Eurip. Iph. A. 945. (ubi vide an legendum v. 946. *Ἐγὼ οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγώς*) El. 370. incertum Rhes. 819. Restituenda haec locutio nostro Tro. 608. *Ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω Τὸ* (vulgo *τὰ*) *μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δόκουντ' ἀπώλεσαν.* Locus longe depravatior occurrit in Ion. 593. *Καὶ τοῦτ' ἔχων τοὔνειδος, ἀσθενὴς μὲν ὤν, Μηδὲν καὶ οὐδὲν ὢν κεκλήσομαι.* Vide omnino Herodotum VIII. 106. Ceterum interdum in hac locutione omittitur *εἶναι*, ut apud nostrum Tro. 411. *Ἀτὰρ τὰ σεμνὰ, καὶ δοκήμασιν*

σοφᾷ, *Οὐδὲν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα.* Ubi supplendum ὄντων.

169. *Εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα.* *Ἄντλος* apud vetustissimos scriptores Graecos eam navis partem significare videtur, quae postea *κοιλὴ ναῦς* sive *κοιλία* appellata est. Ita praeter Homerum Od. M. 411. O. 478. Alcaeus apud Heraclidem Ponticum p. 413. *ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει.* Sequitur apud eundem fragmentum ex alio Alcaei carmine desumtum, cujus septem prima verba emendare nequeo: *Τόδ' εὖ γε κῦμα τῶ προτέρω νεομῶ Στείχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνον πολὺν Ἀντλῆν.* Vulgo, *πόνων πολλὴν ἄντλην. Ἀντλῆν* videtur Aeolicum esse pro *ἀντλεῖν.* [Vid. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 688. *G. D.*] Apud Atticos *ἄντλος* potius de aqua marina et sordibus quae in imam navem confluunt, quam de ipso loco dicitur. Apud nostrum Tro. 685. exhibentur nautae in tempestate, *Ὁ μὲν παρ' οἰαχ', ὁ δ' ἐπὶ λαίφεσιν βεβώς, Ὁ δ' ἄντλον ἐξεργων νεώς.* *Sentinam hauriens* Portus, cujus versionem confirmat Cicero Catone Maj. c. 6. *Similesque sunt, ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant.* Minus recte, meo quidem judicio, *undam insultantem a navi arcens* Hemsterhusius ad Lucianum I. p. 108. Apud Aesch. Theb. 802. *ἄντλον δέχεσθαι* dicitur, ubi Latini *sentinam trahere* dicerent, nos *to leak* diceremus. *Ἄντλον* pro *πέλαγος καταχρηστικῶς* dixit noster Hec. 1025. Nostro loco intellige turbidam et foetidam aquam. Comparat Musgravius Aesch. Choëph. 695. *Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα.*

170. *Ἐρεῖς.* *Dices*, civibus tuis scilicet. Suspecta habeo verba *ἐλπίδ' εὑρήσειν*, minime vero verba *τὸ λῷστον*, *at best*, pro quibus *τὸ λοῖσθον* scribendum putat Musgravius.

171. *Ἐνδεές.* *Deterius.* Noster Phoen. 708. *Πολλῷ γὰρ ἥσσον ἐνδεεῖς διαλλαγάς.* Andromeda fr. 24. *Τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς, Νόμῳ νοσοῦσιν.*

173. Cum verbum *ἀνηβᾶν* semper significet *repubescere*, literis sejunctis emendandum, *Μάχοιντ' ἂν ἡβήσαντες.* Piersonus Verisim. p. 176. Contrarium mendum sustulit Tyrwhittus apud Aesch. Suppl. 614.

*Ibid.* *Εἴπερ τοῦτό σε* [tacita] Barnesii emendatio est. Ed. Ald. *εἰ τοῦτό σε*, unde facias etiam *εἰ δὴ τοῦτό σε.* Musgravius. Neutra emendatio ferri potest. *Εἰ δὲ τοῦτό σε* tacite citat Piersonus. *Εἴτι τοῦτό σε* Censor Edinburgensis XIX. p. 79. *Εἴπερ τοῦτό σοι* mavult Reiskius. *Duplex accusativus*, inquit Porsonus ad Hec. 809. *neminem offendet, nisi qui in Atticis poëtis hospes sit.*

174. Scribe χ' ὦδ' ἐν μέσῳ, nusquam enim ex ὁ ἐν contracto efficies ὡ ὐν. Heathius. Ex ὁ ἐν fit οὖν, ex καὶ οὖν χοὖν, quod nostro loco reposui. Monendus est autem lector, passim in Aldina occurrere ἐν μέσῳ sine ἰῶτα subscripto. Vide Phoen. 592. Med. 819. Hel. 636. 950. Ion. 1138. 1393.

176. Δὸς μηδέν. *Nihil de tuo des, sed nostra nobis redde.* Inepte Brodaeus, *Eis nullo pacto opitularis.* [δοὺς μηδὲν Matthiae et Dobree ad Arist. Plut. 913. p. 114. *G. D.*]

177. Φιλεῖτε. *Solatis.* Brodaeus. Φιλεῖτε conjunctim primus edidit Stiblinus, secundus Portus.

[Ὅπερ φιλεῖτε ὁρᾶν. Xenoph. de Rep. Athen. III, 10. Δοκοῦσι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ τοῦτό μοι οὐκ ὀρθῶς βουλεύεσθαι, ὅτι τοὺς χείρους αἱροῦνται ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς στασιαζούσαις. Οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσιν· κ. τ. λ. ubi Euripidea comparavit Schneiderus p. 131. *G. D.*]

180. 181. Haec apud Stobaeum leguntur XLVI. p. 306. Rectius fortasse Choro quam Demophonti tribuerentur.

180. Κρίνουσιν etiam Stobaeus. Κρίνειν Musgravius ex emendatione Porti. Contrarium vitium, θέλειν scilicet pro θέλουσιν, habet Aldus in Hel. 441.

*Ibid.* Ἤ δοὴ λόγον Stobaeus, sed melior est vulgata. Λόγος nostro loco, ut alibi passim, significat *rem de qua deliberatur.*

181. Ἐκμάθῃ σαφῶς Musgravius e G. et Stobaeus. Fluctuant libri inter σαφῆ et σαφῶς etiam apud Soph. Oed. T. 702. apud Eurip. Suppl. 211. et alibi passim. Meo quidem judicio, σαφῶς magis glossema sapere videtur, quam σαφῆ. Exquisitius est adjectivum adverbii loco adhibitum quam ipsum adverbium. Σαφῆ igitur retineo.

184. Malim; ὥσπερ ἄλλοθι. Sed vulgatam non improbo.

185. Legendum, ni fallor, οὐδέν ἐστιν ἐν μέσῳ. *Nihil mihi cum isto negotii est.* Ita etiam Valckenarius ad Hippol. 224. conferens Ion. 1284. Τί δ' ἔστι Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέσῳ; Musgravius. Ἐν μέρει natum videtur e v. 183.

187. Δοκῆσαν idem est quod δοκοῦν, et ponitur absolute pro genitivo δοκήσαντος. Marklandus ad Suppl. 129.

188. Ὡς Μυκηναίους. Poëtae Argos et Mycenas pro eadem civitate accipiunt. Strabo VIII. p. 377. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον, καὶ τὴν χώραν διενείμαντο [Olympiadis LXXVIII. anno primo, teste Diodoro Siculo XI. 65.]. διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα, τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσι. Εὐριπίδης δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ δράματι, τότε μὲν Μυκήνας καλῶν, τότε δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ.

Barnesius. Non est quod miremur Euripidem Argos et Mycenas confudisse, quo puerulo Mycenae funditus sublatae sunt, cum idem fecerit Aeschylus, cujus tres fabulae ad Agamemnonis historiam pertinentes novem tantum annis post eversas Mycenas actae sunt. Is enim non solum Argos pro Mycenis passim nominat, verum etiam ne semel quidem in fabulis hodie superstitibus Mycenarum mentionem facit. [Vid. Hermann. ad Sophoclis Electr. p. 6. *G. D.*] Quae fuerit Mycenarum conditio tempore belli Persici, ex Herodoto satis novimus, qui ex duabus civitatibus simul conjunctis, iisque olim florentissimis, Mycenis et Tirynthe, non plures quam quadringentos milites Plataeis pugnasse narrat, Lib. IX. 28. Ex eodem discimus, ter mille Sicyonios totidemque Megarenses praelio Plataeensi interfuisse. Ceterum longe saepius Argos pro Mycenis nominant tragici, quam Mycenas pro Argis. Ubicunque in nostra fabula Argos memorat poëta, intelligendae sunt Mycenae. Mycenis enim regnavit Eurystheus. Contra in Supplicum v. 1130. male nominantur Mycenae. Argivus enim fuit Adrastus, Argivae mulieres chorum istius tragoediae complent. Utriusque fabulae argumentum breviter et eleganter narrat Herodotus IX. 27. accurate servato duarum civitatum discrimine: *Ἡρακλείδας, τῶν φασι οὗτοι [οἱ Τεγεᾶται] ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα [Τλλον] ἐν Ἰσθμῷ, τούτους πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικοίατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς ΜΥΚΗΝΑΙΩΝ, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθῆος ὕβριν κατείλομεν, σὺν πείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον. τοῦτο δὲ, ΑΡΓΕΙΟΥΣ τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἰόντας, τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους πεμίνους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρας ἐν Ἐλευσῖνι.*

189. Tyrwhitto placet *ὃδ' ὄντας*. Musgravius.

*Ibid.* *Ἀπήλασαν* recte G. *Ὅδε* enim in initio versus non est Eurystheus sed Copreus.

190. *Ἢ* (*ἦ* Barnesius) *τὸν Ἑλλήνων* edd. recentiores.

191. *Ὅστις ἂν τἄργος φύγῃ* P. E. Vide v. 978. [Vid. Reisig. comment. de *ἄν* part. p. 110. *G. D.*] *Ὅστις* omittunt omnes edd. ante Barnesium praeter Aldinam.

192. *Οὔκουν.* MSS. Steph. *οὐ γὰρ.* MS. E. *οὐκ ἄρ'.* Musgravius. Stephani annotationem male accepit Musgravius. Non enim *οὐ γὰρ Ἀθήνας γ'*, sed *οὐ γὰρ Ἀργείων* in libris suis reperisse videtur Stephanus. Musgravium fefellit vox *οὔκουν* in initio annotationis ad versum indi-

candum posita. Notas enim numerales ad Euripidem primus adhibuit Portus. *Οὐ γὰρ Ἀργείων* edd. recentiores.

93. *Τοὺς Ἡρακλείους* edd. nonnullae, quarum prima est Brubachiana. [Imo, Hervagiana tertia. Noster Herc. 156. *Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών.* Hic etiam *Ἡρακλέους* ex Hervagiana tertia in edd. sequentes propagatum est. *Ex Addendis.*]

94. Trachinis mentionem satis illustrant Pausaniae et Apollodori loca, quae ad vv. 475. 860. allaturus sum. Achaiam autem hic intellige Thessalicam, aliter *Φθιῶτιν* appellatam, in qua Trachinem collocat Sophocles apud Strabonem IX. p. 433. *Οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν* (f. *Τραχῖνα*) *Φθιῶτιν εἴρηκεν.* Fortasse in fabula *Φθιώτισιν*, unde desumtum est fragmentum Brunckianum incertum CI. Sed plerique Trachinem extra Achaiae fines in agro Maliaco sitam fuisse narrant. Vide omnino Herodotum VII. 198. seqq. Male *Ἀχαικὸν* per diphthongum Barnesius. De qua scriptura vide ad v. 84. [Aesch. Pers. 488. *Κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαΐδος πέδον, Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους Βορᾶς ἐδέξανθ'.* Agitur de Xerxis in Asiam reditu post pugnam Salaminiam. Graeciae regiones ab eo peragratas hoc ordine recenset poëta: Boeotiam, Phocidem, Doridem, agrum Maliacum, Achaiam, Thessaliam, Magnesiam, Macedoniam. *Ex Addendis.*]

98. Malebat Barnesius [in margine] *κραίνουσι.* Sed nihil opus. Vide ad Rhes. 657. [656. Barnes.] Musgravius. Proculdubio scribendum *κρᾶνοῦσι.* Aesch. Suppl. 615. *Πανδημία γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις Ἔφριξεν αἰθήρ, τόνδε κραινόντων λόγον.* Saepe permutantur *κραίνω* et *κρίνω* Infra v. 778. *κρίνεται* pro *κραίνεται* habet E. *Κρίνειν* pro *κραίνειν* habent omnes edd. in Androm. 988. *Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς Μέρμναν ἔξει, κοὐκ ἐμὸν κραίνειν τάδε.* Sic enim legendum esse constat ex Suppl. 139. *Τί δ' εἶπ' Ἀπόλλων, παρθένοις κραίνων γάμον;* [Noster Phoen. 1656. *Ἔκριν' ὁ δαίμων, παρθέν', οὐχ ἃ σοὶ δοκεῖ.* Vulgatam scripturam confirmat virginis responsum, *Κἀκεῖνο κέκριται, μὴ 'φυβρίζεσθαι νεκρούς.* Hic tamen locus a nostro diversus est. Pro verbis *Ἔκριν' ὁ δαίμων*, eodem sensu metroque scribi posset, *Ἔδοξε τῷ θεῷ.* Ita Alc. 532. *Σὺ τῇδε κρίνεις, Ἡράκλεις, κεἰνῃ δ' ἐγώ.* Quem versum recte comparat MarkIandus cum Suppl. 466. *Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ' ἐναντία. Ex Addendis.*]

101. Emendat Tyrwhittus [cum Reiskio] *κάρος*, conferens

Lon. 485. *Ἐμοὶ μὲν πλούτου τε πάρος Βασιλικῶν θαλάμων τ', εἶεν Τροφαὶ κήδειοι κεδνῶν τέκνων.* Neque obstat quod sic malum bono comparetur. Idem enim et infra videas v. 1012. MUSGRAVIUS. Adde quod *αἰσχύνη* in bonam partem accipi potest, pro dedecoris vitandi studio. Quo sensu dicitur *αἰδὼς* supra v. 6. Thucydides I. 84. *Αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐφημία.* [*Πάρος.* Soph. Oed. C. 418. *Κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος Τοὐμοῦ πόθου προσθεντο τὴν τυραννίδα; Ex Addendis.*]

203. *Πόλιν μὲν ἀρκεῖ.* *Quod ad civitatem attinet, satis dictum est.*

204. 205. Particulam *γε* solenni vitio a librariis additam bis delevi. Eandem sententiam habet noster Or. 1162. *Βάρος τι πάν τᾀδ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν.* Iph. A. 979. *Αἰνούμενοι γὰρ ἀγαθοὶ, τρόπον τινὰ Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν.*

209. Malim, *πατὴρ δὲ τῆσδε*, omissa praepositione, quam in hujusmodi locutionibus etiam metro repugnante plerumque addiderunt librarii. Vide Soph. Oed. T. 1062. Neque obstat, quod nostro loco, si deleretur praepositio, ambiguum esset utrum *τῆσδε* cum *πατὴρ* an cum *γεννᾶται* conjungendum esset. Ita enim loqui amant tragici. Noster Suppl. 138. *Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν.* [Noster Med. 1309. *Παῖδες τεθνᾶσι χειρὶ μητρῴᾳ σέθεν.* *Quod praefert Musgravius*, inquit Porsonus, *Παῖδες σέθεν τεθνᾶσι μητρῴᾳ χερί, non est varia lectio, sed ordo verborum a Scholiaste explicatus, Ex Addendis.*]

210. *Ἄννμι* S. Quae non est varia lectio, sed merus librarii error. *Redeo* aut *repeto* omnes interpretes. Imo, *repetam.* *Εἶμι* enim semper futurum est. Moeris p. 16. *Ἄπεισιν Ἀττικῶς, ἀπελεύσεται Ἑλληνικῶς.* Ubi vide Piersonum scriptoresque ab eo laudatos. Futurum *ἐλεύσομαι*, quod usurpant Aesch. Prom. 853. Suppl. 531. Soph. Oed. C. 1206. Trach. 595. comicis et prosae orationis scriptoribus fere inusitatum est. Corruptus videtur locus Lysiae *κατὰ τῶν Σιτοπωλῶν* p. 719. ed. Reisk. *Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οἶομαι αὐτοὺς ἐπὶ μὲν τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἐλεύσεσθαι.* Nec multo magis usitata sunt *ἠρχόμην* *), *ἔρχου, ἔρχωμαι, ἐρχοίμην, ἔρχεσθαι, ἐρχόμενος*, pro quibus plerumque dixerunt Attici *ἦα, ἴθι, ἴω, ἴοιμι, ἰέναι, ἰών.* *Ἐπερχόμενον* habet Aesch. Prom. 98. *ἐρχομένα*

[*) „*ἠρχόμην* rarissimum apud Atticos". VALCKENAR. Schol. in N. T. Vol. I. p. 452. *G. D.*]

Soph. Trach. 851. ἐπερχομένῳ Aristoph. Nub. 811. ἐπήρχοντο Thucydides IV. 120. προσήρχοντο ibid. 121. ὑπερχόμενος Plato Critone p. 53. E. Xenophon de rep. Athen. 2, 14. ἐξέρχοιτο Xenophon Paed. IV. 1, 1. ἐπεξερχόμεθοι Antipho p. 623. ed. Reisk. ὑπέρχεσθαι Andocides in Alcib. p. 122. Demosthenes in Aristocratem p. 628. Altera totidem exempla apud Atticos scriptores hodie superstites reperiri posse vix crediderim. Legitur quidem apud Aristoph. Thesm. 504. Ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχεθ' ὠκυτόκει' ὠνούμενος. Sed suspicor poëtam scripsisse περιῆεν, vel potius περιῆρεν. Ita Pherecrates apud Photium v. Περιέρρων: Ζητῶ περιέρρων αὐτὸν ἐξ ἐωθινου. [Ἔρχεσθαι Aesch. Agam. 926. *Ex Addendis.*]

212. Πέλοπος θυγατρός. Quam Lysidicen appellat Plutarchus Theseo p. 4. A. a Brodaeo ad v. 37. allegatus, Anaxo Apollodorus II. 4, 5. monente Musgravio. Vide Heynium ad Apollodorum p. 129. ed. 1803.

*Ibid.* Αἰτανεψίω ex Stiblini versione et Brodaei annotationibus primus edidit Portus.

213. Γεγὼς pro γεγῶτε.

214. Ἥκεις pro προσήκεις, monente Porsono ad Phoen. 372.

[216. Suspicor Euripidem scripsisse, Τῖσαι λέγω σοι τοῖσδε, et infra vv. 250. 342. Σὺν τοῖσδε. Vide vv. 24. 37. 53. 64. 67. 138. 141. 153. 154. 159. 172. 195. 206. 210. 213. 214. 217. 221. 230. Noster Phoen. 970. Ἐγὼ γὰρ οὔποτ' εἰς τόδ' εἶμι συμφορᾶς, Ὥστε σφαγέντα παῖδα προσθεῖναι πόλει. Τόνδε pro παῖδα J. et Paraphrastes, non male, inquit Porsonus. *Ex Addendis.*]

217. Castiga ὑπασπίζειν, et Θησῆ, non Θησεῖ. Brodaeus. Quem recte reprehendit Barnesius, quod non viderit ordinem horum verborum esse, φημὶ γάρ ποτε σύμπλους Θησεῖ γενέσθαι, τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί. De hac fabula insignem nostri locum ex Herc. 408. hic apponam. Τὸν ὑπερτάν τ' Ἀμαζόναν στρατὸν Μαιῶτιν ἀμφὶ πολυπόταμον Ἕβα, δι' Εὔξεινον οἶδμα, λίμναν; (Τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας Ἄγορον ἁλίσας φίλων;) Κόρας Ἀρείας πέπλων (vox corrupta) Χρυσεόστολον φάρος, Ζωστῆρος ὀλεθρίους ἄγρας. Τὰ πλεινὰ δ' Ἑλλὰς ἔλαβε βαρβάρου κόρας λάφυρα, καὶ Σώτειρ' ἐν Μυκήναις. Vide etiam Apollodorum II. 5. 9. ejusque interpretem Heynium. Quare autem hanc expeditionem inter Herculis erga Theseum merita memoret Iolaus, docebit Hyginus Fab. 30. cujus verba ita dubitanter corrigo: *Hippolyten Amazonum reginam, Martis et Otreras filiam, interfecit: cui mortuae aureum balteum detraxit, filiam Antiopam captivam Theseo donavit.*

219. Ἐρεμνῶν. Ita ego audacter repono pro ἐρυμνῶν. Barne-

sius. Ἐρεμνὸς, *tenebricosus*, *niger*, alibi apud Euripidem non legitur. Bis apud Sophoclem, Ant. 700. Aj. 376.

222. Versus 222. et 223. a sciolo profecti sunt, qui putabat aliquid ad sententiam desiderari post versum 221. Sed delendi omnino sunt; nec damnum inde patietur Euripides, apud quem supra vv. 99. 100. iidem versus cum levi discrimine rectissime leguntur. Piersonus Verisim. p. 177. Utrobique verba θεῶν τῶν σῶν cum ἀποσπασθέντες conjungunt omnes interpretes, vertentes, *a diis tuis avulsi*. Nec male. Quamquam aliter accipi possunt hi versus, verbis scilicet θεῶν τῶν σῶν ad πρὸς βίαν relatis, eo sensu quo supra v. 79. dicitur, σοὺς ἀτιμάζων θεούς. Vide omnino ad v. 114.

224. Σύ. Castiga, σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρόν. Brodaeus. Σοὶ edd. omnes. Magis observatione dignus est anapaestus in quinta sede. Versum ita refingit Erfurdtius ad Soph. Oed. T. 1492. Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς, ἔν τε τῇ πόλει. Malim, Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν, ἔν τε σῇ πόλει κακόν. Quamquam ne hoc quidem magnopere placet. Vulgatam scripturam, quamvis mendosam, non mutavi. [In minore Sophocleae fabulae editione p. 191. Erfurdtius corrigit: σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς ἐν πόλει κακόν, Ἱκέτας ἀλήτας, συγγενεῖς, (οἴ μοι κακῶν· Βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον,) ἕλκεσθαι βίᾳ. *Nam tibi privatim turpis fuerit haec publica iniuria* —. *G. D.*]

226. Βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον. Eadem verba in Alc. 391.

227. Καταστέφω χεροῖν. Optime haec verba illustrat noster Androm. 895. στεμμάτων δ' οὐχ ἥσσονας Σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμάς. Iph. A. 1216. Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν Τὸ σῶμα τοὐμόν. Nostro loco male post καταστέφω interpungit Musgravius, χεροῖν pro πρὸς χεροῖν accepto.

228. Καὶ πρὸς γενείου. Quasi superiore versu praecedat, Ἀλλ' ἄντομαί σε πρὸς γονάτων.

229. Εἰς χέρας λαβεῖν P. E. Noster Herc. 608. οὐκ ἀτιμάσω Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας. Vertit Portus, *Non dedignabor primum deos domesticos salutare*. Hinc nostri loci scripturam mutavi. Sensus est, *Ne dedigneris Herculis liberorum patrocinium suscipere*.

232. Noster Temenidis fr. 7. Οὐκ ἔστι κρεῖσσον ἄλλο, πλὴν κρατεῖν δορί.

233. Τῶνδε συμφορὰς P. E. Vide v. 153. et ad v. 106. Noster Med. 1233. Ὦ τλῆμον, ὥς σου ξυμφορὰς οἰκτείρομεν, Κόρη Κρέοντος.

234—236. Haec leguntur apud Stobaeum CVII. p. 566.

37. Ὁδοί. *Argumenta ac rationes.* Vide Soph. Oed. T. 67. [311.] Eurip. Hec. 744. Phoen. 918. Brodaeus. *Συμφορᾶς* nostro loco *τῆσδε τῆς συννυχίας* significare videtur.

38. *Τούσδε* pro *τοὺς σοὺς* P. E. Vide v. 252. Vulgo ante Barnesium legebatur in Rhes. 277. *Σπείρει φίλος σοι, σύμμαχός τε τῇ σῇ γῇ.* Quod ille ex ingenio reposuerat, *σύμμαχός τε τῇδε γῇ*, postea in omnibus codd. reperit Musgravius. In Suppl. 1183. recte, ni fallor, Musgravius, *ὠφελεῖν τὰ σὰ*, pro *ὠφελεῖν τάδε.* Permutantur enim *τὰ σὰ* et *τάδε* etiam in Phoen. 1282.

39. *Βώμιος* S. edd. recentiores. Similis varietas infra v. 885.

41. 242. His versibus continetur secunda *συμφορᾶς ὁδός*, sanguinis scilicet conjunctio, et beneficia ab Hercule in Theseum collata. Male autem, mea sententia, haec conjungit Demopho, quae diserte separavit Iolaus supra v. 215. Rectius fecisset poëta, si quatuor *συμφορᾶς ὁδοὺς* Demophonti tribuisset.

41. Verbum *προυφείλω* usurpant noster Iph. T. 523. Aristoph. Vesp. 8. (ubi legendum *προυφείλεις*) Lys. 648. Eandem significationem habere videtur cum simplici verbo *ὀφείλω*.

44. 247. His quatuor versibus explicatur tertia *συμφορᾶς ὁδός*, scilicet *τὸ αἰσχρόν*. Duplicem autem turpitudinem hic memorat Demopho: unam, ut deorum altaria impune ab homine peregrino violentur: alteram, ut Herculis liberis opem implorantibus perfugii locus denegetur, ubi adversus hostium injurias in tuto sint. Illud quidem libera civitate indignum censet Demopho, hoc autem vix ipsa morte tolerabilius. Nulla igitur erat caussa quare hunc locum ita partim refingeret Musgravius: *οὐκ ἐλεύθερον Οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν, Ἀργείοις δ' ὀκνῳ Ἱκέτας προδοῦναι.* Omnino retinendum *ὀκνῶ*. Verba *ὀκνῶν προδοῦναι* supra leguntur v. 28. *προδοῦναι γὰρ ὀκνοῦσα* in Alc. 178. Ubique *ὀκνῶ* pro *αἰσχύνομαι* accipiendum est.

44. *Συλλᾶσθαι* habet Aldus etiam in Iph. A. 1275. *σκύλλοις* Tro. 573. et alia fortasse ejusmodi. Nostro loco *συλᾶσθαι* primus edidit Portus. *Συλᾷσθαι* mendose Canterus. [*Συλᾶσθαι* mendose Canteriana ex Hervagiana tertia, in qua legitur *συλλᾶσθαι*. *Ex Addendis.*]

45. *Οὐκ ἐλευθέραν* P. E. Satis scio innumera esse adjectiva feminini generis, quae nunc propriam terminationem exhibeant, nunc formam masculinam induant. Cujusmodi sunt in hac fabula *ἄλιφ* v. 83. *βιαίῳ* vv. 103. 107. *πατρῴους* v. 810. *δίκαιον* v. 902. Pro quibus dicere potuit poëta, *ἁλία, βιαία, πατρῴας, δικαίαν.* Sed de horum nu-

mero non videtur esse ἐλεύθερος *). Ἐλεύθερον nostro loco ex incuria scribae natum est, ut ξένους Θ' ὁμοῦ γυναῖκας Suppl. 94. et alia permulta. Ἐλευθέρα femininum cum γῆ, γαῖα aut πόλις conjunctum supra legitur vv. 62. 114. infra v. 288. [Adde κυρίους v. 144. Ἡράκλειος v. 542. *Ex Addendis.*]

247. Καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας. *Et hoc periculo non caret.* Brodaeus. *Idque prope laqueum* mortemque jam constitutos. Portus. Verte fere cum Musgravio, *Et hoc*, scilicet τὸ Ἀργείοις ἱκέτας προδοῦναι, *parum admodum a suspendio distat.* Aristoph. Ach. 125. a Brodaeo citatus: τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; Noster Alc. 228. Αἰ, αἰ, ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε, Καὶ πλεῖον ἢ βρόχῳ δέρην Οὐρανίῳ πελάσαι. Nostro loco nescio an melius esset, καὶ τόδ' ἀγχόνης πέλας.

250. Ἀποσπάσει P. E. Μὴ δείσῃς ὡς (vel ὅπως), μὴ ἐλπίσῃς ὡς, ὡς, et similia, futurum postulant. Ita noster infra v. 1052. Sic etiam Soph. El. 1309. Μήτηρ δ' ἐν οἴκοις, ἢν σὺ μὴ δείσῃς τόθ' ὡς Γέλωτι φαιδρὸν τοὔμὸν ὄψεται κάρα. Ibid. 1426. μηκέθ' ἱκφοβοῦ Μητρῷον ὡς σε λῆμ' ἀτιμάσει ποτέ. Xenophon Paed. VI. 2, 30. Στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε. [Soph. El. 963. Καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως Τεύξει ποτ'. Adde nostrae fabulae v. 161. *Ex Addendis.*]

252. Vera hujus versus scriptura Musgravio debetur.

254. Malim [cum Heathio] ἢ τε. Musgravius.

256. Ἀλλὰ σοὶ βλάβος edd. recentiores ex emendatione Brodaei. Sensus est, ἐμοὶ αἰσχρὸν τόδ' ἐστὶν, ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος. Adhibita interrogatione, quam primus adhibui, particula negativa locum mutare debet. Nam οὐκ οὖν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν sine interrogatione. Sic etiam idem significant ἀλλὰ σοὶ βλάβος cum interrogatione, et ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος sine interrogatione. Minus necessaria est igitur scriptura a Musgravio proposita, Οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ σοὶ, βλάβος. Discrimen quod inter οὐκοῦν et οὔκουν statuunt grammatici, verissimum est, si Plutarchi aut Luciani scripta pro verae Graecitatis norma accipiantur. Apud veteres Atticos utraque particula semper propriam suam significationem servat. Ego ubique οὐκ οὖν scribo, adhibita, prout opus est, vel omissa interrogatione.

257. Ἔμοιγ'. Supplendum, βλάβος ἐστί. Deinde μεθῶ *sinam* aut *patiar* vertunt omnes interpretes. Μεθιέναι *dimittere*, *tradere*, *dedere* significat. Sensus est, ἐάν σοι μεθῶ τούσδε, ἵνα ἐφέλκῃ αὐτούς. *Ut tecum Argos abducas eos.*

[*) Lycurg. c. Leocrat. p. 165. γυναῖκας ἐλευθέρους. *G. D.*]

59. *Πλείω φρονῶν* E. G.

63. *Τῶν ἐνθάδ'* Reiskius, et Porsonus Advers. p. 268. Simile mendum tacite correxit Brunckius apud Soph. Oed. C. 78. ubi vulgo legebatur, *Τοῖσδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις.*

64. *Βλάπτων γ'* P. E. Particulam abesse vix patitur sententia. Vide ad Marklandi Iph. T. 806.

65. Notam interrogationis delevi. *Βλάπτεσθ'* enim imperativus est, secus atque ab omnibus interpretibus acceptum est. Vertit Portus, *Laedimini* ergo, *quod ego non polluam deos?* Imo, *Laediminor, modo ego non polluam deos.*

69. *Οὐ τᾶρ' ἐς Ἄργος* P. E. Notam interrogationis primus sustulit Portus. *Οὐ τᾶρα*, id est, *οὕτοι ἄρα*, majorem habet vim quam *οὐκ ἄρα*. *Οὐ τᾶρα* in initio senarii legitur apud Soph. Trach. 322. Phil. 1253. Eurip. Suppl. 496. Ion. 337. Telepho fr. 19. *Οὐ τᾶρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν ἀλμύλος μόνος. Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.* In sequentibus *οὐ τᾶρα* pro *οὐκ ἄρα* legendum arbitror. Soph. Oed. C. 408. *Οὐ τᾶρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.* Phil. 106. *Οὐ τᾶρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ.* Ubi *θρασὺ* pro *ἀσφαλὲς* usurpari monet Scholiastes. Ibid. 114. *Οὐ τᾶρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἶμ' ἐγώ.* Ita sine interrogatione legendum.

71. *Κοὐκ ἐς ἀμβολάς. Idque statim.* Eadem locutio est Hel. 1313. *οὐκ ἐς ἀμβολὰς Εὐεργετήσω σ'.* Confer etiam v. 910. Musgravius. Similia audit praeco apud Aesch. Supplic. 932. *Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' εἰς μακράν.* Si vera sunt quae de *ἐς* dixi in praefatione ad Soph. Oed. T. p. 9. nostro loco scribendum *εἰς ἀμβολάς*. Sed hodie suspicor tragicos in quinta senarii sede iambum spondeo praetulisse, saltem ubi diversam ejusdem vocis scripturam adhibendo brevem syllabam pro longa exhibere possent. De qua re alias plura dicam.

72. *Τολμήσῃς θενεῖν* P. E. Quare *τολμήσῃς* reposuerim, nemo in Graecis literis mediocriter versatus requiret. *Θενεῖν* scripsi ex monitu doctissimi Blomfieldii ad Aesch. Theb. 378. qui primus omnium vidit *ἔθενον* aoristum esse verbi *θείνω*. Sententiam ejus confirmat incertus Rhes. 687. *φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς.* Ubi soloecum esset *θένῃς* a praesenti *θένω* natum. Quod ipse olim monui, *ἔσχεθον* aoristum esse, eodem argumento demonstrare possum. Noster Alcmaeone fr. 12. 13. *Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμία Σχέθῃ τις ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν Ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.* Ita legendum esse nullus dubito. Si verbum esset *σχέθω*, *σχέθῃ* in *σχεθέτω* mutandum esset.

276. *Ἄρεως* e Brubachiana edd. nonnullae. [*Ἄρεως* ex Hervagiana tertia edd. nonnullae. *Ex Addendis.*]

279. 280. *Ἀλκάθου—τέρμασιν.* Intellige, *Megarensium finibus*, sic dictis ab Alcathoo Pelopis filio, qui Megaris paullo ante regnavit. Musgravius. Citat Brodaeus Megarensem poëtam Theognidem v. 771. ed. Blackwall. 751. Brunck. *Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.* Ad quem locum inscriptionem veterem Megaris repertam allegat Brunckius, ubi Megarenses *Ἀλκαθόου ναετῆρες* appellantur. Multa de Alcathoo habet Pausanias libro primo in Megarorum descriptione. Personam ejus in Euripidis Protesilao fuisse discimus ex Photio et Suida v. *Πενθερά.*

280. *Τέρμασιν μένει* dare voluisse videtur Hervagius ed. prima. Sed, ut saepe accidit, eam literam quam delere voluit, retinuit, eam quam retinere voluit, delevit. Dedit igitur *τέρμασι μένειν* in prima ed. *τέρμασι μένει* rectius, nec tamen omnino recte, in secunda. *Τέρμασιν* ex Aldina revocavit Barnesius. *Μένει* scribendum monet Brodaeus et scriptum habet G.

281. *Λαμπρός. Vehemens, rapidus, potens.* Aristoph. Eq. 430. *Ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη, καὶ μέγας καθειείς.* Ibid. 760. *Πρὸς ταῦθ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς εἰς τὸν ἄνδρα.* Musgravius.

282. *Καὶ φυτοῖς. Arboribus*, quas praecisurus erat, regionem depopulans. Brodaeus. *Δενδροτομεῖν* vocant Thucydides Lib. I. Diodorus Siculus XIII. 108. Musgravius. Res spectatoribus tempore belli Peloponnesii satis superque nota.

283. [Vulgata scriptura *κεκτώμεθα*, modo iota subscribatur, videtur defendi posse. Hermann. de Ellipsi et Pleonasmo p. 231. Dedit *κεκτῶμεθα* Matthiae. *G. D.*] *Κεκτήμεθα* Brunckius ad Soph. Phil. 119. Qui versus in edd. recentioribus recte legitur, *Σοφός τ' ἂν αὐτὸς καγαθὸς κεκλῇ' ἅμα.* Restituenda haec optativi forma nostro Iph. A. 404. *Αἰ, αἰ, φίλους ἂν οὐχὶ κεκτήμην τάλας.* Vulgo, *φίλους ἄρ' οὐχὶ κεκτήμην.* Ita Aristoph. Plut. 991. *Ἵνα τοὐμὸν εἱμάτιον φορῶν, μεμνῆτό μου.* [Ubi vide Dobraeum p. 123. *G. D.*] *Μεμνῆτο* etiam nonnulli libri apud Xenoph. Paed. I. 6, 3. ubi edd. veteres mendose *μιμνῶτο* pro *μεμνῶτο*. Ceterum cum nostro loco conferendus Herodotus VII. 161. *Μάτην γὰρ ἂν ὧδε πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν πλεῖστον εἴημεν ἐκτημένοι, εἰ Συρηκοσίοισι ἐόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσαιμεν τῆς ἡγεμονίης.* [Plato Legg. V. p. 731. C. *Τῶν γὰρ μεγίστων κακῶν οὐδεὶς οὐδαμοῦ οὐδὲν ἐκὼν*

κέκτητο ἄν ποτε, Legendum κεκτῆτο potius quam ἐκέκτητο. *Ex Addendis.*]

285. Φθείρου. Μετὰ φθορᾶς ἀπαλλάττου. Id est, *In malam rem, abi in malam crucem.* Aristoph. Plut. 598. 610. [Ach. 460.] Brodaeus. Rectius, *Get you gone.* Vide omnino nostrum Androm. 709. 716.

*Ibid.* Τὸ σὸν—Ἄργος. *Argos illos quos tantopere praedicas.* Noster Hippol. 113. Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

287. Ἀργείων πόλιν P. E. Ordo est, οὐ γὰρ ἔχω τήνδε πόλιν ὑπήκοον Ἀργείων. Veteres libentius dixerunt ὑπήκοός σου quam ὑπήκοός σοι. Aesch. Pers. 234. Πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος. Herodotus VII. 111. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο. Similia sunt ὑπήκοοι τῶν Ἀσσυρίων apud Xenoph. Paed. IV. 2, 1. ὑπήκοοι τῶν Μοσυνοίκων Anab. V. 5, 1. et alia apud veteres passim. Dativus, quem saepe adhibent recentiores, vulgo legitur apud Aristoph. Plut. 146. Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. Sed haec scriptura fortasse librariis debetur ad sui saeculi normam omnia refingentibus.

292. Μᾶλλον ἔτ' ἢ πρίν. *Se praestabit acrem* supplet Portus. Potes etiam, ὥρα προνοεῖν. Quod si placet, verba μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης ὁ Μυκηναίων parentheseos notis includantur.

293. Μισοκήρυκα fuisse Euripidem monuerunt tum alii, tum Marklandus ad Suppl. 399. Sed ovum ovo non est similius, quam hic noster Copreus, qui modo discessit, praeconi Aegyptio apud Aeschylum Supplicibus, nec facile dixeris uter eorum insolentius atque arrogantius se gerat.

294. Πυργοῦν. *Augere, amplificare.* Brodaeus. Praeter propriam significationem, *turribus ac moenibus instruere, aedificare,* πυργοῦν apud tragicos saepe μεγαλύνειν significat. Ita dicunt Latini, *in altum extollere.* Nostro loco *exaggerare* significare videtur. Verbum *exstruere* sensu non dissimili usurpat A. Gellius XIII. 24. monente Forcellino: *Crimen unum vocibus multis atque saevis exstruere.* Nisi vertere mavis, *fingere, fabricari.* Aristoph. Ran. 1004. Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά.

297. Διακναῖσαι. Interpretare, διολέσαι.

298—305. Hi octo versus leguntur apud Stobaeum LXXXVIII. p. 498. Primus et secundus apud eundem LXXIX. p. 454. ubi additus legitur, Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν. Quem versum in sua ed. a superioribus separavit Grotius, καὶ in χρὴ mutato. Rectius

δεῖ Valckenarius Diatrib. p. 228. Eodem titulo lemma *Euripidis in Heraclidis* de sede sua motum est, et fragmento proxime superiori affixum.

298. Οὐκ ἔστι παισὶ τοῦτον Stobaeus Tit. LXXIX. Altero loco cum Euripidis edd. consentit.

300. *Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν.* Ita passim loquuntur tragici. Noster Androm. 976. ὡς φίλων μὲν ἂν Γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν. Ibid. 1280. Κρᾶτ' οὖν γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεών, Δοῦναί τ' ἐς ἐσθλούς, ὅστις εὖ βουλεύεται. Incertus Rhes. 168. Οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω. Nostro loco γαμεῖ Hervagianae primae mendum typographicum primus in margine correxit Stiblinus, in textu Portus.

*Ibid.* Κινηθεὶς Stobaei edd. nonnullae, sed non Trincavellus.

301. 302. Ordo est, κακοῖς ἐκοινώνησεν, ὥστε λιπεῖν κ. τ. ἑ.

305. Εἰς τοὔσχατον πλέοντες Stobaeus.

*Ibid.* Ἥῦρομεν P. E. Sic etiam ηὗρηκ' v. 585. ηὗρες v. 957. Ηὐτύχει habet Aldus Hec. 18. ηὐτύχουν v. 301. ἐκηὐξατο v. 542. ηὔφρανας Or. 217. ηὔφρανε v. 287. ηὔχου v. 355. ηὐτύχησεν v. 541. ηὐλαβεῖτο v. 1059. ηὔχετο Phoen. 1382. ἐξηύχουν (mendose pro ἐξηύχου) Med. 930. κατηύξατο Alc. 160. προσηύξατο v. 169. ηὐτρεπισμένα Iph. A. 1111. ηὔξω Iph. T. 629. προσηυξάμην Tro. 887. ηὔχει Hel. 1600. ηὐνάσθη Ion. 17. ηὐνάσθην v. 1484. His exceptis, diphthongum nunquam mutat Aldus. Cum Aldo plerumque consentiunt ceterae editiones. Εὕρομεν, ut vulgo, nostro loco Stobaeus.

[308. 309. Soph. Oed. C. 1632. Δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις, Ἥμεῖς τε, παῖδες, τῶδε. *Ex Addendis.*]

310. Sensus videtur ἦλθομεν postulare. Portus. Ἤλθομεν E. G. ut primus edidit Musgravius. *Venimus* omnes interpretes.

311. Ὑμῖν tacite Barnesius. *Vobis* omnes interpretes.

312. Fieri potest ut post verba καὶ τιμὰς πατρὸς exciderit hujusmodi versiculus, Πάλιν λάβητε, τῆσδε κοιράνους χθονός. Quamquam verbum λάβητε suppleri potest ex altero verbo οἰκήσητε. De qua constructione consulendus omnino Brunckius ad Soph. Oed. T. 271. El. 435. et Dorvillius ad Charit. p. 394. a Brunckio allegatus. Exemplis adde nostrae fabulae vv. 785. 833. 839. 1040.

314. Αἴρεσθε Hervagiana secunda et sequentes ante Barnesium. [Αἴρεσθαι recte Brubachiana. *Ex Addendis.*]

315. Μεμνημένοι τῶνδ'. *Memores horum* beneficiorum. Portus.

316. Legendum, ni fallor, ἄξιοί γ'. MSS. E. G. omittunt γ'. Musgravius. Non de nihilo est, quod Aldus ἄξιον γ' dedit, omisso posteriore accentu, quem primus addidit Canterus. Ceterum sententiae convenientius est ὃ τι quam

γε. Vide Alc. 485. 1065. Suppl. 1232. Ἄξιοι δ' igitur reposui. Quamquam legere etiam potes ἀξία δ', πόλις scilicet. Sed illud melius videtur.

18. Ego nullus dubito Euripidem scripsisse ἀντηλλάξαντο. Nam id sensus flagitat. Reiskius. Superscribitur in meo Aldinae exemplari ἀντηλλάξαντο. Lego, ἠνηλλάξαντο, *nobis mutabant*, i. e. *prae nobis malebant*. Idem compositi usus Soph. Aj. 208. 1060. Musgravius. Monuit alicubi Kusterus ad Aristophanem, praepositionis ἀντὶ syllabam priorem semper produci. Quod vel nescivit Reiskius, vel, quod verius puto, Graecos Euripidis senarios spondeorum in paribus locis non minus patientes esse arbitratus est, quam Latinos Terentii aut Phaedri. Sensus nostri loci satis perspicuus est, scriptura incertior. [Ἀντηλλάξαντο prima brevi, quod ne Jo. quidem Clericum, hodie si viveret, defensurum esse existimo, olim vix quisquam improbasset. Notum est Solonis distichon apud Diog. Laërt. I. 47. Ἀλφα γὰρ ἀνφάνης ἧδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο, Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων. Cujus scripturae contra Isaacum Vossium τῶν Σαλαμιναφετῶν reponentem defensionem suscepit Tan. Faber, monente Menagio. *Et certe*, inquit Menagius, *quin secunda in ἀφέντων, propter liquidam mutae junctam, corripi queat, nulla dubitatio est.* Nihil refert, verbi causa, utrum in fine senarii collocetur ἕτνος an ἑτὸς, *patres* an *pantes*. *Ex Addendis.*]

21. Ὅταν θάνω primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam emendat Brodaeus, qui pro vulgata scriptura exhibet ὅταν θάνοις. Noster Alc. 728. θανεῖ γε μέντοι δυσκλεὴς, ὅταν θάνῃς. [ὡς ἂν σθένω Lennep. ad Phalar. epist. p. 114. ὅσον σθένω Valckenar. in Phalarid. p. XV. *G. D.*]

22. Θησέως—πέλας. *Theseigenate.* Brodaeus. *Aequalem Theseo.* Portus. *Accedens Theseo*, i. e. apud inferos. Barnesius.

23. Λίμω. Praesens pro futuro. Musgravius. Λιμῶ Porsonus ad Med. 848. Dedi ἀρῶ, Porsono, ut opinor, non invito. Ex ἀείρω formatur futurum ἀερῶ, cujus duae syllabae priores in *A* longum coalescunt, eadem ratione qua ex τιμάετε fit τιμᾶτε, ex τὰ ἁμὰ νεφά. Praeter exempla hujus futuri a Porsono memorata, ἀπαροῦμεν legendum apud nostrum Med. 938. ἐπαρεῖ Iph. A. 125. ἀροῦμεν Iph. T. 117. Tro. 1148. ἀρεῖται Hel. 1613. ἐξεπαρεῖ apud Plutarchum Consolat. p. 102. F. Quorum nonnulla suis locis jam emendarunt viri docti. In Iphigenia priore in veram scripturam θυμὸν ἐπαρεῖ imprudens

incidit Reiskius. Qui si rei metricae paullo peritior fuisset, nunquam talem dipodiam anapaesticam exhibuisset, qualem conficiunt duae longae syllabae tribus brevibus interpositis. Neque enim eum unquam suspicatarum fuisse arbitror, aliud esse futurum ἀρεῖ ab αἴρω derivatum, aliud ab ἀείρω. Porsonum ἐκαρεῖ θυμὸν legisse monent Adversariorum ejus editores p. 249. Adhuc juvenis scilicet ita legendum constituit, antequam veram hujus futuri rationem indagavit.

325. Optime Musgravius, cum olim plene distingueretur post verba τοῖς Ἡρακλείοις, ita locum interpunxit, ut Iolai ad Theseum sermo etiam verba εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδ' σώζεις πατρῴαν δόξαν comprehenderet. Quo nuntio nihil umbrae Thesei gratius ad aures pervenire potuit.

[328. Πολλῶν μετ' ἄλλων imprudens dedit Grotius Excerptis p. 317. *Commune pavois* recte in interpretatione. *Ex Addendis.*]

335. *Μνημονεύσεται χάρις* P. E. Corruptam esse vulgatam scripturam patet ex elisione diphthongi. Articulus quidem sine ullo incommodo deleri potest, sed vereor ne graviori mendo locus laboret. An legendum, *μνήμονευτὸς ἡ χάρις, dignum est hoc beneficium quod memoriae commendetur?* Qua significatione dicitur ἀξιομνημόνευτος apud prosae orationis scriptores.

337. *Τάξω δ'* P. E. Verbis *κἀγὼ μὲν* v. 336. respondent *σὺ δ'* v. 341.

340. *Ταχὺς γὰρ Ἄρρει.* Ita MSS. E. G. et sic etiam Scaliger, omissum tamen a Barnesio. Confer v. 290. Musgravius.

341. *Μάντεις τ' ἀθρήσας* etiam E. G. *Μάντεις τ' ἀθροίσας* primus edidit Barnesius ex emendatione H. Stephani et Canteri Nov. Lect. V. 29. *Μάντεις θ' ἀθροίσας* P. E. Contra ἄθροισον pro ἄθρησον habet Aldus in Iph. A. 1416. In Cycl. 378. ubi ἀθροίσας pro ἀθρήσας legendum esse censuerunt Stephanus et Canterus, vulgatam scripturam bene defendit Barnesius.

345. *Ἐξώμεσθα δὴ* P. E. Contrarium vitium supra v. 33. emendavit Barnesius. Noster El. 107. *Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινὰ, Παγαῖον ἄχθος ὑγκαρμένην κάρᾳ Φέρουσαν, ἐξώμεσθα, κἀπανθώμεθα κ. τ. ἑ.* Ubi ἐξώμεσθα *consistamus* sive *subsistamus* significat. Nostro loco verba ἐξώμεσθα—μένοντες per *μείνωμεν—ῆμενοι* explicanda videntur.

346. Vertit Portus, *Supplices exspectantes hic, donec civitas rem feliciter gesserit.* Quae interpretatio defendi potest ex Androm. 254. Ὡς τοῦτ' ἄρωρε, κοὐ μενῶ πόρῳ μολεῖν.

Sed magis placet Musgravii versio, *Supplices, ut civitas bene rem gerat, hic manentes.* De qua vide ad v. 54.

51. Ἀθάνα P. E. ex monitu Porsoni ad Or. 26.

54. Canticum, quod inde a v. 354. usque ad 381. pertinet, nostra quidem sententia sic debet constitui:

Στροφή. Εἰ σὺ μέγ' αὐχεῖς, ἕτεροι
σοῦ πλέον οὐ μέλονται,
ὦ ξεῖν' Ἀργόθεν ἐλθών.
μεγαληγορίαισι *) δέ γ' ἐμὰς
φρένας οὐ φοβήσεις.
μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕ-
τω καὶ καλλιχόροις Ἀθά-
ναις εἴη· σὺ δ' ἄφρων, ὃ τ' Ἄρ-
γαι Σθενέλου τύραννος·

Ἀντιστρ. ὃς πόλιν ἐλθὼν ἑτέραν
οὐδὲν ἐλάσσον' Ἄργους,
θεῶν ἱκτῆρας ἀλάτας,
καὶ ἐμᾶς χθονὸς ἀντεχομένους,
ξένος ὤν, βιαίως
ἦλθες, οὐ βασιλεῦσιν εἶ-
ξας, οὐκ ἄλλο δίκαιον εἰ-
πών· ποῦ ταῦτα καλῶς ἂν εἴ-
η παρά γ' εὖ φρονοῦσιν;

Ἐπῳδός. Εἰρήνα μὲν ἐμοί γ' ἀρέ-
σκει· σοὶ δ', ὦ κακόφρων ἄναξ,
λέγω, εἰ πόλιν ἦξεις,
οὐχ οὕτως ἃ δοκεῖς, πυρή-
σεις· οὐ σοὶ μόνῳ ἔγχος, οὐδ'
ἰτέα κατάχαλκός ἐ-
στιν. Ἀλλ', ὦ πολίταν ἡγε-
στὰς, μή μοι δορὶ συνταρά-
ξῃς τὰν εὐ χαρίτων ἔχου-
σαν πόλιν, ἀλλ' ἀνάσχου.

V. 8. vulgo legitur ξεῖν' Ἀργόθεν ἐκ ἐλθών, ruente metro. Quare aut id, quod dedimus, reponendum est, aut scribendum, ξεῖν' ἀπ' Ἀργόθεν ἐλθών, abundante praepositione, ut in Homericis illis ἐξ Αἰσύμηθεν, ἐξ οὐρανόθεν, quae Brunckius ad Sophocl. Antig. 106. comparat. Sed eius quum nullum apud tragicos exemplum occurrat (nam quod Eurip. Troad. 260. legitur ἀπ' ἐμέθεν, id nihil probare quivis intelligit), priori coniecturae non immerito plus tribuisse nobis videmur. V. 18. παρά γ' εὖ

*) Vereor ne hic μεγαληγορίαισιν et in antistropha ἀντισχομένους scribendum sit. G. D.]

φρονοῦσιν significat, *forum, qui sapiant, judicio.* Sic παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, *Dario judice,* Herodot. III. extr. V. 20. σοὶ δ' pro σὺ δ' recte conjecit Canterus. Eidem v. 25. ὦ debetur pro οὐ. Sequente versu Barnesii emendationem, συνταράξῃς pro συναράξῃς, metri ratio confirmat. Denique, quod Aldus exhibet, εὐχαρίστων, Brodaeus, si versum esse Glyconeum intellexisset, non mutasset in εὐχαρίστως. Dubitari nequit, ab Euripidis manu profectum esse εὖ χαρίτων ἴχουσαν. Sic Hippol. 452. κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν. Ebrardt. in praef. catalogi lectt. hibern. acad. Regiomont. a. 1812—13. *G. D.*]

855. Οὐ μέλομαί σου pro οὔ μοι μέλει σου, οὐ φροντίζω σου. Vide Valckenarium ad Phoen. 764.

862. Σθενέλου. Eurystheus Stheneli filius. Brodaeus. Homerus Il. T. 123. Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο.

865. Metrum postulare videtur ἵκτορας. Vide Aesch. Suppl. 661. Musgravius. Ubi verba Ζηνὸς ἵκτορας ἀγνοῦ verbis Ψῆφον δ' εὔφρον' ἔθεντο respondent. Confer nostrae fabulae v. 764.

871. Παρά γ' εὖ φρονοῦσιν Barnesius. Notam interrogationis primus addidit Stiblinus, secundus Portus. Cum hoc loco conferenda verba ποῦ τάδ' ἐν χρηστοῖς πρέπει infra v. 511. Utrobique particula interrogativa ποῦ non sine indignatione negat, ut saepe apud tragicos. Soph. Oed. T. 390. Ἐπεὶ, φέρ' εἰπὲ, ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφὴς; Aj. 1100. Ποῦ σὺ στρατηγεῖς τοῦδε; ποῦ δὲ σοὶ λεῶν Ἔξεστ' ἀνάσσειν ὧν ὅδ' ἦγεθ' οἵκοθεν; [Noster Phoen. 551. κἄτα ποῦ στιν ἡ δίκη; Vide omnino Personum ad Or. 792. *Ex Addendis.*]

873. Videtur scribendum σοί. Canterus. Imo, σὺ—κυρήσεις.

874. Εἰ πόλιν ἥξεις. *Hostiliter* scilicet. De hac locutione consulendus Marklandus ad Suppl. 523. Soph. Trach. 259. Στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν, ἔρχεται πόλιν Τὴν Εὐρυτείαν.

875. Οὐχ οὕτως. Exquisita locutio, quae omnes interpretes fugit. Sensus videtur esse, *non impune, non illaesus.* Noster Alc. 682. Ἄγαν ὑβρίζεις, καὶ νεανίας λόγους Ῥίπτων ἐς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει. [Herodotus I. 16. Ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. *Ex Addendis.*]

878. Ἀλλ' ὦ πολέμων ἐραστὰς, *Sed, O belli avide,* Canteri emendationem in versione Latina adoptarunt Barnesius et Musgravius. Ego vero nihil mutandum censeo. Recte Portus, *Sed non* sum *amans bellorum.*

879. Συνταράξῃς Barnesius in margine, probante Heathio, improbante vero Musgravio.

380. *Ἰὰν εὐχαρίστως ἔχουσαν* edd. recentiores ex emendatione Brodaei. *Τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν* P. E. ad Marklandi Supplic. 732. Noster Hippol. 462. *Πόσους δοκεῖς δὴ κἀφ' ἥσσονας εὖ φρενῶν, Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν.* Ad quem locum citat Valckenarius similes nonnullas locutiones. *Τὴν εὖ χαρίτων ἤκουσαν* dixisset Herodotus.

382. Qui Graecas tragoedias in quinos actus ad instar Latinarum distribuunt, rectius in nostra fabula procedunt quam in aliis plerisque. Sunt enim in ea quatuor Chori *μέλη*, eaque satis commodis intervallis posita. Actus igitur secundi hunc versum initium fecit Stiblinus, tertii v. 630. quarti v. 784. quinti v. 928.

383. *Ἥκεις* cum nota interrogationis primus edidit Stiblinus.

385. *Λόγος* primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam legendum monet Brodaeus. Ego *σε* pro *γε* dedi. Ita noster Hec. 1032. *Ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπίς.* Aesch. Pers. 472. *Ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν Πέρσας.* Soph. Oed. C. 628. *εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με.* Aj. 1382. *καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ.* Ita passim.

386—388. Legendum, ni fallor, *Ὁ γὰρ στρατηγὸς, εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὤν, Αἴσσει, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν, Εἰς τὰς Ἀθήνας.* Tyrwhittus, qui jam olim *τὰ πρόσθεν ὤν* reposuerat, retinebat tamen *ἐστιν*, cum *φρονῶν* connectens, *ἐστιν οὐ σμικρὸν φρονῶν.* Musgravius. Retinendum esse *τὰ πρὸς θεῶν* patet ex Iph. T. 560. *Ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν.* Contra vitiosum esse *ἐστὶν* ex eo apparet, quod rarissime *ἐστὶ* in initio versus legitur, nisi in initio sententiae, vel saltem post aliquam pausam sive distinctionem. Dedi igitur *εἶσιν, veniet*, quod mirer Musgravio in mentem non venisse. Utrum vero verba *εἰς τὰς Ἀθήνας* cum *εἶσιν* conjungenda sint, an cum verbis *οὐ σμικρὸν φρονῶν*, non usquequaque certum est. Ego Portum et Barnesium sequor, propter illud nostri Hippol. 6. *Σφάλλει δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.*

387. Quatuor sola tragicorum loca reperi, quae ad *ἐστὶν* hoc loco defendendum allegari possent. I. Aesch. Agam. 1240. *Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς. ἄρσενος φονεύς Ἔστιν.* Malim, *Τοιαῦτα τολμᾷ. θῆλυς ἄρσενος φονεὺς Ἔσται.* Sed magis Aeschyleum videtur, *Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς ἄρσενος φονεύς. Εἶεν. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος Τύχοιμ' ἄν;* Saepe occurrit *εἶεν* hoc modo ante interrogationem adhibitum. Ita noster Phoen. 856. *Εἶεν, πάρεσμεν. τί μ' ἐκάλεις σπουδῇ, Κρέον;* Ibid. 1609. *Εἶεν. τί δράσω δῆθ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ;* Hippol. 297. *Εἶεν. τί σιγᾷς; οὐκ ἐχρῆν σιγᾶν, τέκνον.* Suppl. 1094. *Εἶεν. τί δὴ χρὴ τὸν ταλαίπωρόν με δρᾶν;* Iph.

A. 454. *Εἶεν. τί φήσω πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν;* Ion. 756. *Εἶεν. τί δρῶμεν, θάνατος ὢν πεῖται πέρι;* Adde Hec. 313. Med. 386. Iph. A. 1185. Tro. 945 998. Ion. 275. Herc. 451. El. 907. II. Choëph. 91. *Ἦ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς Ἐσθ', ἀντιδοῦναι κ. τ. ἑ.* Lego, *Ἦ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς, Ἔσθλ' ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε Στέφη; δόσιν τε τῶν παλαῶν* (vulgo *κακῶν*) *ἐπαξίαν;* Legi etiam posset, *Εὖ τ' ἀντιδοῦναι.* Obiter moneo apud Aristoph. Eq. 1206. pro barbaro vocabulo *ὑπεραναιδεσθήσομαι* legendum esse *ὑπεραναιδευθήσομαι.* III. Eurip. Herc. 1291. *Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτε Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν. ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ συγγενῶν* (*συγγενῶς* edd. recentiores) *δύστηνος ὤν.* Nihilo deterius esset, *ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἦν.* Sed quid sibi vult illud *συγγενῶν* vel *συγγενῶς*? IV. Theseo fr. 5. *Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία, Λοξαὶ δ' ἐπ'* (f. *ἀπ'*) *αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι Εἰσίν.* Agitur de litera E, quae in nomine *ΘΗΣΕΤΣ* quartum locum obtinet. Hic etiam non male legeretur praeteritum *ἦσαν.* Vide tamen an etiam minori mutatione res expediri possit, legendo, *τρεῖς κατεστηριγμέναι Εἰς ἕν.* Quamquam hoc libentius admitterem, si Euripidis aetate litera E talem formam [K] habuisset. Nostro loco si retinetur *εἰσίν*, legendum videtur *σάφ' ἴσθι.* De qua varietate consulendus Blomfieldius ad Aesch. Prom. 518. (508. Stanl.) *Ex Addendis.*]

887. *Καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν.* In his verbis nonnihil haereo. Sententia postulare videtur ut particula *καὶ* propriam suam vim servet. *Εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν, καὶ οὐ σμικρὸν φρονῶν.* Sed in *καὶ μάλα, καὶ λίαν,* et similibus, omnino *παρεικεῖν* videtur *καί.* Incertus Rhes. 85. *Καί μὴν ὅδ' Αἰνέας καὶ μάλα σπουδῇ ποδὸς Στείχει.* Quidquid de hoc statuatur, hinc emendandus Soph. Aj. 1120. *Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν.* Aesch. Pers. 784. *Ἔρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέον φρονεῖ.* Vulgo *σμικρὰ* et *νέα.*

889. Legitur hic versus apud Stobaeum XXII. p. 188. Imitatur noster Aeschylum Pers. 829. *Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόπων ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς.*

891. *Ἄνδρα γὰρ χρεὼν Γ. Ε.* [Scribi poterit *δὴ* vel *γάρ.* Erfurdt. ad Sophocl. Ajac. p. 629. *G. D.*] *Δὲ et γὰρ facillime permutantur*, inquit Porsonus ad Med. 34. *quamquam facilius δὲ in γὰρ quam γὰρ in δὲ migrat.* Vide v. 404.

894. *Εἰς τάδ'* primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam emendat Brodaeus. Consentit S. et, ut opinor, E. Alterum enim cod. cum Aldo consentire ait Musgravius.

95. *Μεπάραν*. Legendum *λεπάραν*. *In asperō jugō castrametatus*. Brodaeus. Qui scripsisse videtur, *Λεπάραν— λεπαίαν*. *Λεπαίαν δ' ὀφρύην* primus edidit Stiblinus, secundus Barnesius, qui hanc emendationem a Porto quoque memoratam pro sua venditare videtur. Vertit Stiblinus, *Montosis insidens jugis*. *Λεπαῖος* legitur etiam in Hippol. 1248. Iph. T. 824. Canterum *Λεπάραν* in textu retinuisse non miror, Portum miror. Canterus enim ed. Stiblinianam vix unquam inspexisse videtur, Portus eam satis diligenter usurpavit. Vertit Portus, *In Lepara colle considens*. Si rogas ubinam gentium sit Lepara collis, respondeo, *Lepara nomen proprium montis in finibus Atticae et Megarensium*. Quae verba in suo ed. Brubachianae exemplari calamo annotata reperit Reiskius. Scilicet viros doctos fefellit *Λεπάραν* in Aldina per *Λ* majusculum scriptum. Quod ad *ὀφρύην* attinet, huc respexit Photius, monente Musgravio: *Ὀφρύην. τὸ μετέωρον. Εὐριπίδης*. Monet idem hanc vocem saepius usurpari ab Herodoto IV. 181. seqq.

96. *Δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι* S. Haec verba *διὰ μέσου* esse primus monuit Brodaeus, qui recte vertit, *uti et suspicor*. Confert Tyrwhittus Bacch. 629. *Κἀθ' ὁ Βρόμιος (ὡς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω) Φῶς ἐποίησεν κατ' αὐλήν*.

[J. C. Orellio in appendice ad Isocratis de antidosi oratione p. 389. scribendum videtur:

*σκοπεῖ, (δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι,)*
*πολὰ προσάξει στρατόπεδον τὰ νῦν χθονί,*
*ἵν' ἀσφαλεῖ τε τῇσδ' ἱδρύσεται δορός.*

Dativum enim *χθονί* requirere *προσάξει*: *δόρυ τῇσδε* autem (sc. *χθονός*) dictum esse ut alibi *δόρυ τὸ Καδμείων, Ἀργείων, Ἑλλάνων δόρυ*. *G. D.*]

97. *Πολὰ* primus edidit Portus. *Qua via* Brodaeus et Stiblinus.

*id.* Ex voce *ἀσφαλεῖ* apparet quomodo Demophoon Eurysthei consilium interpretatus sit: credidisse enim non pugnae occasionem quaeri, sed tutam exercitui stationem. Hinc pro *τανῦν δορὸς* repono *τ' ἄνευ δορός*. *Ἄνευ δορὸς, sine Marte*. Aesch. Eum. 289. *κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς Λυτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν Ἱστὸν δικαίως εἰς τὸ πᾶν τε σύμμαχον*. Tyrwhittus *τὰ νῦν ὁδῷ*. Musgravius. Musgravii emendationem adoptavi. Idem significat *ἄτερ Χαλυβδικοῦ* supra v. 162.

98. *Τῇδ' ἱδρύσεται* S. edd. recentiores. *Τῇσδ'* recte Tyrwhittus, consentiente E.

399. *Ἀραῖ'* P. E. De hoc verbo vide Valckenarium ad Hippol: 1090. et Brunckium ad Med. 323.

401. *Οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν.* Aesch. Pers. 202. *σὺν θυηπόλῳ χερὶ Βωμῷ προσίστην, ἀποτρόποισι βαίμοσι Θῦσαι θέλουσα πέλανον, ὧν τέλη τέδε.* Herodotus I. 118. *Σώστρα τοῦ παιδὸς γὰρ μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσπέσεται.*

402. 403. Horum versuum sedes immutanda est, ut vidit etiam Tyrwhittus. Musgravius. Mihi quidem nihilo deterior videtur vulgatus ordo. *Σφάγια* v. 400. memorata tum demum sacrificanda erant, cum ad manus cum Eurysthei exercitu veniendum erat. Sed interea victimas ad omnes urbis aras immolabant haruspices, quas *τροπαιά τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια* recte appellari quis dubitet?

402. *Θυηπολεῖται δ' ἄστυ.* Id est, *μάντεις κατ' ἄστυ θυηπολοῦσι.* Hoc adde exemplis ad Soph. Oed. T. 1094. allatis.

403. *Τροπαιά τ' ἐχθρῶν.* Subauditur *θυηπολήματα* [vel *θύματα*], quod verbum *virtualiter* continetur in *θυηπολεῖται.* Barnesius. *Τρόπαιά τ'* (sic) Hervagiana prima. *Τροπαιά τ'* Hervagiana secunda et sequentes omnes. Recte, modo recte legatur infra v. 867. *Ὦ Ζεῦ τροπαῖε.* Notum est grammaticorum monitum, Atticos non *τρόπαιον* sed *τροπαῖον* dixisse. Quod si de *τροπαῖον* verum est, verum etiam esse puto de *τροπαῖος.* Non me fugit operam eos perdere, qui de singularum vocum accentibus nimis curiose disputent, quippe quorum notitiam solis grammaticis Alexandrinis debeamus, natis quidem illis potius ad obscurandam quam ad illustrandam veterem linguam Graecam. Ubi vero in *προσῳδίᾳ* cujuslibet vocis fluctuant hodierna librorum exemplaria, operae pretium est eam scripturam quae melior videatur, ubique repraesentare. *Τροπαῖον προπεριισπωμένως* habet Aldus in Androm. 764. *τροπαῖα* ibid. 695. *Τροπαῖ'* igitur dedi infra v. 786.

*Ibid.* *Σωτήρια*, quod habet Brodaeus in annotationibus, primus in textum admisit Barnesius.

404. *Χρησμῶν γὰρ ἀοιδοὺς* Hervagiana prima et sequentes ante Barnesium, qui Aldinam scripturam revocavit. [Imo, Hervagiana secunda et tertia cum sequentibus ante Barnesium. Cum Aldina consentiunt Hervagiana prima et Brubachiana. *Ex Addendis.*] *Χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς* e v. 489. emendarat Duportus.

*Ibid.* *Συναλίσας.* Ita scribo Scaligeri auctoritate, et quia *ἀλίσας*, priorem cum habeat brevem, versui sufficere non potuit, et quoniam *συναλίσας* frequentius in hac significatione occurrat. Barnesius. *Ἀλίσας* primam produ-

cit apud nostrum Herc. 412. monente Musgravio. Deinde apud veteres non minus usitatum est ἁλίζω quam συναλίζω. Participium ἁλίσας ter minimum in libro primo usurpat Herodotus, capp. 77. 80. 119. Significat ἀθροίσας, quod in simili locutione adhibet noster supra v. 841. Utrumque ἁλίζω et συναλίζω usurpat Xenophon, obsoletorum et poëticorum vocabulorum sectator omnium Atticorum studiosissimus. Illud habet Anab. II. 4, 3. VI. 3, 3. hoc Paed. I. 2, 15. 4, 14. Anab. VII. 3, 46. Hellen. I. 1, 30. Hesychius v. Ἁλίσας duo diversa verba ἁλίζω et ἁλίνδω confundit, nisi glossa ejus ita scribenda est: Ἁλίσας. κονίσας, κυλίσας, καναβαλών. Ἁλίσας. συναθροίσας, συναγαγών. Ἁλίσας tenui spiritu primam corripit, secundam producit. Aristoph. Nub. 32. Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε.

98. Γνῶμα habet etiam Soph. Trach. 598. γνώματος Aesch. Agam. 1361.

99. 410. Κόρῃ Δήμητρος Barnesius ad v. 600. Vulgatam scripturam, quam agnoscere videtur argumenti scriptor, corruptam esse ostendit particula γε ad hiatum evitandum inserta. Vitio non valde diverso vulgo legitur in Tro. 765. Οὐ γάρ ποτ' αὐχῶ Ζῆνα γ' ἐκφῦναι σ' ἐγώ, modo scripserit poëta Ζηνὸς ἐκφῦναί σ', ut conjecit Reiskius. Sed praestare videtur altera Reiskii emendatio Ζηνά γ' ἐκφῦσαί σ'. Nam particula γε, quae nostro loco plane supervacanea est, in Troasi vim sententiae addit. [Cum Troadum loco confer Med. 597. *Ex Addendis.*] Deinde nostro loco displicet παρθένον κόρην, quas voces conjunctas alibi nusquam reperi. Κόρῃ Δήμητρί τ' mavult Piersonus Verisim. 179. Sed solam Proserpinam nominat poëta v. 601. nec facile dixeris quare Cereri immolanda sit virgo, quam deam peculiari religione Marathone coli nemo unquam dixit. Praeterea κόρη absolute pro Proserpina dictum a tragico sermone alienum videtur. Namque in Suppl. 34. unde verba Κόρης τε καὶ Δήμητρος citat Piersonus, praecedunt verba δυοῖν θεαῖν.

112. Κτενῶ P. E. Κτανῶ Atticis abjudicat Porsonus ad Or. 929.

114. Ἐκὼν δὲ τίς primus edidit Portus, ante quem notam interrogationis post τίνα v. seq. adhibuerat Stiblinus.

116. Etsi virorum doctorum, qui ante me huic fabulae emendandae operam dederunt, infelices conjecturas pleruinque memorare supersedeo, operae pretium est attendere quomodo verba πικρὸν ὄν eorum ingenium exercuerint. *Videtur scribendum πικρόνων, aut potius πικρονῶν,* inquit Canterus. Πονηρῶν Scaligeri emendatione

posthabita, πολιτῶν conjicit Barnesius. Πικρόν γ' ὄν, *quae res sane peracerba est*, mavult Reiskius, διχοφρόνων Heathius, διχονόων vel διχοφρόνων Musgravius. Recte πικρὰς ἂν E. Alter cod. Parisiensis πικρὰν ἂν habet.

*Ibid.* Ξυστάσεις sunt κύκλοι, ὁμιλίαι, *coetus*, *conventus*. Noster Androm. 1089. εἰς δὲ συστάσεις Κύκλους τ' ἐχώρει λαὸς οἰκήτωρ θεοῦ.

417. Δίκαιον ἦν P. E. Ἦν nostro loco, ut alibi passim, ἐστὶ significat. Subiunctivus ᾖ soloecus est.

418. Μωρίαν ἐμοῦ P. E. ad Marklandi Iph. T. 918. Verba accusandi genitivum personae, ut loquuntur grammatici, accusativum autem rei postulant. Noster Or. 28. Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν; Hippol. 1057. Ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη, Κατηγορεῖ σου πιστά. Ion. 931. Τί φῄς; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; Unde malim in Syleo fr. 4. Τό τ' εἶδος αὔτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ Σιγῶντος. [Syleus satyricum drama fuisse videtur, in quo fortasse stare posset hujusmodi senarius, Τό τ' εἶδος αὔτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ. Conjecit Musgravius, Τό τ' ἦθος αὐτόθεν τι σοῦ κατηγορεῖ Σιγῶντος. Malim, αὔθαδές τι. Sed verum videtur, * * τό γ' εἶδος αὐτό σου κατηγορεῖ. Deest primus pes. *Ex Addendis.*] Vertendum igitur nostro loco, *stultitiae me accusantium*, non cum Porto aliisque, *stultitiam meam accusantium*.

419. Ἢν δὲ μὴ δράσω τόδε. *Nisi rem ita composuero, ut utrique parti satisfaciam.* Vel, *Nisi cavero ne cui ut filiam suam immolet auctor sim.* Brodaeus. Haec interpretatio melior videtur. Διὰ μέσου collocanda sunt verba καὶ νῦν πικρὰς ἂν—κατηγορούντων.

424. 425. Atossa apud Aesch. Pers. 211. εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς, Πράξας μὲν εὖ, θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνὴρ, Κακῶς δὲ πράξας, οὐχ ὑπεύθυνος πόλει, Σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός.

426. Ἀλλ' ἦ. *Sane* aut *profecto* plerique interpretes. *An ergo* cum interrogatione recte Musgravius. Vide Aesch. Agam. 284. Choëph. 218. 772. Suppl. 520. 920. Soph. El. 879. Eurip. Phoen. 1698. Hippol. 858. 932. (ubi consulendi Valckenarius et Monkius) Alc. 58. 819. Iph. A. 847. Iph. T. 1170. Bacch. 920. Hel. 497. Ion. 755. Here. 1128. incertum Rhes. 36.

428. Atticos ἔοιγμεν et εἴξασι pro ἐοίκαμεν et ἐοίκασι dixisse nemini ignotum est. Praeter nostrum locum, ἔοιγμεν occurrit infra v. 681. Cycl. 99. et apud Soph. Aj. 1239. Quid pro ἐοίκατε dixerint ego quidem nescio. De εἴξασι consulendi Ruhnkenius ad Timaeum p. 98. et Piersonus ad Moerin p. 148.

430. Ὡς χεῖρα γῇ συνῆψαν, *Simul ac manu terram tetigerant,*

Valckenarius ad Phoen. 1409. Nota est locutio εἰς χθόνας ἰέναι τινὶ, *ad manus cum aliquo venire*. Nostro loco de terra loquitur poëta tanquam de persona. Dicitur εἰς λόγους συνάπτειν in Phoen. 709. Ὡς εἰς λόγους ξυνῆψα Πολυνείκει μολών. Nihil igitur muto.

31. Πνοαῖσιν edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam. Πνοιαι edd. omnes in Androm. 479. Tro. 883. Altera scriptura melior mihi videtur. Quamvis enim ποιὰ, ῥοιὰ, στοιὰ, χροιὰ, et alia fortasse nonnulla, apud veteres saltem Atticos rectius per diphthongum quam per simplicem vocalem scribantur, diversam fuisse horum rationem ostendit rectus casus singularis, qui in his semper in *Α* desinit, in illo semper in Η, nisi in Doricis Chori canticis. Neque unquam, quod sciam, apud tragicos aut comicos metro repugnat πνοὴ priore correpta. Contra ποιὰ priorem producit apud Eurip. Cycl. 332. Aristoph. Eq. 606. ῥοιὰ, *malum Punicum*, apud Aristoph. Pac. 1001. στοιὰ Eccl. 676. 684. 686. χροιὰ apud Eurip. Bacch. 457. et alibi. Male igitur, ni fallor, Porsonus in Or. 145. pro Aldina scriptura ἃ ἃ σύριγγος ὅπως πνοὰ, ἃ ἃ σύριγγος ὡς πνοιὰ dedit. Versus antitheticus est, Ὀλεῖς, εἰ βλέφαρα κινήσεις. Metrum est syzygia dochmiaca bacchio subjecta. Satis bene sibi respondent syzygiae dochmiacae ριγγὸς ὅπως πνοὰ et βλέφαρα κινήσεις. [Πνοιαῖς metro repugnante olim legebatur apud Aesch. Suppl. 142. *Ex Addendis.*]

32. Ἀκωδυόμεσθα edd. recentiores.

36. Ξυγγνωτὰ scribendum, si vera sunt quae ad Soph. Oed. T. 861. dixi. Sed apud Euripidem alteram scripturam tantum non ubique exhibent hodierni libri. Quid si statuamus utramque formam apud veteres in usu fuisse? Eodem modo fortasse dirimenda grammaticorum lis de πλαυτὸς et πλαυστὸς.

*id.* Εἰ μὴ θέλει P. E. In vulgata scriptura, supplendum ξυγγνωστὰ ἂν εἴη, in nostra, ξυγγνωστά ἐστι. Cum de re certa loquatur Iolaus, melius sententiae convenit ἐστὶ quam ἂν εἴη.

37. Αἰνέσαι δ' ἔγω Valckenarius ad Phoen. 712. qui monet αἰνεῖν ἔγω infra occurrere v. 486.

38. 489. Verba εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε πράσσειν ἔμ' ad sequentia referenda esse primus monuit Heathius.

39. An legendum, οὔτοι σή γ' ἀπόλλυται χάρις? Quamquam parum refert.

42. Ἔρως edd. recentiores.

44. Κἀμοὶ S. edd. recentiores. Recte se habet κἀμοῦ. Ita noster Med. 846. Τούμοῦ γὰρ οὔ μοι φρόντις, εἰ φευξούμεθα. Κείνους δὲ πλάσω ξυμφορᾷ πεπρημένους.

448. **Noster Hec. 661.** *Τί δ', ὦ τάλαινα σῆς κασιγνήτου βοῆς.* [Med. 1028. *Ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας. Ex Addendis.*]

[450. Herodotus I. 8. *Χρὴν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς. Ex Addendis.*]

452. *Ἀλλ' οἰσθ' ὃ μοι ξύμπραξον;* Vide ad Oed. T. 543.

*Ibid.* *Οὐχ ἅπασι γάρ.* *Non prorsus, non omnibus modis.* Brodaeus. *Πᾶσι* pro *παντάπασι* habet Soph. Oed. T. 40. *Νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου πάρα.* Oed. C. 1446. *Ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν.* Nostro loco ἅπασα S. et edd. recentiores ante Musgravium, qui ex Aldina ἅπασι revocavit. *Ἅπασα* mavult Porsonus Advers. p. 268.

[455. J. C. Orellius in append. ad Isocr. antid. p. 389. suspicatur *σωθήσει τί σοι τέκνα*, collato v. 493. sq. *G. B.*]

459. *Ἀνήρ* P. E.

460. Quae hic *μὴ 'μαθεῖ* habent edd. omnes, infra v. 882. *μὴ ἀποτίσασθαι* plene scriptum exhibent. Pronuntiandum puto, *μἀμαθεῖ*, *μἀποτίσασθαι*. Signum elisionis in his locum habere non debet. Nullam enim vocalem in initio vocis elidunt Attici nisi E, eamque tantum in certis quibusdam vocibus. *Μὴ ἀδικεῖν* plene scriptum habet Aldus in Hec. 1249. *μὴ ἀντὶ* Androm. 809. *μὴ ἀδίκα* Cycl. 271. *μὴ ἀποδέξηται* Hel. 838. *μὴ ἀποδώσει* ibid. 1017. Talia in codd. plerumque plene scripta exhiberi auctor est Valkenarius ad Hippol. 996.

461. *Καὶ τύχης.* MS. G. *καὶ βίου.* Legendum, ut monet etiam Tyrwhittus, *κἀτυχής τις ἂν τύχοι.* Museravius. *Κἀτυχής τις ἂν τύχῃ* minus recte Grotius Excerpt. p. 954. probante Heathio. Vertit Grotius, *Reverenda res est sobriae menti miser.* *Αἰδὼς* hic *clementiam* significat, ut *ἀναίδεια crudelitatem* in Herc. 166. *Θρασὺς*, *crudelis*, infra v. 978. Ceterum permutantur *δίκη* et *τύχη* etiam apud Soph. Ant. 387. *Τί δ' ἐστι; παῖ ξύμμετρος προσβὰν τύχῃ;* Apud nostrum Iph. A. 1237. non male conjicit Canterus *ἀντυχήσεις* pro *ἀδικήσῃ*. [Antipho p. 618. *Πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐστιν, ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν παρ' ὑμῶν, ἢ ἄλλου του;* Et paullo post p. 619. *Καὶ μὴ τυχοῦσα μήτ' αἰδοῦς μήτ' ἐλέου μήτ' αἰσχύνης μηδαμοῦ παρ' ὑμῶν, τῆς δικαιοτάτης ἂν τύχοι τιμωρίας. Ex Addendis.*]

466. Miror Eurystheum absolute *ἄναντα* a Demophonte appellari. Ita quidem de Lyco loquitur Amphitryo Herc. 588. *Πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ Δοκοῦντας εἶναι, ξυμμάχους ἄναξ ἔχει.* Sed Lycum vere dominum appellare poterat Amphitryo, minime Eurystheum Demophon.

471. Doricum *λύμας* in scenario manere passi sunt omnes edi-

tores. Sic etiam ἑτοίμα infra v. 503. In Hel. 595. ubi male vulgo legitur, λύπας ἅλις ἔχων, λύπας non est genitivus Doricus sed accusativus pluralis ab imperitis librariis invectus, ut τὰς συμφορὰς pro τῆς ξυμφορᾶς Suppl. 732.

75. Quod supra ad v. 49. de Copreo monui, idem hic de Macaria monendum est, cujus nomen in ipsa fabula nusquam obvium e scriptoribus mythologicis in indicem personarum intulerunt grammatici. Ejus historiam praeter alios narrat Pausanias I. c. 32. p. 79. a Barnesio ad v. 35. allegatus: Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι πηγὴ καλουμένη Μακαρία, καὶ τοιάδε ἐς αὐτὴν λέγουσιν. Ἡρακλῆς ὡς ἐκ Τίρυνθος (Vide v. 164.) ἔφευγεν Εὐρυσθέα, παρὰ Κήϋκα φίλον ὄντα μετοικίζεται βασιλεύοντα Τραχῖνος. ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεὺς, ἐς Ἀθήνας πέμπει σφᾶς ὁ Τραχίνιος, ἀσθένειάν τε λέγων τὴν αὑτοῦ (Vide v. 194.), καὶ Θησέα οὐκ ἀδύνατον εἶναι τιμωρεῖν. Ἀφικόμενοι δὲ οἱ παῖδες ἱκέται, πρῶτον τότε Πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους, Θησέως σφᾶς οὐκ ἐκδόντος αἰτοῦντι Εὐρυσθεῖ. λέγουσι δὲ Ἀθηναίοις γενέσθαι χρησμὸν, τῶν παίδων ἀποθανεῖν χρῆναι τῶν Ἡρακλέους τινὰ ἐθελοντὴν, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ εἶναι νίκην σφίσιν. ἐνταῦθα ἡ Μακαρία Δηϊανείρας καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ ἀποσφάξασα ἑαυτὴν, ἔδωκεν Ἀθηναίοις τε κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα ἀφ' ἑαυτῆς. Vide etiam Schol. ad Aristoph. Eq. 1148.

76. Προσθῆτε P. E. Quod de τρόπαιον et τροπαῖον supra dixi ad v. 403. hic de πρόσθητε et προσθῆτε dictum velim. Cum enim fluctuent libri inter hanc et illam scripturam, officium est editoris operam dare ut saltem eadem προσῳδία ubique adhibeatur. Veteres προσθῆτε et similia προπερισπωμένως dixisse ex analogia fere certum est. Antiqua enim forma fuit προσθέητε. Omnes Euripidis editiones προσθῶ habent Iph. A. 540. προσθῇς Alc. 1051. προσθῶμεν Suppl. 948 Quod ad significationem attinet, conferendus noster Hippol. 950. Οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς. Androm. 217. εἶτ' ἀπληστίαν λέχους Πάσαις γυναιξὶ προστιθεῖσ' ἂν ηὑρέθης. [Προσθῆτε. Προσβάλλειν eodem sensu usurpat Soph. El. 973. Λόγῳ γε μὴν εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὁσην Σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς, πεισθεῖσ' ἐμοί; Ex Addendis.]

id. Πρῶτον μὲν τόδ' mavult Porsonus ad Med. 139. 140. propter particulam γὰρ parvo intervallo bis adhibitam. Exemplis a Porsono allatis adde hujus fabulae vv. 385. 386. 523. 524. Si μὲν nostro loco necessarium esset propter δὲ v. 479. mallem superiore versu θράσος μὲν μηδέν-

Nec minus recte diceretur θράσος μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς προσθῆτε, quam θράσος μοὶ μηδὲν προσθῆτε ἕνεκα ἐξόδων ἐμῶν. Hoc enim valet dativus ἐξόδοις ἐμαῖς.

478. Εἴσω σ' P. E.

481. Minus recte interpungeretur, ἀλλ', εἰμὶ γάρ κ. τ. ξ. Dicere enim potuisset poëta, si per metrum licuisset, ἀλλὰ γάρ εἰμι. Ante γὰρ autem nemo unquam interpunxit. Noster Phoen. 1318. Ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ Πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους. Herodotus V. 3. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμηχανον μή κοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες. In his locutionibus, particulae ἀλλὰ γὰρ significant ἀλλ' ἐπεί. Apud Herodotum vulgo plenius distinguitur post ἐγγένηται, quod vitium saepe apud eum reperio. Idem I. 14. Ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα, τοῦτον μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες. Quae verba vulgo in duas periodos divisa sunt, plena distinctione post ἔτεα adhibita. Idem IX. 27. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοί εἰμεν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδειότατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, καὶ κατ' οὔστινας. Hic etiam post πρέπει plene distinguitur in vulgatis libris. Idem IX. 109. Ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη. Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον. ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοὶ τὸ φᾶρος. ἡ δὲ περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο. Interdum omnino reticetur γάρ, ut supra v. 378. Ita Noster Phoen. 99. Ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, Κέδρου παλαιὰν κλίμακ' ἐκπέρα ποδί.

*Ibid.* Πρόσφορος. *Apta, idonea.* Subaudiendum autem πρεβεύειν. Sic Pindarus Olymp. IX. 121. πρόσφορος ἀνεγεῖσθαι. Hesychius: Πρόσφορον. ἐπιτήδειον, ἁρμόζον, οἰκεῖον. Musgravius. Malim, πρόσφορος πυθέσθαι. Propior scilicet ostio templi, quam avia aut sorores.

482. Καμαυτῆς πέρι. Sensus est, οὐ μόνον περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐμαυτῆς. Ita paullo post v. 568. κἀμοὶ significat οὐ μόνον σοὶ, ἀλλὰ καὶ ἐμοί.

483. Μὴ pro εἰ, *num, an, utrum.* Noster Tro. 176. Οἵμοι, τρομερὰ σκηνὰς ἔλιπον Τάσδ' Ἀγαμέμνονος, ἐπακουσομένη, Βασίλεια, σέθεν, Μή με πτείνειν Δόξ' Ἀργείων πεῖται μελέαν. [Soph. Ant. 1253. Ἀλλ' εἰσόμεσθα μή τι καὶ κατάσχετον Κρυφῇ καλύπτει καρδία θυμουμένη. Interrogative pro μῶν idem Oed. C. 1502. Μή τις Διὸς κεραυνὸς, ἤ τις ὀμβρία Χάλαζ' ἐπιῤῥάξασα; Ibid. 359. Ἧκεις γὰρ οὐ κένη γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς Ἐξοιδα. μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι; *Ex Addendis.*]

85. Οὐ κακῶς. Interpretari, *nihil ait.*

87. *Εὖ προχωρῆσαι.* Id est, ni fallor, *συντυχῆσαι.* Sic *εὖ βεβηκόσιν* pro *εὐτυχοῦσι* Soph. El. 979. Verbum *προχωρεῖν* diverso sensu usurpat noster Phoen. 1271. *Οὐκ ἐν χορείαις, μᾶλλον παρασκευάσαι, Νῦν σοι προχωρεῖ θαλάμων κατάστασις.*

88. *Εἰς ἀμήχανον.* P. R. Sic *ἐς ἀμήχανον* supra v. 149. Si *ἀμήχανον* adhibuisset poëta, articulo, ni fallor, addito dixisset, *εἰς τὸ ἀμήχανον.* [*εἰς ἀμήχανον*, repertum in Codice Romano C., reponi jubet Elmsleius ad Medeam 397. p. 147. *G. D.*] Sed alterum praestat. Similis vitia in Aldina sunt *ἀφίκτορον* Or. 861. *βάλλετον* ibid. 1577. *πρέσετον* Suppl. 80. *θέσφατον* Iph. A. 1268. *ἔδατον* Iph. T. 1269. *τέκνωσον* Hel. 847. [Addo *τέκνῳ* Iph. A. 1486. nisi legendum *τέκνα* v. 1015. *Ex Addendis.*]

91. Supra dixerat v. 410. *ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς.* Paullo inferius sic quoque loquitur v. 514. *πατρὸς θοᾶν εὐγενῶν.* [Adde Ald. 383. *Οὐκ ἔστιν οὕτως οὔτε πατρὸς εὐγενοῦς.*] Quare hic mihi non displicuisset, *Σφᾶξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς.* Dindorfius. Brodaei emendationem post Barnesium adoptavi. Violentiam esse hanc mutationem contendit Piersonus Verisim. p. 178. nec solere librarios illa *πατρὸς* et *μητρὸς* confundere; praeterea non parvam superesse difficultatem in verbis *σημαίνειν* et *κελεύειν*, quorum alterutrum frigeat et abundet. Legendum igitur censes, *Σφάξαι κόρην Δήμητρος, ἥτις εὐγενής.* Quasi vero facilius fuerit librariis *ΚΥΡΙΑΝ* in *ΚΕΛΕΤΕΙΝ* mutare, quam *ΠΡΟΣ* in *ΜΡΟΣ*. Quod ad *σημαίνειν* et *κελεύειν* attinet, primum conferendus locus Rhesi a Reiskio indicatus, V. 879. *Τιμᾷς δ' ὁπόταν τοῖσιν ἐν ἄλσει χρεὼν Πριάμῳ τε καὶ γέρουσι σημῆναι, νεκρούς Θάπτειν κελεύειν ἀμφιφόρους κρὸς ἑπτοπάς.* Quem locum si recte cum nostro comparavit Reiskius, verbum *σημαίνειν* ad oraculorum interpretes referendum est, *κελεύειν* ad ipsum Demophontem. Deinde *σημαίνειν* non *jubere* sed *indicare* interpretari potes, hoc scilicet modo, *Oraculorum enim interpretes aut hicce non taurum aut vitulum significare, sed puellam nobilem macture jubere.* Ita fere Porsonus. Sed esto ut *σημαίνειν* et *κελεύειν* ita explicanda sint, ut alterutrum eorum prorsus abundet. An vero tam raro in tragico sermone occurrunt pleonasmi, ut vulgatam nostri ducis scripturam eo nomine sollicitare necesse sit? Ceterum verba *πατρὸς ἥτις εὐγενὴς* copiose defendit Musgravius, hac scilicet significatione, *Quae nobilis sit a parte materna.* Quin et *μητρὸς* mavult supra v. 410. Cujus rationes, meo quidem judicio omni

pondere destitutas, apud ipsum petant quibus ea interpretatio arrideat.

494. Σφάξειν P. E. *Mactaturum* recte Portus.

495. Κἄμοὶ λέγει. Ita lego, rejecto, quod inter κἄμοὶ et λέγει per errorem irrepserat, δέ. Barnesius. Δὲ non nisi superscriptum habet MS. G. Musgravius. [Noster Phoen. 164. ΠΑΙ. Ὁρῷς; ΑΝ. ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως. *Ex Addendis.*]

496. Ἐξαμηχανήσομεν. Verbum nusquam alibi, quod sciam, obvium. Significare videtur, *Se ex angustiis et difficultate prudentia liberare.* Ti enim παρελκεῖν existimo.

498. Βούλεσθαι mavult Reiskius. Non male; sed recte se habere videtur vulgata.

499. Frustra in hoc loco explicando laborant viri docti. An legendum κἀχόμεσθα? Α in ΕΤ passim mutari, alibi, si bene memini, monui. Εὐθύνας pro Ἀθήνας habet Aldus in Tro. 974. Sed quid significat ἐχόμεσθα? Opinor, *haeremus*, vel aliquid ejusmodi. Thucydides I. 25. Ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν. Nostro loco verba ἐν τῷδε τῷ λόγῳ non male ἐν τῇδε τῇ ἀπορίᾳ interpretari potes.

500. Τἄλλα γ' G. Musgravius.

501. Ἀργείων P. E.

503. Ἑτοίμη P. E. Noster Phoen. 975. Αὐτὸς δ', ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ, Θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριος.

505. Οὕνεκ' αἱρεῖσθαι P. E. Locutionis κίνδυνον αἱρεῖσθαι exempla vide apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. Κίνδυνος. Similes sunt νεῖκος ἠράμην infra v. 986. δυσμένειαν ἠράμην v. 991. κοινοὺς αἱρόμενος πόνους Ion. 199. aliaeque quamplurimae. Quoties permutantur αἱρεῖσθαι et αἱρεῖσθαι, vix quisquam harum literarum ita expers est ut nesciat. Quo magis miror apud Aesch. Pers. 481. in omnibus edd. reperiri αἱροῦνται φυγήν, cum veram scripturam αἴρονται e Rhes. 54. 126. reponere potuerint editores. Noster Alex. fr. 9. Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος, Πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἱροῦνται μέγαν. Hic etiam legendum αἴρονται ex Aesch. Suppl. 346. 448. Poede depravatus est ejusdem fabulae v. 957. qui in codd. ita scriptus exhibetur: ΙΣΘΙΜΕΝ ΤΑΔΗΛΗΠΟΛΕΜΟΝΕΡΕΙΣΘΕΝΕΟΝ. Ubi neque αἱρήσῃ cum Aldo, neque αἱρεῖσθαι cum Robortello, sed αἱρεῖσθαι legendum videtur. Vide Thucydidem I. 80. 82. 118. 123. Bene Graecum esse πόλεμον ἀνιαρεῖσθαι docuit Marklandus ad Suppl. 492. Sed non ideo evincitur veteres πόλεμον αἱρεῖσθαι dixisse.

508. De locutione ἐπεί τοι καὶ consulendus Porsonus ad Med. 675. qui e nostra fabula citat etiam v. 744.

10. Φώνης S. Barnesius. Ceteroqui recentiores φόνους habent, accentu a Bruhachiana [imo, ex Hervagiana tertia. *Ex Addendis.*] desumto, ubi mendose legitur φῶνες.

12. Κάλλιον, οἶμαι. Ionia. Barnesius. Eadem significatione legitur οἶμαι infra v. 963. *Credo* dicunt Latini. Obiter emendandus noster Alc. 349. Ἐσφῇ δὲ χειρὶ πατόνων δόμας τὸ σὸν Εἰλαθὲν ἐν λιπτρεύσιν ἐκπαθήσεται. Ὧδ' προσπεσοῦμαι, καὶ περιπύσομαι γόνυ· Ὄνομα καλὸν σόν, τὴν φίλην ἐν ἀγκάλαις Δόξῃ γυναῖκα, πάλιν σὸν ἥκειν, ἥκειν. Ὑπνῶν μὲν, οἶμαι, τέρψιν. ἀλλ' ἔρως βάρος Ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν. Ita, Ψυχῆς μὲν, οἶδα, τέρψιν.

13. Ἃ μὴ τύχοι ποτέ. Paullo aliter ὃ μὴ τύχοι νοσεῖ noster Phoen. 574. Meleagro fr. 9. Contra pro ὃ μὴ γένοιτο, quod habent noster infra v. 714. Aesch. Theb. 5. Aristoph. Lys. 147. ἃ μὴ γένοιτο legitur apud nostrum Ion. 751.

14. Legendum cum Tyrwhitto, Κἀστέρια δεινά. Musgravius.

16. Ἀλωτέον S. Barnesius in margine, Musgravius. Sive pro futuro accipiatur, sive pro subjunctivo, melius est ἁλωτέον quam ἁλωτέον. Quamquam ne hoc quidem malim, modo pro subjunctivo accipiatur. Noster Phoen. 984. Ἰοὺ ἰοὺ φεύγω; Sed in his locutionibus libentius alterum subjunctivum adhibent tragici.

17. Εἰσὶν δή τις λέχη. Suspicor particulam δὴ hic locum habere non debere.

17. Malim cum Scaligero πρέπει. Musgravius. Quae scriptura postulat etiam κἂν pro καὶ. [Vid. Reisig. de ἄν particula p. 130. 131. *G. D.*]

20. Consulto, necne, hunc versum praetermiserit Porsonus in praelecta illa de quinto pede tragici senarii disputatione equidem nescio. Noster Phoen. 576. Πῶς δ' οὐ κατόψεις θεμίτων, ἵλαν πάντων; Ita codd. fere omnes. Quae scriptura si recte se haberet, facile de numero veranum canoni Porsoniano adversantium eximi posset noster versus, legendo, καὶ κατάψεις, εἰ δοκεῖ. Sed mediam formam, quam in Phoenissis habent edd. omnes, hac significatione unice veram esse docuit Valckenarius.

24. Τὸ omittunt edd. recentiores.

736. Legendum haud dubie [cum Reiskio], *Οὐ ταῦτα λέξεις.* Musgravius. *Οὐ ταυτὰ λέξεις* Heathius.

738. *Θείνοντα* P. E. Vide ad v. 272. Participium praeteriti temporis *θενόντα* sententiae minus convenit.

739. Optime Tyrwhittus [et Heathius], *Εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε. Siquidem omnino perveniemus.* Musgravius. Noster El. 263. *Εἰ δή ποθ' ἥξει γ' εἰς δόμους ὁ νῦν ἀπών.* [*Εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε.* Sic etiam Scaliger. *Ex Addendis.*]

742. *Σπάρτην ἐπόρθεις.* Citat Barnesius Schol. ad Or. 457. Pausaniam III. c. 15. p. 244. Apollodorum II. 7, 3. Addit Musgravius Diodorum Siculum IV. 33. Cum omnium fere Herculis laborum particeps fuerit Iolaus, Spartae expugnationem memorat Euripides, *quia Lacedaemonios caros non habuit*, inquit Barnesius.

743. *Οἶος* tacite Barnesius. *Solus* omnes interpretes, praeeunte Brodaeo. Sed *οἶος*, *solus*, nusquam, quod sciam, apud Euripidem legitur, semel apud Sophoclem, Aj. 750. Verba *οἷος ἂν τροπὴν Εὑρυσθέως θείην* significare

videntur, ὥστε ἐμὲ τροπὴν Εὐρυσθέως θεῖναι. Alterum tamen exemplum ejusdem constructionis nondum reperi.

748—758. sunt στρ. ά.: 759—769. ἀντιστρ. ά.: 770—776. στρ. β'.: 777—783. ἀντιστρ. β'. *G. D.*]

50. Annon legendum φαεσιμβρότου? Confer tamen Suppl. 208. [469. Med. 352.] Musgravius. Satis constat solem haud raro absolute θεὸν appellari. Neque eo nomine improbanda est vulgata scriptura, quod θεοῦ nullum, αὐγαὶ vero geminum habet epitheton. Ita enim passim loquuntur tragici. Soph. Aj. 134. Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου. Ubi nullum codicem βάθρον ἀγχίαλον habere miror, Bothium ita ex conjectura contra omnes artis criticae regulas scripsisse non miror. Nostro loco cum Homericum φαεσιμβρότου ἠελίοιο manifesto respexerit poëta, Musgravii emendationem admittere non dubitavi. Ut videant tirones quantulam auctoritatem habeant libri vulgati in terminationibus adjectivorum inter bina substantiva positorum, Aldinam aliquot versuum scripturam subjiciam. Hec. 425. Ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας (ἀθλία primus edidit Porsonus) τύχης. Phoen. 178. Σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι (φιλαιμάτου Grotius) ῥοαί. Ibid. 214. Ἵν' ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοιο (νιφοβόλοις Kingius) Παρνασοῦ κατενάσθην. Hippol. 1197. Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας (κἀπιδαυρίαν Valckenarius) ὁδόν. Alc. 1041. Ἔκρυψ' ἐμῆς γυναικὸς ἀθλίου (ἀθλίους Lascaris) τύχας. Ubi ambiguitatis vitandae causa ἀθλίους dicere maluit poëta quam ἀθλίας. Rhes. 303. Χρυσέα δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων (ζυγηφόρον) Πώλων ἔκλῃε χιόνος ἐξαυγεστέρων. Adde nostrae fabulae vv. 785. 932. Aesch. Prom. 111. Soph. Phil. 1289. [Praeter Aj. 134. vide Ant. 587. Ὁμοῖον ὥστε ποντίαις (vulgo ποντίας ἁλὸς) Οἶδμα δυσπνόοις ὅτ' ἂν Θρῄσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς. Ita legendum e scholiaste. Quod si vidisset Brunckius, emendatione ejus ad v. 598. caruissemus. *Ex Addendis.*]

51. Ἐνέγκατε contra metrum edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam.

52. Ἰαχήσατε secundam producit, et ἰαχεῖ infra v. 782. Plura exempla dabunt Heathius ad nostrum locum, et Marklandus ad Iph. A. 1036. Dixi ad Soph. Oed. T. 1222. secundam in ἰαχὴ et ἰαχεῖν communem esse, neque quidquam caussae esse cur scriberetur ἰακχὴ et ἰακχεῖν. Postea vero suspicio mihi oborta est, ἰαχὴ et ἰαχεῖν media correpta e Doricis ἀχὰ et ἀχεῖν, interdum etiam ex Atticis ἠχὴ et ἠχεῖν, librariorum errore nata esse. Quam

suspicionem minime absurdam esse ostendent sequentia tragicorum loca. I. Aesch. Theb. 873. *Τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐριννύος Ἰαχεῖν, ἀΐδᾳ τ' Ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν.* Numerosius esset *ἀχεῖν*, praecedente scilicet dactylo. Noster Ion. 883. *ἀχεῖ Μουσᾶν ὕμνους εὐαχήτους.* Scripsit autem Aeschylus, ni fallor, *ἠχεῖν* et *Αἴδῃ*. *Αἴδῃ* Blomfieldius. II. Soph. Trach. 635. *Οἴτας παραναιετάοντες.* Ibid. 643. *Ἰάχων* (sic) *καναχὰν ἐπάνεισιν.* Nemo non videt metro convenientius esse *ἀχῶν*. III. Eurip. Med. 149. *Ἰαχὰν, οἵαν ἁ δύστανος.* Ibid. 174. *Ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων.* Hic etiam antistrophico versui melius respondet *ἀχὰν* quam *ἰαχὰν*. IV. Phoen. 1047. *Ἰαχά τ' ἦν ὅμοιος.* Ibid. 1071. *Ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον.* Lege, *Ἀχά τ'*. V. Ibid. 1302. *Πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω;* Ibid. 1316. *Ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος, ἕνεκεν* (*ἕνεκ'* plurimi codd.) *Ἐριννύων.* Dochmiacum efficies satis justum legendo *ἀχήσω*. Sed recte se habere videtur *ἰαχήσω* secunda producta, etsi non optime respondet *Ἐριννύων*. VI. Hippol. 584. *Ἰαχὰν μὲν κλύω.* Syzygia est dochmiaca. Vel legendum *ἀχὰν*, vel delendum *μὲν*, quod sine ullo incommodo abesse potest. VII. Iph. A. 1045. *Μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχήμασι τόν τ' Αἰακίδαν.* Ibid. 1067. *Ὃς ἥξει χθόνα λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων.* Malim, *Μελῳδοῖς Θέτιν ἀχήμασι.* Plura congerere supersedeo. Aoristus autem *ἴαχον*, quod aliquoties apud Atticos poëtas occurrit, mediam, ni fallor, semper corripit, neque unquam ab iis extra modum indicativum usurpatur. Apud nostrum El. 707. pro *ἰάχει* malim *ἴαχεν* prima et secunda brevi. [Noster Hel. 1161. *Καὶ ἰαχὴ σὴ καθ' Ἑλλανίαν.* In quo versu *ἰαχὴ* non solum secundam corripere videtur, verum etiam primam singulari exemplo producere. Latent, ni fallor, sub litteris *καὶ ἰαχὴ σὴ* verba *καίτοι κέκλησαι.* Confer v. 993. *Ex Addendis.*]

753. Vocabulum *ἀρχέτας*, quod *ἁπαξαπλῶς λεγόμενον* vocat Barnesius, legitur etiam in El. 1149. monente Musgravio. Dicitur *θρόνον ἀρχέταν* ut *τύραννον δῶμα* Hippol. 843. *τύραννον ἑστίαν* Androm. 3. Nota autem in hoc versu postremam vocabuli syllabam positione productam ante mutam et liquidam. Quod ne in melicis quidem saepe fit. Sic *ὑπὸ πλάκα* apud Soph. Aj. 1220. *κατά τε ὁρία* Trach. 1014.

754. *Ἐν* superfluit. Brodaeus. Idem monuit ad v. 511. Utrobique *ἐν apud* significat, ut passim apud tragicos. Usitatior locutio esset *παρ' Ἀθάνᾳ*. [Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 46. legit *γλαυκᾶς τ' ἐν Ἀθάνας*. *G. D.*]

757. Minime silentio praetereundum *ὑποδεχθεὶς* activo sensu

pro ὑποδεξάμενος adhibitum. Satis scio haud raro permutari κοσμησάμενος et κοσμηθείς, στεφανωσάμενος et στεφανωθείς, et similia. Sed in verbis hujus generis nihil inter mediam, quam vocant, et passivam formam interest, nisi quod στεφανωσάμενος, verbi caussa, *a se coronatus*, στεφανωθείς *ab alio coronatus* plerumque significet. Longe rarius permutantur aoristi verborum quorum aoristus activus nullus sit, medius autem sensum habeat vere activum. Cujus permutationis exempla nonnulla in appendice dabo. Passivum est, εἰσδεχθέντες apud Demosthenem adv. Boeotum p. 1012. ed. Reisk. Passiva sunt etiam ἐδωρήθη apud Soph. Aj. 1029. χειρωθείς Oed. C. 903. Trach. 1059. κτηθεῖσα apud Eurip. Hec. 449. ἐκτήθη apud Thucyd. I. 123. II. 36. [Passiva sunt etiam θεσθὲν apud Thucydidem III. 38. βιασθῇ ibid. 47. βιασθεὶς IV. 19. βιασθέντες VII. 11. 43. 45. ἁλοφυρθεὶς VI. 78. Exempla quae daturus eram aoristorum mediorum et passivorum promiscue usurpatorum, alio loco et tempore proferam. *Ex Addendis.*]

58. Κίνδυνον τιμεῖν. Hanc locutionem alibi non reperi.

61. Πολυαίνετον edd. recentiores, ut legisse videtur Brodaeus.

62. Ἐμὶ χθονὶ etiam E. G. Ἐμῇ χθονὶ H. Stephanus. Ἐμῷ χθονὶ recte edd. recentiores.

*id.* Κεύθειν. *In animo habere*, ut infra v. 879. Sic etiam in Suppl. 295. Ἀλλ' εἰς ὄπνον μοι μῶθος, ὃν κεύθω, φέρει.

64. Metro melius conveniret ἵπτορας. Vide ad v. 865. MUSGRAVIUS.

65. Καὶ λεύσιμον ἄλγος vet. cod. apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. Λεύσιμος, monente Heathio. Permutantur Ἄργος et ἄλγος etiam in Suppl. 737. Quamvis ἄλγος in textum receperim, minime video quid significet λεύσιμον ἄλγος. Exspectares ἀθάνατον ἄλγος, ut in Hel. 993. aut aliquid ejusmodi. Raro autem vidi uberiorem conjecturarum segetem. Καὶ λεύσιμον ἄγος metro violato legendum censuerunt Scaliger et Duportus, καὶ δείσομεν Ἄργος Canterus, ἐπὶ λεύσιμον ἄλγος Heathius, κελεύμασιν Ἄργους Reiskius. *Optime*, inquit Musgravius, *nisi analogia postularet* κελεύσμασιν. *Favet huic conjecturae MS. E. in quo superscribitur* κελεύσιμον. [Θῦμα λεύσιμον, *sacrificium exsecrandum*, ut recte interpretatur Butlerus, Aesch. Agam. 1127. Sed locum desidero ubi λεύσιμον non *lapidatione dignum* sed *lapidatione pejus* significet. Hoc enim postulare videtur ἄλγος. Vide v. 247. *Ex Addendis.*]

66. Citat Barnesius Psalm. XXVII. 1. Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κυριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω;

769. Pro εἴτ' ἐμοῦ, οὔτ' ἐμοῦ conjecerunt Stephanus et Scaliger, οἱ θεοὶ Canterus, ἤτ' ἐμοῦ Duportus, ἢν γ' ἐμοὶ vel etiam μετ' ἐμοῦ Reiskius, οὔτε νῦν Heathius. Quibus omnibus latuerant duo vulgatae scripturae foedissima menda, ποτε scilicet quatuor verbis bis adhibitum, et ἄν cum futuro φανοῦνται conjunctum. Duas emendationes proponit Musgravius vix dignas quae memorentur. Prima est, οὔποτε θνατῶν Ἥσσονες πρυτάνεις θεῶν φανοῦνται. Altera, quae auctori suo magis placuit, οὔποτ' ὀθνείων Ἥσσον' ἐς τόδ' ἄνακτ' ἐμὼ φανοῦνται. Vertit Portus, *Nunquam mortalibus inferiores dii videbuntur.* Ita Aesch. Theb. 520. Κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά του νικώμενον. Mendum videtur esse in literis ΠΟΤΑΝΕΙΤ ΕΜΟΥ. [Ad sanandam loci corruptelam variae sunt a criticis propositae conjecturae, quarum nulla ab omni parte satisfacit. Ac nos quoque dubitanter rescripsimus ποτ' ἄντιν γ' ἐμοῦ φανοῦνται, hoc sensu: *nunquam mortalibus inferiores erunt, nisi ego quoque vincar:* quam rationem ita demum certam putaremus esse, si, quo modo particulae negativae aut pronomina personalia passim a scripteribus graecis repetuntur, eodem voculam ποτὲ ab Euripide repeti potuisse constaret. Erfurdt. l. supra ad v. 354. indicato. οὔποτε θνατῶν ἥσσονές ποτ' ἂν ἔκ γ' ἐμοῦ φανοῦνται tacite scripsit Reisig. in commentat. de vi et usu ἄν particulae p. 101. et in Syntagm. crit. p. 43. *G. D.*]

770. Legendum metro postulantae, τὸ γὰρ οὐδας. Musgravius. Primus pes spondeus est, cui in antistrophico respondet dactylus, secundus paeon primus, tertius bacchius. Similis est v. 894. modo Ἀφροδίτα primam corripiat.

773. Videtur scribendum ἄλλῃ. Canterus. Ἄλλᾳ. Ita ob sensum metrumque scribo pro ἀλλὰ, idque Cantero, Scaligero, Porto, Duporto auctoribus. Barnesius.

774. Τᾆδ' ἐκάγοντα primus edidit Hervagius ed. secunda.

*Ibid.* Verbum est δορύσσω, futurum δορύσω, cujus participium frustra solicitant viri docti [Reiskius et Musgravius] in Eurip. Heracl. 774. Ad verbum δορύσοντα reddas *hasta pugnaturum.* Brunckius ad Soph. Aj. 1188. Δορυσσόντων μόχθων ἄταν ἐκάγων. Nostro loco δορύσσοντα metro repugnante Commeliniana et sequentes ante Musgravium. [In loco Euripideo recte vulgatur δορύσσοντα: mutandus enim est versus antistrophicus, quem sic refingo: ἀνεμόεντι δὲ γᾶς ὄγθῳ. Erfurdt. ad Sophocl. Ajac. 1177. p. 686. *G. D.*]

775. 776. Οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ κ. τ. ἑ. Recte Portus, *Haud enim ob meam virtutem aequum est me expelli ex* mearum sedium *atriis.* Male Stiblinus consentiente Brodaeo.

*Non enim meapte virtute possum profligare ab atriis.* Cum dativo ἐμῇ γ' ἀρετῇ confer vv. 475. 660. 789. De locutione ab Herodoto aliisque frequentata, δίκαιός εἰμι, *aequum est me*, quae supra legitur v. 143. consulendus Marklandus ad Suppl. 186. Ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε.

777. Ἀλλ' ἐπεὶ σοι (sic) Hervagiana secunda et tertia. Ἀλλ' ἐπεί σοι Brubachiana et Stibliniana. Ἀλλ' ἐπὶ σοι edd. recentiores. [Ἀλλ' ἐπεὶ σοι (sic) Hervagiana secunda. Ἀλλ' ἐπεί σοι Brubachiana, Hervagiana tertia et Stibliniana. Ἀλλ' ἐπί σοι edd. recentiores. *Ex Addendis.*]

778. Κρίνεται E.

*ibid.* Λήθει. *Obliviscitur.* Ita MS. E. Ed. Ald. et reliqui MSS. [Imo, alter MS.] κεύθει. Musgravius. Retinendum κεύθει, quod pro κεύθεται ponitur. Vide Aesch. Theb. 594. Soph Aj. 634. El. 868. Oed. T. 968. Ant. 911. Ipsum in Supplemento. Κεύθεται non est Graecum. Hujus enim verbi sola activa forma usurpatur. Nostro loco verba οὐδὲ κεύθει *neque latet* significant, i. e. *neque celebrationem curarent.*

779. Hesychius a Musgravio allegatus: Φθινὰς ἡμέρα. τὴν ἑσταμένου τρίτην τριμήνιον λέγει. Num legendum, τὴν ἑσταμένου τρίτῃ ἱερομηνίαν λέγει? Absurda quidem est haec interpretatio, nec tamen auctore suo indigna. Ultimum mensis diem, τὴν ἐνὴν καὶ νέαν, nostro loco intelligi censent Brodaeus aliique plerique. Quam interpretationem libentius amplecterer, si constaret ultimum mensis diem, haud secus atque primum, religioso cultu apud Athenienses celebratum esse. Nec video quid obstet quo minus ad mentem Musgravii νουμηνίαν sive kalendas hic intelligamus. Nullus enim dies majori jure φθινὰς ἡμέρα appellari potest, quam is in quo fit solis et lunae coitus. Quem *interlunii diem* appellat Plinius XVI. 39. νουμηνίαν κατὰ σελήνην Thucydides II. 28. qui monet solem eo solo die deficere. Verba autem κατὰ σελήνην addidit Thucydides, propterea quod νουμηνία πολιτικὴ cycli Metonici non semper in veram νουμηνίαν incidebat.

780. An νέων, *juvenum* vel *puellarum?* Id certe versus postulare videtur. Barnesius. Heathius priorem vocabuli ναῶν syllabam propter vocalem sequentem corripi posse censet. Frustra de metro solliciti sunt viri docti. Versus constat e dipodia iambica, cretico et bacchio. Vide vv. 776. 783. Similes sunt sedecim apud Aeschylum in primo Agamemnonis μέλει, quorum primus est v. 200. Πυοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι. Adde Aesch. Suppl. 549*. 558. 670. 679*. 602*. 607*. Soph. Oed. C. 698. 700. 702. 711*. 713. 716*. 1667. 1578. Quorum qui

asterisco notantur primam syllabam producunt. Nostro loco non metro quidem sed sensui repugnare videtur νεῶν, cujus loco νέων reposui. Cui scripturae favere videtur Pindarus Pyth. V. 168. τὸν ἐν ἀοιδᾷ νέων πρέπει χρυσάορα Φοῖβον ἀπύειν.

781. Ἀνεμόεντι δέ γ' ἐπ' ὄχθῳ. *Imo et in ventoso colle.* In Acropoli scilicet, quae Παλλάδος ὄχθος appellatur Ion. 12. monente Musgravio, ἐλαιοφόρος ὄχθος Herc. 1178.

782. 783. Ordo est, ὁλολύγματα ἰαχεῖ ὑπὸ παννυχίοις κρότοις παρθένων ποδῶν. *Resonant ululatus ad nocturnos plausus virgineorum pedum.* Παρθένων ποδῶν ut παρθένῳ χερὶ Phoen. 845. Cum hoc loco confer omnino Tro. 545. παρθένοι δ' Ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν Βοὰν ἔμελπον εὔφρον'.

782. Ὀλολύγματα. *Festi ululatus*, feminarum tamen. Pollux I. 28. Τὸ γὰρ ὀλολῦξαι καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι, ἐπὶ γυναικῶν. Musgravius. Ita intelligendus Soph. Trach. 205. Ἀνολολύξεται δόμος Ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς Ὁ μελλόνυμφος. ἐν δὲ δὲ κρινὸς ἀραένων Ἴτω κλαγγά. Xenoph. Anab. IV. 3, 19. allegatus a Blomfieldio ad Aesch. Theb. 254. Ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνηλάλαζον, ξυνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. Interdum καταχρηστικῶς de viris dicitur ὀλολύζειν. Vide Aesch. Agam. 604. Aristoph. Eq. 616. 1327. Pac. 97. Hoc autem differunt ὀλολύζειν et *ululare*, quod ὀλολύζειν semper, si bene memini, de re laeta dicitur. Aesch. Theb. 831. Πότερον χαίρω, κἀπολολύξω Πόλεως σαινεῖ σωτῆρι, Ἢ ταὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας Ἀτέκνους ἀλαύσω πολεμάρχους; Eurip. Med. 1176. Εἰ' ἀντίμολπον ἦκεν ὀλολυγῆς μέγαν Κακυτόν. El. 690. Ὡς ἦν μὲν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν, Ὀλολύξεται πᾶν δῶμα. θνήσκοντος δέ σου, Τἀναντί' ἔσται τῶνδε. Vide tamen Soph. El. 750. [Soph. El. 749. Στρατὸς δ' ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα Δίφρων, ἀναλόλυξε τὸν ναυίαν, Οἵ' ἔργα δράσας οἷα τυγχάνει κακά. Trach. 785. Ἅπας δ' ἀνηρώμησεν οἰμωγῇ λεώς, Τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου. Utrobique insigne καταχρήσεως exemplum. *Ex Addendis.*]

784. Diversus, ni fallor, est hic θεράπων a superiore. Ille enim Hyllo, hic Alcmenae servus est. Contra nuntius, qui v. 764. Eurystheum captivum ad Alemenam ducit, fortasse eadem est persona, quae hic θεράπων appellatur. Nonnihil de hac quaestione habet Beckius III. p. 1081.

787. Pro frigido illo τῶδε dedi de meo τούσδε. Ordo videtur esse, μύθους τούσδε καλλίσνους φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε [συντομωτάτους λέγειν]. Vide Soph. Oed. T. 1234. Vel, μύθους τούσδε φέρω, σοί τε συντομωτάτους

*αλύειν, ἐμοί τε καλλίστους* [*λέγειν*]. De ellipsi vide ad v. 312.

88. Nescio quid significet *διήλασεν*, cujus loco *διήνυσεν* reponendum censet Reiskius. Paullo melius esset *διήγαγεν*. Soph. El. 781. *ἀλλ' ὁ προστατῶν Χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην*. Ibidem v. 855. *παραγάσῃς* pro *παραγάγῃς* habet Aldus.

91. Noster Med. 184. *Δράσω τάδ'. ἀτὰρ φόβος εἰ πείσω Δέσποιναν ἐμήν*. Ibid. 930. *Ἔτικτον αὐτούς. ζῆν δ' ὅτ' ἐξηύχου τέκνα, Εἰσῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε.*

93. *Οὐκ ἔστιν. Salvusne est?* Brobaeus. Quasi in libro suo *σῶς ἐστιν* invenerit. Vide nostrum Suppl. 643. incertum Rhes. 525. Deinde cum certum sit Iolaum post v. 747. non amplius in scenam prodire, non video quid significet *ὅδε* in fine versus. Vertit Musgravius, deleto interrogationis signo, *At ille certe non vivit, Iolaus ille quem hic vidisti.* Quam interpretationem ne auctori quidem suo magnopere placuisse credo. Legendum videtur, *Ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι;* Ita noster Iph. T. 537. *Θέτιδος δὲ τῆς Νηρῇδος ἔστι παῖς ἔτι;* *Οὐκ* et *οὖν* saepe permutari nemo nescit. Bis in una fabula, Soph. Oed. C. 587. (ubi *οὖν* praebet altera Juntina) 1199.

94. *Πράξας γ'* P. E.

99. *Σημανεῖ* P. E. In verbis hujus formae praesens pro futuro passim reposuerunt librarii. Vide Aesch. Suppl. 581. Soph. Oed. C. 837. Ant. 242. Trach. 872. Eurip. Androm. 1064. Iph. A. 82. Hel. 1170.

01. *Κατὰ στόμα. Face to face.* Incertus Rhes. 486. *Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα.* Sic etiam vv. 491. 511.

id. *Ἐκτείνοντας* P. E. *Productos.* *Ἐκτείνοντες* e verbo *ἀντετάξαμεν* natum est. Ex eadem caussa dedit Aldus in Suppl. 128. *Τί γὰρ λέγουσιν, ὅσια χρῄζοντες (χρῄζοντος) σέθεν.* *Ἐκτείνειν* hic intransitivum est, ut in Suppl. 654. *Τευχεσφόρον μὲν λαὸν ἐκτείνοντ' ἄνω Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον.* Ad quem locum haec habet Marklandus: *Ἐκτείνοντας Reiskius.* *Ἐκτείνοντα est, ut puto, ἐκτείνοντα ἑαυτόν*, extendentem seipsum; *i. e. ἐκτεινόμενον*, extensum. *Nam ἐκτείνοντας, opinor, est mendum preli, pro ἐκτείνοντα.* Ita in priore editione vir humanissimus. In altera, ut etiam magis Reiskio parceret, duo vocabula *ἐκτείνοντας Reiskius* delevit. Nostro loco nemini, opinor, durum videbitur *στρατὸν—ἐκτείνοντας*. Ita noster Hec. 38. *Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν, Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην.* Ubi consulendus Porsonus. Soph. Phil. 356. *καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.* Adde

Aesch. Prom. 803. [Praeter Suppl. 123. conferantur sequentia tragicorum loca. Noster Iph. A. 89. *Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένος Ἀνεῖλεν, Ἰφιγένειαν, ἣν ἔκτειν' ἐγώ, Ἀρτέμιδι θῦσαι. Κεχρημένοις* recte Heathius et Marklandus. Soph. Oed. T. 1452. *Οὗμὸς Κεθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τ' ἐμοὶ Πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντε κύριον τάφον. Ζῶντε* Toupius. Aesch. Pers. 831. *Πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένοι* (*κεκτημένοι* de suo Bruinckius) *Πινώσετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι.* Lego, *σωφρονεῖν κεχρημένον, sapientiae inopem*, atque ideo *σωφρονιστοῦ δεόμενον. Κέχρημαι* enim cum genitivo idem significat ac *δέομαι, egeo, opus habeo.* Noster Cycl. 87. *ἀμφὶ δ' αὐχέσι Τεύχη φέρουσι κενὰ, βορᾶς κεχρημένοι, Κρωσσούς θ' ὑδρηλούς.* Ita legendum. Ibid. 97. *εἴτε τις θέλει Βορᾶν ὁδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις.* Sic etiam *πώματος κεχρημέναι* Ion. 1199. Eadem locutio, *σωφρονεῖν κεχρημένον*, eidem poëtae restituenda videtur Agam. 1628. *Γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ Τῷ τηλικούτῳ, σωφρονεῖν εἰρημένον.* De mutatione casus alibi dixi. *Ex Addendis.*]

802. *Ἐκβὰς—πόδα.* Vide v. 169. ubi male Reiskius, *ἐμβήσας πόδα.* Consulendus omnino Porsonus ad Or. 1427.

805. Si sententiam meam circa locum plane conclamatum proferre liceat, versum unum saltem, forsan etiam et plures qui hunc proxime sequebantur, excidisse, hunc autem versum ita olim fuisse scriptum existimo, *Ἥκω, τί τήνδε γαῖαν οὐκ ἐάσομεν.* Heathius. [Aliter Lobeck. in libello de apostropho p. 41. *G. D.*] De lacuna omnino Heathio assentior. Versuum qui exciderunt primus fortasse hujusmodi fuit, *Καὶ τὰς Μυκήνας αὖθις εἰρήνην ἄγειν.* Quae conjectura caussam lacunae satis probabilem sistit, verba scilicet *καὶ τὰς Μυκήνας* parvo intervallo his posita. Ita fere vocabulum *Ἀργεῖας* Hervagio caussa fuit, ut Coprei personam non versui 135. sed versui 140. in prima editione praefigeret. Quod ad scripturam nostri versus attinet, proxima vero est Heathii emendatio, quem miror *εἰάσαμεν* sub vulgata lectione *εἴα σὲ μὲν* latere non vidisse. Adde quod in his locutionibus rectius adhibetur praeteritum quam futurum. Aesch. Prom. 746. *Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει Ἐρῖψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ σκοπέλου πέτρας;* Aristoph. Vesp. 213. *Τί οὐ κατεποιμήθημεν ὅσον ὅσον σείλην;* Lys. 181. *Τί δῆτα ταῦτ' οὐχ ὡς τάχιστα, Λαμπιτοῖ, Ξυνωμόσαμεν, ὅπως ἂν ἀῤῥήκτως ἔχῃ;* Praesens adhibetur in eadem fabula, v. 1108. *Τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην, Ἥπερ διαλλάξειν ἡμᾶς ἂν μόνη.* Ita quoque noster Herc. 1146. Οἴμοι, τί δῆτα (vulgo *τί δή γε*) *φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς,*

Τῶν φιλτάτων μοι γενόμενος παίδων φονεύς; Οὐκ εἰμι (vulgo κοὐκ εἰμι) πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα, κ. τ. ἑ. Cum tertio versiculo confer Androm. 1210. Futurum in vulgatis libris habet noster Hippol. 1060. Ὦ θεοὶ, τί δῆτα ταῦμὸν οὐ λύσω στόμα, Ὅσις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι; Ubi λύω legendum esse monui ad Marklandi Iph. T. 692. [Plato Menexeno p. 236. C. *Τί οὖν οὐ διῆλθες; Ex Addendis.*]

807. Ἀνδρὸς pro ἑνὸς ἀνδρός. Noster Androm. 910. *Κακόν γ' ἔλεξας, ἄνδρα* (ἓν' ἄνδρα Aldus) *δίσσ' ἔχειν λέχη.*

808. Legendum cum Reiskio [et Valckenario ad Phoen. 1235.] μάχην συνάψας. Musgravius. Dativum contra Valckenarium defendere conatur Heathius, sed exempla ab eo allegata nihil ad rem sunt. [Conf. Schaefer. ad Bosii Ellips. p. 266. *G. D.*] Accusativum habet Aesch. Pers. 336. Eurip. Phoen. 1236. Alc. 505. 1143. Suppl. 144. Heracl. 831. Adde ξυνῆψαν ἀλκὴν Suppl. 683. ἔχθρᾳ ξυνάπτειν Heracl. 460. ξυνάψαι πόλεμον Hel. 55. ξυνῆψε πόλεμον Rhes. 428.

*ibid.* Ἄγου. *Abduc* omnes interpretes. Imo, *tecum abduc.* Tantum enim interest inter activam et mediam formam, quantum inter *filium in Hispaniam duxit*, et *filium in Hispaniam secum duxit.* Leve quidem discrimen, minime tamen negligendum. Cum ἄγεσθαι *uxorem ducere* significat, εἰς δόμους vel aliquid ejusmodi plerumque addunt tragici. Interdum vero nudum verbum adhibent, ut noster Iph. A. 433. Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα Αὐλίδος ἀνάσσῃ. τίς νιν ἄξεται ποτε; Unde fortasse legendum in Or. 1654. Γῆμαι πέπρωται σ' Ἑρμιόνην. ὃς δ' οἴεται Νεοπτόλεμος ἄξεσθαι (vulgo γαμεῖν) νιν, οὐ γαμεῖ ποτε.

813. Λόγων primus edidit Hervagius ed. secunda. Eadem varietas apud Soph. Phil. 896. Λόγου conjecit Brodaeus.

814. Οὔτ' αὐτὸς αὑτοῦ δειλίαν Barnesius. Vide ad v. 144. Sive αὐτοῦ sive αὑτοῦ scribatur, sensus est, οὔτε ἑαυτοῦ δειλίαν. Aesch. Agam. 845. Τοῖς τ' αὐτὸς αὐτοῦ πήμασιν βαρύνεται, Καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει. Soph. Oed. C. 929. Σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν Τὴν αὐτὸς αὐτοῦ. Idem Aj. 1131. *TET. Εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών. ΜΕ. Τούς γ' αὐτὸς αὑτοῦ πολεμίους. οὐ γὰρ καλόν.* Quae loca attuli, ut viderent discipuli geminatum pronomen αὐτὸς αὑτοῦ pro ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ et ἑαυτοῦ usurpari. Ceterum ad δειλίαν supplendum αἰδεσθεὶς sive αἰσχυνθεὶς, monente Brodaeo. Ita incertus Rhes. 926. *Κἀπεί σε εἶκτο, ξυγγόνους αἰδουμένη Καὶ παρθενείαν, ἢ' ἐς εὐύδρους πατρὸς Δίνας.* Qui locus nostro simillimus est, modo παρθενείαν pro amissa virginitate accipias.

[Atticista Anonymus: *Αὐτὸς αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἐμαυτόν. Αὐτοῦ* (f. *αὐτὸς αὐτοῦ*) *ἀντὶ τοῦ ἐμαυτοῦ. Αὐτῷ* (f. *αὐτὸς αὐτῷ*) *ἀντὶ τοῦ ἐμαυτῷ. Ex Addendis.*]

817. *Δουλώσων* pro *δουλωσόμενος*. Noster Suppl. 492. *Πολέμους ἀναιρούμεσθα, καὶ τὸν ἥσσονα Δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα, καὶ πόλεις πόλιν.* Iph. A. 1269. *Οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον.* Activa forma *in servitutem redigere*, media *sibi in servitutem redigere* significat. Incertus Rhes. 410. *σοὶ δὲ δουλώσας λεὼν Παρέσχον. Tibi in servitutem tradidi.* Ubi soloecum esset *δουλωσάμενος*. Namque in hujusmodi verbis activa forma pro media interdum usurpatur, nequaquam autem media pro activa.

822. *Λαιμῶν βροτείων.* De Macariae sacrificio hic loquitur poëta. Parcit autem illius descriptioni, ne Alcmenae dolorem pariat. Barnesius. Hujusmodi monita subtiliora sunt quam veriora. Non recordatus est Barnesius, Polyxenae caedem quinque et sexaginta versibus matri delatam esse. Nisi forte putavit hoc inter Hecubam et Alcmenam interesse, quod illam quinquaginta liberis orbatam ad novum dolorem de quinquagesimo primo obduruisse necesse esset. Ceterum eandem locutionem habet noster Iph. A. 1084. *Βρότειον αἱμάσσοντες λαιμόν.*

*Ibid.* *Οὔριον φόνον, Secundum sanguinem.* Faustum scilicet et salutarem, ut recte interpretes. Cicero de Divinat. I. 15. *Auspicia quae alicui secunda evenerunt.* Soph. Oed. C. 1456. *Ἔπτηξα θυμόν. οὐρανία Γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.* Ubi *οὐρανία* ex *οὐνία* natum videtur, *οὐνία* ex *οὐρία*. Schol. *Οὐρανία γὰρ ἀστραπή. ἀντὶ τοῦ ταχεῖα.* [*Οὔριον φόνον.* Noster Hel. 1603. *αἵματος δ' ἀποῤῥοαὶ Εἰς οἶδμ' ἐσηκόντιζον οὔριοι ξένῳ. Ex Addendis.*]

823. 824. Post *ἀσπίδων* interpungit Heathius, ita vertens, *Hi vero sub clypeis, lateribus latera tegebant.* Ceteri omnes, *sub clypeorum lateribus.*

824. *Πλευροῖς* P. E. Suspicor vocabula *πλευραὶ*, *πλευραῖς* et *πλευρὰς* in tragicorum scriptis ubique vitiosa esse. Vide omnino Porsonum ad Hec. 814. Or. 217. qui alteram formam a librariis obliteratam in nonnullis locis restituit. Quibus adde Soph. Aj. 1409. *Παῖ, σὺ δὲ πατρός γ', ὅσον ἰσχύεις, Φιλότητι θιγὼν, πλευρὰς ξὺν ἐμοὶ Τάσδ' ἐπικούφιζ'.* Ubi malim, *πλευρὰν ξὺν ἐμοὶ Τοῦδ' ἐπικούφιζ'.* Ubi vulgo legitur apud nostrum *πλευρὰς*, malim *πλευροῖς* Cycl. 207. *πλευρὰν* Herc. 53. *πλευρά τ'* ibid. 1100. In Iph. T. 298. scriptura incertior est. Vide an legendum, *λαγόνας εἰς μέσας.*

826. Pollux III. 51. *Ἔποιτο δ' ἂν τούτοις, πολίτης. τὸ δὲ συμ-*

πολίτης, οὐ δόκιμον, εἰ καὶ Εὐριπίδης αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἡρακλείδαις τε καὶ Θησεῖ. Adde Aesch. Theb. 611.

828. Οὐδ' αὖ τὸ τάργος edd. veteres praeter Aldinam et Hervagianam primam. Οὐδ' αὖ τόδ' ἄργος Canteriana. Veram scripturam primus exhibuit Portus.

*ibid.* Μὴ καταισχῦναι θέλων. Interpretor, *ne quis volens dedecoraret*, ut θέλων sit per enallagen casus pro θέλοντα. Alioqui pronum est emendare [cum Reiskio et Heathio] θέλειν. Musgravius. Loca scriptorum quae ad interpretationem suam defendendam attulit vir eruditus, cum diversissima sint a nostro loco, memorare supersedeo. Participium θέλων et verbum ἐλίσσετο separari nequeunt. Legendum igitur, μὴ καταισχῦναι θέλειν, id est, μὴ καταισχύνειν. Ita noster El. 1354. Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω. Vide Marklandum ad Suppl. 882. Παῖς ὤν, ἐτόλμησ' οὐθὲν οὐ πρὸς ἡδονὰς Μουσῶν τραπέσθαι, καὶ τὸ μαλθακὸν βίου. [Si recte se haberet participium, scribendum esset, οὐ καταισχῦναι θέλειν. Noster Ion. 1117. Τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσώμενον Ἐξηῦρεν ὁ θεὸς, οὐ μανθῆναι θέλων. *Ex Addendis.*]

[J. C. Orellius in append. ad Isocr. antid. p. 389.:

ὁ δ' αὖ τό τ' Ἄργος μὴ καταισχύναι, θεοὺς,
καὶ τὰς Μυκήνας, συμμάχους τ' ἐλίσσετο.

*G. D.*]

829. Ἐλίσσετο. *Supplicabat.* Verbum minime imperatorium ex industria adhibuisse videtur poëta, quo melius Eurysthei timiditatem exprimeret. Alioqui προυτρέψατο, *hortatus est*, aut aliquid ejusmodi dixisset.

830. Ἐσήμηνε impersonaliter accipiendum est. Cujus constructionis exempla attulit H. Stephanus v. Σημαίνω. Vide Xenophontem Paed. V. 3, 52. Anab. I. 2, 17. (ubi suspicor ἐσάλπιγξε e glossa ortum esse) II. 2, 4. III. 4, 4. In his locis ὁ σαλπιγκτὴς subaudiri monent interpretes. Suppleri potest etiam ὁ στρατηγός. Noster Tro. 1266. Χωρεῖτε, Τρώων παῖδες, ὀρθίαν ὅτ' ἂν Σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ. Sed eandem rationem in hac locutione obtinere existimo, quam in ὗει, νίφει et similibus, in quibus male ὁ θεὸς supplent grammatici. [Herodotus VI. 27. Φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι, Ἔσεισε pro σεισμὸς ἐγένετο dixit. Thucydides IV. 52. monente Stephano v. Σείω. *Ex Addendis.*]

*ibid.* Ὄρθιον. *Magno sonitu.* Citat Barnesius Aesch. Pers. 389. ὄρθιον δ' ἅμα Ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας Ἠχώ. Vide etiam superiorem annotationem. Praeconis ὀρθίων πηρυγμάτων meminit Soph. El. 688. De Tyrrhenica tuba

vide Barnesium ad Phoen. 1386. et interpretes ad Soph. Aj. 17.

832. *Αὐχεῖς. Existimas.* Brodaeus. Vide vv. 334. 931. Exempla passim occurrunt. Sic etiam ἐλπίζειν de re praeterita dicitur.

[832. *Πόσον τιν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν, | πόσον τινὰ στεναγμὸν, οἰμωγήν θ' ὁμοῦ;* Ita legendum ex emendatione H. Stephani. Codd. E. G. auctore Musgravio, *πόσον τιναγμόν.* Fallitur. E. quidem *πόσον τιναγμὸν* habet, sed G. totidem literis *πόσον τίνα στεναγμόν.* Nec nisi in accentu dissentit Rom. C. qui *ποσόν τινα στεναγμὸν* habet. Elmsleius ad Medeam 569. p. 170. *G. D.*]

833. *Πόσον τινὰ στεναγμὸν* [quod habent edd. recentiores] H. Stephani conjectura est. Ed. Ald. *πόσον τινὰ τιναγμόν.* MSS. E. G. *πόσον τιναγμόν.* Praestat haud dubie H. Stephani conjectura, quae et ipsa subinsulsi aliquid habet. Quis enim non potius dixisset, gemitus laetosque clamores simul auditos esse? Hom. Il. Δ. 450. *Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν.* Sed talis sensus quomodo hic efficiendus sit, non dixerim, nisi forte legendo, *Πόσον τινὰ στεναγμὸν, εὐχωλήν θ' ὁμοῦ.* Musgravius. Aesch. Agam. 332. *Καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα Φθογγὰς ἀκούειν ἐστὶ συμφορᾶς διπλῆς.* Stephani emendationem recte improbat Musgravius, Homericum *εὐχωλὴν* male Euripidi tribuit. Scripturam quam praebebant codices quamvis mendosam, in textu repraesentavi, quippe sub qua latere videretur vera scriptura. [Thucydides VII. 71. *Ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι.* Mallem, si consentirent libri, *βοὴ, ὀλοφυρμός.* *Βοὴ* et *κραυγὴ* hac significatione promiscue usurpantur. Sed non praetermitti debet Aeschyli locus, unde fortasse defendi potest nostri loci emendatio a Stephano proposita. Agitur de pugna Salaminia Pers. 424. *Οἱ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον, Ἀγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων Ἔπαιον, ἐῤῥάχιζον. οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ Κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα.* Ex *Addendis.*]

834. De vocabulo *πίτυλος*, quod nostro loco *ὁρμὴ* significat, consulendus Monkius ad Eurip. Hippol. 1462. [1464.] et Blomfieldius ad Aesch. Theb. 855. [862.] quorum interpretationibus nihil quod addam habeo.

836. Homerus Il. N. 130. *Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκει προθελύμνῳ, Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.* Virgil. Aen. X. 361. *Concurrunt, haeret pede pes, densusque viro vir.* Brodaeus. Virgiliana locutio, *hae-*

*vestigiorum* Euripideam *πους δυσίχνευτος ποδί, pes cum pede alternatus*, vix attingit.

37. Ἑκατέρᾳ μάχῃ P. E. ad Markland. Iph. T. 719. *Μάχη ἣν καρτερά* dicunt prosae orationis scriptores. Herodotus I. 76. *Μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης, καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς γενομένης.* Thucydides I. 49. *Ἦν τε ἡ ναυμαχία καρτερά.* IV. 43. *Καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερά.* Constructio est ut apud Soph. Ant. 259. *Λόγοι τ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοί, Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα.*

38. Noster Phoen. 1156. *Πολλοὶ δ' ἔπιπτον, κρᾶτας αἱματούμενοι.* Androm. 1143. *Πολλοὶ δ' ἔπιπτον μιγάδες.* In Or. 1489. suspicor e glossa interlineari natam esse vulgatam scripturam, *Νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἐμείδων, οἱ δ' ἔκλαιον.*

*id.* *Κελεύματος* omisso Σ e Commeliniana in Musgravii editionem propagatum est, ipso invito, ut constat ex ejus annotatione ad v. 765. ubi hanc formam diserte improbat.

39. Ὦ τὰς Ἀθήνας. Supplendum *οἰκοῦντες*. Nam *σώζοντες* non convenit. Vide ad v. 812.

*id.* Non est quod miremur *γύην* cum articulo masculino conjunctum. Sic enim [monente Barnesio] poëta incertus (Simonides, opinor) apud Platonem Epist. I. p. 310. A. *γύαιμαι βεβῶτες σύμφυτοι γύαι.* Sophocles in Rhesaico apud Athenaeum p. 30. A. *Κύπριος ἅπαντα κἀπὶ κλῆρον ἔμοι γύην.* Lycophron v. 252. *Κεῖται, πίφαυσκε δ' ὥστε λῃστοῦ γυαῖ Λόγχαις ἀποσκίβοντες.* Musaeum v. 11. Adde Aesch. Prom. 869. *Τῆς καλλιπάκτου Σικελίας λοιπὸν γύας.* Ita recte Robortellus. Apud Soph. Oed. C. 58. meliores libri, οἱ δὲ πλήσιοι γύαι, deteriores ex emendatione, οἱ δὲ πλησίον γύαι. Contra in Anti 569. ubi in melioribus legitur, *Ἀρώσιμα γὰρ χάλικος εἶσιν γύαι*, vel *γύαι*, *ἀρώσιμοι* recte praebent libri deteriores. Apud eundem Bacch. 18. ubi vulgo legitur, *Δίρκαν δὲ Λυδὸν τὰς πολυχρύσους γύας*, τὰν πολυχρύσων potius quam τὰς πολυχρύσους legendum videtur. Qui femininum *γύη* Atticis ignotum fuisse mecum arbitrantur, legent procul dubio in Hel. 68. *Τί δῆτα Νείλου τοῦδ' ἀπορρῶγας γύας*. In Hec. 454. glossema *πάλαι* pro *γύας* habent codd. et edd. plerique, consentiente Porsono in prima et secunda editione. Hic etiam *τὰς γύας* nonnulli libri.

40. *Ἀρήξειε* pro *ἀπαμυνεῖτε*. *Arcebit*. Noster Med. 1276. *Παρέλθῃ δόρους. ἀρῆξαι φόνου δοκεῖ μοι τίνος;* Vide ad Oed. T. 892. 898.

842. Ἀργεῖον recentiores. Ἀργείων contra metrum habet Aldus etiam in Or. 844. Tro. 94. Θεσπρωτῶν Phoen. 989.

845. Ὄχημ' ἵππειον habet noster Hippol. 1355. ἵππιον ἅρμα Hel. 1511. utrumque metro postulante, neutrum in senario. Ante Barnesium utrobique ἵππειον legebatur, et in El. 825. Δισσοὺς διαύλους ἱππείους διήνυσε. Ἱππίου θεοῦ primus reposuit Valckenarius in Phoen. 1701. *Quod hoc solo nomine rectius est,* inquit Porsonus, *quod iambum pro spondeo praebeat,* in quinta scilicet sede. Nostro loco non refragabor quo minus ἵππιον δίφρον legatur. Quamquam multo libentius retinerem ἵππειον δίφρον quam ἵππειον θεὸν, ἵππειον Ἄργος, ἵππειον Ποσειδῶ et similia.

847. Ἐπεῖχε. *Instabat.* Noster Bacch. 1128. Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς Ἐπεῖχε Βακχῶν. Ad quem locum citat Musgravius Plutarchum Pyrrho p. 393. C. Ἔνθα δὴ Λεόνατος ὁ Μακεδὼν ἄνδρα κατιδὼν Ἰταλὸν ἐπέχοντα τῷ Πύῤῥῳ.

848. Λέγοιμ' ἂν ἄλλου elegantissima et certissima Valckenaerii emendatio est, proposita ad Phoen. 826. Ed. Ald. et MSS. λέγοι μὲν ἄλλος. Musgravius. Λέγοιμ' ἂν ἄλλου legisse videtur Brodaeus, cujus annotatio ita se habet: Κλύων. *Ea ex alio audiens.* Dedi de meo, Λέγοιμ' ἂν ἄλλων. Ita Aesch. Pers. 266. Καὶ μὴν παρών γε, κοὐ λόγους ἄλλων κλύων, Πέρσαι, φράσαιμ' ἄν. Eurip. Tro. 481. Καὶ τὸν φυτοῦργον Πρίαμον οὐκ ἄλλων πάρα Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν Αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' ἑρκείῳ πυρᾷ. Ut nostro loco ἄλλος pro ἄλλων, ita Ἕλληνος pro Ἑλλήνων habet Aldus in Iph. T. 495. πόνος pro πόνων apud Soph. Oed. T. 315. τίνος pro τίνων El. 534.

849. Παλληνίδος. Quae in vico Atticae colitur, cui Pallene nomen. Ἔστι δὲ, ait Stephanus, καὶ δῆμος Ἀττικὸς τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, οὕτω λεγόμενος. Παλλήνη, ὁ δημότης Παλληνεύς. Herod. I. c. 62. Ἀκικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρόν. Brodaeus. Ex Herodoto patet vicum hunc inter Athenas et Marathonem situm esse. Musgravius. Nomen non Παλλήνη sed Πάλληνον fuisse suspicor ex adverbio Παλλήναδε, cujus loco Βαλλήναδε per jocum dixit Aristoph. Ach. 234. Apud Andocidem de Mysteriis p. 53. pro ἐπὶ Παλληνίῳ malim ἐπὶ Παλλήνῳ.

851. Huc respicere monet Brodaeus Plutarchum adversus Stoicos p. 1057. E. Ὁ Εὐριπίδου Ἰόλαος ἐξ ἀδρανοῦς καὶ παρήλικος εὐχῇ τινι νέος καὶ ἰσχυρὸς ἐπὶ τὴν μάχην ἄφνω γέγονεν. ὁ δὲ τῶν Στωϊκῶν σοφὸς, χθὲς μὲν ἦν αἴσχιστος ἅμα καὶ κάκιστος, τήμερον δὲ ἄφνω μεταβέβληκεν εἰς ἀρετὴν, καὶ γέγονεν ἐκ ῥυσσοῦ καὶ ὠχροῦ, καὶ, κατ' Αἴσχυλον, ἐξ ὀσφυαλγοῦς καὶ ὀδυνοσπάδος λυγροῦ γέροντος, εὐπρεπὴς, θεοειδὴς, καλλίμορφος.

552. [a]Κἀντίσασθαι δίκην. Sic etiam mox v. 882. μὴ ἀντίσασθαι δίκην. Legebatur etiam τὴν δὲ τίσασθαι δίκην in Med. 1316. sed Brunckio φόνῳ e codd. reponenti obsecutus est Porsonus. *Duas lectiones e Cottoniano*, inquit Porsonus, *notavit collator*, φόνῳ *et* φόνον, *quarum neque haec contemnenda est.* Dativum habent omnes libri, quantum ex editorum silentio conjicere licet, in ejusdem fabulae v. 261. Πόσων δίκῃ τῶνδ' ἀντίσασθαι κακῶν. Sic etiam Bacch. 845. Τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον Δίκῃ μίτειμι. Malim utrobique δίκην. Ita Aesch. Agam. 1271. Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον, Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντίσασθαι φόνον. Choëph. 986. Ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐν δίκῃ μόρον Σῆς μητρός. Eum. 230. Ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας Μίτειμι τόνδε φῶτα [καὶ κυνηγέτις.] Ita interpungendum. Noster Bacch. 516. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἔποιν' ὑβρισμάτων Μίτεισι Διόνυσός σ'. In his locutionibus adhibetur duplex accusativus eodem fere modo ut in αἰτῶ σε ἀργύριον et similibus. Dum de hac re agitur, duas observationes ad usitatissimam locutionem δοῦναι δίκην pertinentes hic subjiciam. Prima est, eadem significatione interdum dici λαβεῖν δίκην, quamvis *poenas dare* et *poenas sumere* apud Latinos non minus inter se differant quam τίσαι δίκην et τίσασθαι δίκην. Noster Bacch. 1309. Πόλει τε τάρβος ἦσθα. τὸν γέροντα δὲ Οὐδεὶς ὑβρίζων ἤθελ', εἰσορῶν τὸ σὸν Κάρα. δίκην γὰρ ἄξιαν ἐλάμβανεν. Lego, ἄξιαν ἂν ἔλαβεν ἄν. Herodotus I. 115. Οὗτος δὲ ἀνηκούστησέ τε καὶ λόγον οὐδένα ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. Altera observatio spectat ad Or. 612. Ἐκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐκσεῖσαι πόλιν, Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ λύσιμον δοῦναι δίκην. Δοῦναι δίκην, inquit Porsonus, *quod alibi fere sonat* poenas pendere, judicium subire, *hic rarissimo usu ponitur pro eodem prope*, *quod Latine dicitur* jus dare *vel* reddere. Haec ille, cui fraudi fuit distinctio loco non suo posita. Ita interpungendum: Ἐκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐκσεῖσαι πόλιν Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, [ὥστε ὑμᾶς] λύσιμον δοῦναι δίκην *). Similis constructio verbi ἐκσείειν v. 255. [Noster Or. 433. Συνῆκα. Παλαμήδους σε τιμωρεῖ φόνου. Ita Aldus. Fluctuant codd. inter φόνος, φόνου et φόνον. *Quodvis probum*, inquit Porsonus, *sed optimum videtur* φόνος. Aesch. Agam. 1271. Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντίσασθαι φόνον. Cum Baech. 1309. confer Atticistam Anonymum: Ζημίαν λαβεῖν ἀντὶ τοῦ ζημιω-

[*) Conf. N. A. in *the class. Journ.* vol. XXIII. p. 218. qui eodem modo scholiasten haec intellexisse monet. *C. D.*]

θῆναι. *Δίκην λαβεῖν*, *poenas sumere*, praeter alios Isocrates *περὶ Ἀντιδόσεως* pp. 380. 390. *Ex Addendis.*]

854. Legendum, ni fallor, [cum Reiskio] *ἐπὶ ζυγοῖς*. Musgravius.

856. *Παῖδά θ'* Reiskius. *Παιδά σ'* ed. Commelinianae vitium typographicum in Musgravianam manavit.

857. *Ἐκ δυσαιθρίου*. Barnesius *ἐκδὺς αἰθρίου*, quod metro adversatur, ne dicam et sensui. Musgravius. *Ἐκ δυσαιθρίου* ipsius Musgravii emendatio est.

859. *Ὁ πλεινὸς Ἰόλεως* primus edidit Hervagius ed. secunda. Ita etiam emendavit Brodaeus. Vide Porsoni Advers. p. 89.

860. Eurystheum ad Scironides rupes non solum captum, sed etiam interfectum esse narrat Apollodorus II. 8, 1. cujus verba vice alterius argumenti fabulae praemisit Barnesius: *Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα, πρὸς Κήυκα* (v. 194.) *παρεγένοντο. ὡς δὲ, ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος, ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες, διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον. διωκόμενοι δὲ, ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν, ἠξίουν βοηθεῖσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς, πρὸς τὸν Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέσχησαν. καὶ τοὺς μὲν παῖδας αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, Ἰφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην, ἀπέκτειναν. αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ ἤδη παρισπεύοντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας Τίλλος. καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀπεκεφάλισεν, Ἀλκμήνῃ δίδωσιν· ἡ δὲ περιέκοψε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ.* Cum Apollodoro consentit Pausanias I. c. 44. p. 109. a Brodaeo ad v. 1026. citatus: *Προελθοῦσι δὲ ἐς τὸ πρόσω, μνῆμά ἐστιν Εὐρυσθέως. φεύγοντα δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς μετὰ τὴν πρὸς Ἡρακλείδας μάχην ἐνταῦθα ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὸ Ἰολάου λέγουσιν.* Latius Atticae nomen sumsisse videtur Thucydides I. 9. *Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος.* Scironidas rupes describit Strabo IX. p. 391. *Μετὰ δὲ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς ἀκτῆς* (male vulgo *τῆς Ἀττικῆς*) *αἱ Σκειρωνίδες πέτραι, πάροδον οὐκ ἀπολείπουσαι πρὸς θάλατταν. ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ. οὗτοι δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς, ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνος ἐστι, διὰ τὸ ὑπερκεῖσθαι ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν. ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Ποτινοκάμπτου, τῶν λῃζομένων τὴν λεχθεῖσαν ἀρωγὴν, φῶς παθεῖν Θησεύς. ἀπὸ δὲ τῶν ἄκρων τούτων καταγίζοντα σκαιὸν τὸν Ἀργέστην, Σκείρωνα προσηγορεύκασιν Ἀθηναῖοι.* Post Strabonis aetatem, viam latiorem et meliorem reddidit Hadrianus Caesar, teste Pausania p. 107. *Τὴν δὲ ὀνομαζο-*

μένην ἀπὸ Σκίρωνος [καὶ ἐς τόδε Σκιρώνην] ἡνίκα Μεγαρεῦσιν ἐπολεμάρχει, πρῶτος, ὡς λέγουσιν, ἐποίησεν ἀνδράσιν εὐζώνοις ὁδεύειν. Ἀδριανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ οὕτως, ὡς καὶ ἅρματα ἐναντία ἐλαύνεσθαι, κατέστησεν εὐρυχωρῆ τε καὶ ἐπιτηδείαν εἶναι. Verba καὶ ἐς τόδε Σκιρώνην corrupta sunt. E recentioribus consulendus in primis Wheelerus, *Travels in Greece*, p. 436. Quod ad scripturam vocis attinet, alii Σκείρων et Σκειρωνίδες per diphthongum, alii Σκίρων et Σκιρωνίδες per simplicem vocalem scribunt. De qua re consulendus omnino Tzschuckius ad Strabonem VIII. p. 380. cum scriptoribus ab eo indicatis. Ventus ΣΚΙΡΩΝ appellatur in aede octo ventorum Athenis. Quocunque modo scribatur, sine ulla controversia producitur prima syllaba. Egregie fallitur Stephanus Byzantinus v. Σκίρος, qui locum Atticae Σκίρον appellatum, ubi celebrabatur festum Σκίρα sive ἐπὶ Σκίρῳ, ad eandem familiam refert cum rupibus Σκειρωνίσι. Σκίρα priorem corripit apud Aristoph. Thesm. 834. Eccl. 18. 59. Sic etiam proculdubio Minerva Σκιρὰς, et fortasse mensis Σκιροφοριών. Vide Herodotum VIII. 94. et Strabonem IX. p. 393. cum eorum interpretibus.

53. Ἡ δὲ νῦν τύχη. Sic [cum Reiskio] legendum putavi pro τῇ δὲ νῦν τύχῃ, quod metrum respuebat, manente πάροιθεν: quamquam pro hoc πάροιθε quoque legi potuit. Musgravius. Vide ad v. 583.

55. 866. Haec leguntur apud Stobaeum CV. p. 562. cum lemmate, *Euripides in Cressis*. Priorem versum ita exhibet Stobaeus, Τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦτε, πρίν. Similes tragicorum sententias indicavi ad Soph. Oed. T. 1528.

74. Ἐλεύθεροί τε male Reiskius. Praestat enim altera particula in hujusmodi repetitionibus. Aesch. Pers. 402. ὦ παῖδες Ἑλλήνων, ἴτε, Ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ Παῖδας, γυναῖκας. Noster Med. 98. Τόδ' ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες, μήτηρ Κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον. Ibid. 131. Ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν Τᾶς δυστάνου Κολχίδος. Ibid. 399. Πικροὺς ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους, Πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός. Ibid. 960. Δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων; Δοκεῖς δὲ χρυσοῦ; Ibid. 1029. Ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην, Ἄλλως δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνοις, Στερρὰς ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας. Ibid. 1071. Ὦ φιλτάτη χεὶρ, φίλτατον δέ μοι κάρα. [Corrige meum errorem ad Soph. Oed. T. 1224. Brunckii ad Aj. 1050. *Ex Addendis*.]

76. Ἐμβατεύσετε G. Musgravius. Quae futuri forma legitur in Hec. 913. Τάλαιν', οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω. Nostro loco media forma e vicino ὄψεσθε nata est. En alterum exem-

plum ejusdem vitii. Aristoph. Nub. 862. Ὅτι βρενθύεται ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τῷφθαλμῷ παραβάλλει. Mediam formam παραβάλλει exhibent codd. et edd. ni fallor, omnes. Activam postulat sermonis Graeci ratio, ut in Eq. 173. Ἔτι νῦν τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν. Recte igitur, ad Nubium locum alludentes, βρενθυόμενος καὶ τῷφθαλμὰ παραβάλλων Plato Symposio p. 221. B. et Athenaeus p. 216. A. τῷφθαλμῷ παραβάλλειν Pollux II. 52. Recte τῷφθαλμῷ παραβάλλεις ipsa poëtae verba allegat Laërtius II. 28. Simile quid passus est noster Herc. 1375. Ὡς ἀθλίως πέπραγα κἀποξεύγνυμαι. Ubi πέπραγμαι intulit Porti excitantia.

884. Κρατοῦντα. Κεκρατημένον. Brodaeus. *Victum.* Portus. Attice vox activa pro passiva. At Josephus Scaliger notat pro κρατοῦντα, Κράτει τε καὶ σῇ δεσποτούμενον χερί. Barnesius. Fortasse κρατοῦσα, aut πιτνοῦντα, aut δακρύοντα, aut δακρυοῦντα pro δακρυόεντα. Reiskius. Ut κρατοῦντα idem quod κρατούμενον significare possit vix mihi persuaderi patiar. Distinctionem puto tollendam post κρατοῦντα, et ponendam post ὄψοις, ita ut haec vertantur, *Ut eum oculis videres, et imperantem licet nunc tuae manus imperio subjectum.* Heathius. Legendum, ni fallor, ἀκρατοῦντα, i. e. ἀκρατῶς σε gerentem. Musgravius. Qui *afflictum* habet in versione Latina. In eorum gratiam qui κρατοῦντα passivo sensu accipiunt, et *victum* interpretantur, moneo νικῶντα pro νικώμενον in Suppl. 694. occurrere, ubi εἴκοντα Valckenarii conjecturam probat Marklandus. Virorum doctorum ad nostrum locum conjecturae Sardi sunt venales, alius alio nequior. Sub κρατοῦντα latere videtur verbum quod ζῶντα significet. Quo sensu non male legeretur βλέποντα, si propius ad receptam scripturam accederet. Vide nostrum Hec. 311. Alc. 140. Iph. T. 718. Fr. 628. Hel. 1017. Phryxo fr. 15. Soph. Aj. 1067. [κἀκοῦντα, *male mulctatum*, conjicit J. C. Orellius in append. ad Isocr. antid. p. 390. *G. D.*]

886. Ἔξευξ' ἀνάγκη P. E. Vide Marklandum ad Suppl. 220. Ita Aesch. Prom. 107. θνητοῖς γὰρ γέρα Μοιρῶν, ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι τάλας. Idem ζεύξω βαρείαις dixit Agam. 1468. subaudito, ut videtur, ἀνάγκαις, ἅπαις, πημοναῖς, aut tali quodam vocabulo.

888. Καὶ μέμνησό μοι Reiskius. Καὶ μέμνησ' ὁμοῦ recte Porsonus Advers. p. 274.

890. Ἐλευθερώσειν μ' Porsonus ibid. Ita legendum ipse videram.

891. Videtur intercidisse hic φῆσις una, vel etiam plures. Neque enim satis decorum puto famulum haec petentem

nullam responsionem ab Alcmena ferre. Musgravius. Brumoso quam Musgravio dignior annotatio.

892. Ἐκοὶ χορὸς μὲν ἡδύς. Supplendum esse εἴη e v. 894. monui ad v. 181. Quamquam utrobique ἐστὶ sententiae convenientius esset quam εἴη. Non enim optantium sed affirmantium sermo est.

893. Εἰ λίγεια λωτοῦ χάρις. Si fistulae adsit jucunditas. Brodaeus. Adsit modo dulcis gratia fistulae. Barnesius. Qui ex Scaligeri sententia male εἴη pro εἰ dedit.

893. Δαῖ pro δαιτί, per hypocopen. Stiblinus. Videtur scribendum ἐνὶ δαιτί. Canterus. Cujus emendationem tacite adoptavit Barnesius. Notandum autem ἐνὶ, quod raro hac significatione apud tragicos legitur. Ἐνὶ ναυσὶν noster Iph. T. 1109. An legendum utrobique ἐπί? Ἐπὶ ναυσὶν Eurip. Hel. 1149. Thucydides II. 80. IV. 10.

894. Εἴη τ' P. R. Particulae μὲν v. 892. respondet δὲ v. 895. Epithaton εὔχαρις, quod bis tantum usurpat Euripides, utrobique Veneri tribuitur. Alter locus est Med. 632.

895. Ἐν cui arrideat τερπνὸν δ' ἔτι, quod mihi olim arrisit, cito Aesch. Prom. 536. Ἡδύ τι θαρσαλέως κ. τ. ἑ.

896. Τῶν πάρος οὐ δοκούντων. Qui nullo antea in numero habebantur. Οἱ δοκοῦντες, ἔντιμοι καὶ ἔνδοξοι dicuntur. Brodaeus. Recte. Praeter Tro. 609. quem locum supra ad v. 168. attuli, citat Musgravius Hec. 293. Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν Πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει. Heathio placet Porti interpretatio, Qui ante non videbantur esse felices.

899. Τελεσιδότειρα E. G. Analogiae repugnare videtur haec vox per Ω scripta. Quamvis enim δωτῆρες ἐάων et δῶτορ ἐάων dixerit Homerus, Attici *), ni fallor, in derivatis a δίδωμι semper O adhibent, praeterquam in δωσίπυγος, προδωσέταιρος, et similibus, quorum diversa est ratio. Ὀλβοδότειρα legitur in Bacch. 419. ὑπνοδότειρα in Or. 175.

(*) At in poeticis vocabulis nullus aut perexiguus est dialecti usus, sed illa spectanda est analogia, quae universe apud poetas formarum varietatis inventrix fuit. Pendet ea autem ex duobus primariis, iisdemque antiquissimis metris, dactylico et jambico, atque ex his quoque dactylicum aliquam praerogativam habet. Hinc et haec vocabula, quae a δίδωμι facta sunt, et plurima alia, ita videmus composita esse, ut aut ad dactylicum genus, aut ad jambicum accommodarentur. Neutri vero generi apta est haec forma, τελεσιδότειρα, quam dactylici numeri τελεσιδότειρα, jambici autem τελεσιδῶτις esse postulabant. Quo magis su-

900. *Αἰών τε Κρόνου παῖς. Aetaeque Saturni filia.* Portus. *Et Aeon Saturni filius.* Musgravius. Qui nonnulla de deo Aeone collegit. [Conf. *Buttmann über den Kronos oder Saturnus*, in den Abhandlungen der hist. philol. Klasse der Berl. Akademie aus d. J. 1814. p. 166. *G. D.*] Jovem hic intelligi parum dubito, dicet eum ita appellatum alibi non repererim. Sed philosophari videtur noster. Passim conjunguntur *Μοῖρα*, *fatum*, et Jupiter. Noster El. 1247. *τἀντεῦθεν δὲ χρὴ Πράσσειν, ἃ μοῖρα Ζεὺς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι.* Adde Soph. Phil. 1466. modo ὁ πανδαμάτωρ δαίμων Jupiter sit.

901. *Ἔχεις λόγον τίν'*, mavult Musgravius. Femininum *δίκαιος*, quod illi fortasse displicuit, legitur etiam in Iph. T. 1202. *Δίκαιος ηὐσέβεια καὶ προμηθία.* Nisi ibi legendum *δίκαιον*.

902. *Διὰ μέσου* esse verba *οὐ χρή ποτε τόδ' ἀφελέσθαι* monet Musgravius. Edd. superiores plenam distinctionem habent post *δίκαιον*, minimam in fine versus. Malim autem metri causa *οὐ χρή ποτέ σ' ἀφελέσθαι*. Versus constare videtur e dipodia jambica, paeone primo et bacchio. Multos similes, nisi quod creticum pro paeone habent, citavi ad v. 780.

*Ibid.* *Ἀφελέσθαι.* *Tolli*, quasi passivum sit, reddit Portus, *amittere* Musgravius. Imo, *tollere*, *abstulere*. Noster Androm. 523. *Καὶ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι.*

903. *Ὁ δὲ μὴ φάσκων.* Nempe, *δεῖν τιμᾶν θεοὺς*, insanit. Brodaeus. Legendum forte ob metrum *πιφάσκων*. Musgravius. *Πιφαύσκων*, quod cum verbo *φημὶ* nihil commune habet, aliquoties apud Aeschylum occurrit. *Πιφάσκω* vel *πιφάσκων* a nomine, quod sciam, usurpatum est. Praesens est *φημὶ*, praeteritum imperfectum *ἔφασκον*, participium *φάσκων*. Nam *ἔφην* apud Atticos semper aoristus est. Praesens *φάσκω* non est in usu, licet ab eo derivari videantur praeteritum et obliqui modi. Legitur quidem apud Platonem Phaedone p. 113. C. *ὡς οἱ ποιηταὶ φάσκουσι.* Sed non dubito locum mendosum

---

spectam habemus istam scripturam apud Euripidem, praesertim quum codd. ibi *τελεσσιδότειρα* praebeant. Et hoc quidem defendi fortasse poterit, ultima non elisa, et in antistropha inserto *τι* ante *παραιρῶν*: sed fatemur tamen, hiatum in fine huius versus nobis non magnopere placere. Quare veremur, ne in antistropha *φρονήματος* ex interpretatione receptum sit, poeta autem sic dederit, *τῶν ἀδίκων τι παραιρῶν Λήματος αἰεί.* Hermann. in Censura in Nov. Edit. Stephaniani Thes. Lond. p. 17. 18. *G. D.*]

esse. Quod ad nostrum locum attinet, vide an pro duabus brevibus syllabis Ἀφρο v. 894. unam longam μὴ antithetico versu adhibuerit poëta. Confer vv. 916. 926. Saltem nullam probabilem emendationem video.

ıoli sunt in ea bibliotheca, exstet ulla Aeschyli, Soıt Euripidis fabula, praeı illas passim obvias, sinscilicet poëtarum primas ır. B. plerumque consenlorentino Vossii, de quo : Valckenarius Diatrib. p. Euripidis *Penthco quae tantur, leguntur in ejus s, quae tragoedia in exiice Florentino* Euripidis *inscribitur, ut in eodem* ıripidis *Hippolyto praefi-ίδρα· huc spectabat* Is. ıd Catull. *p.* 221, *cujus debetur ad istum Codicem aliquot dramatum instiratissima collatio, quam a praebet Leidensis.* De one a me consultus Burui eam Leidae diligenter t, in margine ed. Canteiptam esse respondit, perο ad eam fabularum *ἐν-* quam in praefatione ad p. 8. indicaseem, primas cilicet cum Troasin et nisi quod semel ad Bacnel etiam ad Cyclopem ıentio facta esset: quae ıas monuisset collator, li esse: *In codice inscri-θνός.* Specimen collatioamplum dedit Valckenaippolyti editione, in qua ut observatione indignum ıtione praetermiserat, in ıri seorsum descriptum s proposuit. Cujus variae instituta comparatione ırentiano B. eum reperi levissimis erroribus conqui non nisi in duabus ejusdem codicis collationibus reperiri solet. Sed Vossianum codicem a Laur. B. diversum fuisse multis argumentis ostendi potest. In Laur. B. non exstant Troades, nedum Bacchae et Cyclops. In Vossiano haud dubie fuerunt Troades, fortasse etiam Bacchae et Cyclops. In Laur B. legitur integra Medea, Rhesus usque ad v. 714. *κρυφαίος ἐν πέπλοις.* In Vossiani collatione ad initium Medeae scriptum monet Burgesius: *Desunt priora aliquot folia hujus tragoediae:* ad Rhesi v. 606. *Reliqua hujus tragoediae desunt in eo Codice, quem contuli.* Versus complures, quos propter *ὁμοιοτέλευτον* in Vossiano omissos monet Valckenarius ad Phoen. 565. omnes leguntur in Laur. B. Neque hic tam plenus errorum est, quam ille fuisse videtur, licet plerumque mirifice consentiant. Neque in quorum manibus codicem Florentiae repererit Vossius, neque quo Florentia avolarit, hodie statui potest. Mihi tamen arridet Burgesii suspicio, Vossianum codicem eum ipsum esse, quem in Aug. Matthiae usum Hafniae contulit B. G. Niebuhrius. Scimus enim Fridericum IV. Daniae regem anno MDCCIX. aliquamdiu Florentiae commoratum esse. Cui ipsi, vel comitum ejus aut aulicorum cuipiam, codicum Graecorum coëmendorum si voluntas adfuit, occasionem certe non defuisse illis temporibus arbitror. Brevi, ut spero, Burgesii suspicionem aut diluet aut confirmabit Aug. Matthiae diu exspectata ad Euripidem annotatio.

Aulide [b], Phaedra sive Hippolytus, Medea, Alcestis, Andromache, Electra, Hecuba, Electra sive Orestes, Phoenissae; Aeschyli Prometheus, Septem ad Thebas, Persae. Nulla deest in eo Euripidis fabula praeter Troadas. Sed Bacchas longe minus integras habet quam Palatinus et impressi. Desinunt enim, ut jam monui, in v. 754. *ὁπόσα δ' ἐπ' ὤμοις ἔθεσαν, οὐ δεσμῶν ὕπο.* Qui versus in penultima fabulae pagina scriptus est, ultima omnino vacua relicta. Unde certissime constat, reliqua omnia, quae in impressis leguntur, in hoc codice nunquam exstitisse, sive quod librum mutilum describendum sumserit librarius, sive quod ad describendi laborem in media fabula ob aliquam caussam interruptum nunquam reversus sit. Magnopere sane dolendum est, integras Bacchas in codice Laurentiano non exstare. Nam in priore fabulae parte longe plures bonae lectiones in eo quam in Palatino reperiuntur. Correctorem passus est Laurentianus, qui non ex ingenio, ut mihi quidem videtur, sed ex alio libro multa mutavit, plerumque quidem recte, interdum vero secus. Prima scriptura longe propius ad Palatini scripturam accedit quam ea, quae in ejus locum reposita est. Exempla vide ad vv. 55. 67. 115. 138. 407. 421. 430. 503.

E Laurentiano C. derivati sunt Laurentianus D. et Parisienses E. G. quos vix in numero codicum habendos esse supra monui. Quod ne temere statuisse videar, aliquid de singulis dicendum est.

LAUR. D. sive Laurentianus Plut. XXXI. 1. de

b Rhesus, Ion et utraque Iphigenia ab eadem manu scriptae sunt: ceterae omnes, ni fallor, a diversa, eaque minus nitida et accurata. Illas quatuor tragoedias eodem ordine habere cod. Palatinum monui in praefatione ad Medeam.

Bandinius T. II. p. 73. seq. Apographum est Lau-
ıni C. recentissimum et pessimum, utpote ab ho-
valde imperito exaratum[c]. Desinit prima scriptura
750. ὕδίας τ' ἐρυθραῖς θ' αἳ κιθαιρῶνος λέπας (sic).
versus quum paginam plenam faceret, nec nisi
or hujus fabulae versus in archetypo superessent,
ıeglexit scriba, nec novam paginam inchoare
e pretium duxit. Longo post tempore alius scriba
ım ex Aldina editione explevit. Cujus scripturam
igentia imitatus est, ut ῥᾶν pro ὁρᾶν v. 1173. ce-
[ue typographi errores retinuerit.

PAR. E. Parisiensis Bibliothecae Regiae 2887.[d] a
ravio collatus, postea vero in Bacchis accuratius
ınckio[e]. Nitide sed non accurate scriptus est,

pauca specimina. Scripsit
ro γύας vel γυίας v. 13.
ro κτανεῖν v. 30. ἰκοῦσι pro
v. 33. ἀναμεμιγμαίναι pro
ιγμέναι v. 37. σεμέλεις pro
et οἵπερ pro ὕπερ v. 41.
ro πενθεῖ v. 44. τοῦδ' ἀμῶς
οὐδαμῶς v. 46. μεταστήσο
αστήσω v. 49. μαινάσοι pro
v. 52. μετέβαλα pro μετέ-
. 54. πύμπανα pro τύμπανα
ενθέους et ὁρεῖ pro πενθέως
r. 61. εὐαβομένα pro εὐαζο-
67. ἀναδϊόνυσσον pro αἰεὶ
ον v. 72.

es hujus bibliothecae codi-
3. 2887. 2888. eadem manu
pro uno codice in tres par-
so habendi sunt. Exstant
omnes Graecorum tragico-
ıbulae hodie superstites,
Aeschyli Agamemnonem et
ıoros, Sophoclis Ajacem,
m et Oedipum Tyrannum,
is Troadas. A Brunckio
ıoelis editione omnino neg-
hunc codicem miror. Fuit
icolai Ridolphi Cardinalis,
X. P. R. sororis filii, cui

dono datum a Jano Lascari osten-
dit epigramma, quod in annota-
tione mea ad v. 754. legere licet.
Quisnam fuerit ille Ridolphus, cui
tam praeclarum oblatum donum,
ignorare se fatetur Brunckius in
praefatione ad quatuor Euripidis
Tragoedias A. D. MDCCLXXX.
editas. Satis de eo dictum in prae-
fatione ad Catalogum Librorum
Impressorum Bibliothecae Regiae
Parisiensis p. xix.

e Codicum Parisiensium colla-
tio, quae cum aliis quibusdam
Musgravii scriptis Academiae Ox-
oniensis aere redemtis in tabulario
Typographei Clarendoniani serva-
tur, ostendit eum non talem dili-
gentiam huic labori adhibuisse,
qualem eum oportebat, qui novam
Euripidis editionem adornandam
suscepisset. Non Aldinam editio-
nem, quae tunc temporis neque
rara erat, et parvi constabat, sed
Genevensem Pauli Stephani men-
dis typographicis refertam cum
MSS. contulit. Accentuum, quos
qui neglexerit, nemo unquam rem
bene gessit, nullam omnino ratio-

longe tamen accuratius Laurentiano D. Licet e Laurentiano C. aut descriptus aut saltem derivatus sit, librarius haud pauca ex oscitatione mutavit, nonnulla quoque, ni fallor, suo judicio usus [f].

PAR. G. Parisiensis Regiae Bibliothecae 2817. cui convenirent omnia quae de Par. E. dixi, nisi eum nitide scriptum esse monuissem. Ab hac enim laude longissime abest Par. G. qui neque inter bonos neque inter pulchros codices habendus est.

Parisienses E. G. e Laurentiano C. derivatos esse certissimo hoc argumento mihi constare videtur, quod quum omnes in eodem versu desinant, non eam scripturam exhibent Parisienses, quam a prima manu habuit Laurentianus, sed eam, quae in illo a correctore reposita est. Si primam Laurentiani C. scripturam exhiberent Parisienses, magnus dubitandi locus esset, utrum hi ab illo, an et hi et ille ab antiquiore quodam codice, qui in eodem fabulae versu desineret, nec jam exstaret, derivati essent. At primam Laurentiani scripturam, quae ex archetypo codice haud dubie orta

nem habuit. Unde in errores incidit, quorum unum indicatum vide ad v. 107.

f Scripsit v. c. τἀντεῦθεν pro τἀνθένδε v. 49. τοῖς χοροῖς pro καὶ χοροῖς v. 148. ἔκδημος ὢν pro ἔκδημος ὢν μὲν v. 215. ἦν ἄξια pro ἔστ' ἄξια v. 246. ἐρράφη pro ἐνερράφη v. 286. διὸς pro πυρὸς v. 288. οὔποτ' pro οὔτ' v. 327. τὰν βροτῶν pro τὰ βροτῶν v. 592. λέξον pro μοι λέξον v. 460. λόγοι pro νόμοι v. 484. εὕροι pro ἐξεύροι v. 488. ἐκάλεσε δ' εὔιον pro ἐκάλεσεν εὐίου v. 579. ὁ βάκχος pro ὁ βάκχος δῶμα v. 623. τί ποτ' ἂν pro τί ποτ' ἄρ' v. 639. προσώπιος pro προνώπιος v. 644. λόγου pro λόγον v. 668. εὗρον pro εὗδον v. 682. ἐλύετο pro ἐλέλυτο v. 696. τοῦτον pro τὸν νῦν v. 711. πλάνη pro πλάνης v. 716. δ' εἰς κέρας pro κεἰς κέρας v. 742. Parisiensis alter βροτοῖς pro θνητοῖς v. 42. παύσει pro παύει v. 280. λόγχαις pro λόγχης v. 304. νεανίδαι pro οὐρανίδαι v. 592. εὐαίων pro εὐαίωνα v. 426. πενθέα pro πενθέως v. 442. ἀνθρωπίνης pro θνητῆς v. 448. ἀγρίου pro ἀγρίους v. 699. καινῶν pro κοινῶν v. 714. Hoc καινῶν, quod admisit Musgravius, merum librarii errorem esse ostendit Laur. C. qui κοινῶν ut vulgo. Eodem argumento rejiciendum ἦν ἄξια v. 246. aliaque nonnulla, quae pro veris haberi possent, si non amplius exstaret Laur. C.

est, non exhibent Parisienses, sed secundam a correctore profectam. Non igitur ab archetypo illo descripti sunt Parisienses, neque ab alio ejus apographo descripti aut derivati, sed ab ipso Laurentiano a correctore jam emendato.

Eodem argumento Laurentianum D. ex C. originem traxisse statuendum est, licet librarius quatuor versus, quos addere potuisset, prorsus omiserit. Caussam omissionis supra indicavi.

Quid factum sit codice, quo usus est Aldus, hodie penitus ignoratur. Neque duo Stephani codices, quos in itinere Italico inspexisse se ait, quisquam praeter eum unquam vidisse videtur. Sed recte, opinor, de iis statuit Brunckius ad v. suae ed. 231. nostrae 235. In librorum deperditorum numero habendus est etiam MS. Cottonianus, de quo vide praefationem ad Med. p. 9.[g] De Florentino Vossii supra satis dictum est.

Haec fere habui, quae de scriptis libris dicerem. Quae licet maximam partem potius ad universas Euripidis fabulas quam ad hanc vel illam pertinerent, malui tamen in praefatione ad Bacchas proferre, quam omnino indicta relinquere.

Longe pauciora de impressis dicenda habeo. E sex editionibus, quas *veteres* appellare soleo, scilicet Aldina, tribus Hervagianis, Brubachiana et Stibliniana, maximi post Aldinam momenti est Hervagiana secunda, quae A. D. MDXLIV. in lucem prodiit. In ea enim

g Ex eo Barnesius ad titulum fabulae: *in Florentino tamen codice inscribitur Pentheus. MS. Cotton.* Ad v. 209. *MS. Cotton.* ὄλγα ἀνθρώπων. Ad v. 281. *Sicris omnia nam dare Deus proposuit. Horat. MS. Cotton. huc applicat.* Ad v. 1266. *Alludit ad Caliginem Homericam Iliad.* E. v. 127. *Vid. Simplicium in Epictet.* 10. *MS. Cotton.* Haec nec plura ad Bacchas.

multos superiorum editionum errores viri cujusdam docti ope sublatos haud injuria praedicat typographus. In annotatione relegenda video me semel iterumque hujus beneficii auctorem nominasse Jo. Brodaeum, cujus in undecim fabulas annotatio ex eadem officina typographica A. D. MDLXI publici juris facta, sed diu ante conscripta, haud exiguam earum lectionum partem exhibet, quas in Aldinarum locum repositas habet Hervagiana secunda. Quarum haud scio an nulla melior sit ea, quae nunc legitur v. 950. Tales conjecturae licet aliis praeter Brodaeum in mentem venire potuissent, non cuivis certe occurrere solent, adeo ut longe veri similius mihi videatur, ab ipso Brodaeo eas cum typographo Basiliensi communicatas esse [b].

Editionem hujus fabulae promiserat vir ingenio, doctrina et Graecarum literarum amore vix cuiquam secundus, Georgius Burgesius, qui in Troadum editione, quam paene puer instituit, talem de se spem excitavit, qualem, mea sententia, nemo ante eum huic studiorum generi addictus adolescentulus. Is si in Baccharum edendarum proposito perstitisset, ego manum

h En ipsa Oporini verba ex epistola nuncupatoria ad Sebastianum et Amandum Truchsesios: *officii ego mei esse praecipue duxi, ut quae prioribus aliquot aliorum editionibus depravata in eo loca erant, neque pauca certe illa, neque parvi momenti quaedam, pro virili quidem parte mea, quantum saltem ad urgentia praela licebat, emendarem, et in reliquis eruditi cujusdam viri (quem nominare ob singularem ejus modestiam non licet) exemplar castigatissimum, in hunc ipsum nobis usum concessum sedulo imitarer.* Exemplar, quod operis suis tradidit Oporinus, Hervagianae primae fuisse ostendunt errores plurimi et gravissimi utrique editioni communes, neque ex Aldina derivati. Brodaeum quidem Aldina editione usum esse multis argumentis constat. Quorum unum est, quod hujus fabulae v. 325. legendum monet ἀνὰ πόλιν, quae ipsa Hervagianae primae scriptura est. Sed Brodaei correctiones e margine Aldinae in marginem Hervagianae primae transcriptas habuisse videtur Oporinus, fere ut Magii lectiones, de quibus in praefatione ad Medeam egi, ex Hervagiana prima in secundam transcripsit Scaliger.

abstinuissem, et ad alium aliquem laborem literarium me contulissem. Sed constituto fabulae textu non ultra processit Burgesius, neque adhuc, ut ab ipso audio, quidquam annotationis scriptum habet. Textus sui inspiciendi copiam mihi fecit vir amicissimus. Multa in eo optime constituta reperi. Sed pruritum illum corrigendi, etiam ubi omnia integerrima sunt, quem in me reprehendit Hermannus, ego quoque nequeo non reprehendere in Burgesio.

His igitur subsidiis aliisque quibusdam instructus, editionem Euripidis Baccharum paravi superioribus aliquanto fortasse meliorem. Licet enim hac laude cumulare libellum, in quo concinnando plus temporis consumsi, quam quisquam alius eorum, qui eidem negotio operam dederunt. Sed multum abest, quin studio aut exspectationi meae responderit eventus: neque ullum unquam in hoc genere laborem aggressus sum, qui minus prospere mihi cessisse videatur. Est enim haec fabula plena difficultatum, quae meam et emendandi et explicandi facultatem longe superant. Meliora fortasse propediem dabunt alii. Etenim haec aetas feracissima est excellentium ingeniorum philologiae studiis deditorum.

Pergratum mihi fuisset, si veterum scriptorum loca, in quibus aliquid ex hac fabula allegassent, aut imitati essent, aut alio quopiam modo usurpassent, omnia indicare potuissem. Nullum enim annotationis genus est, quod majorem fructum lectoribus afferat. Sed tantum et temporis et laboris uni Euripidis tragoediae impendere non licuit. Quotquot a Musgravio aliisque prolata repereram, diligenter exhibui, nonnulla quoque de meo addidi. In hac re maximo sane adjumento mihi fuit Valckenarius, qui in exemplo editio-

nis Pauli Stephani, quod in Bibliotheca Academiae Leidensis hodie servatur, multa et veterum et recentiorum scriptorum testimonia ad hanc fabulam spectantia congesserat, vel potius breviter indicaverat. Valckenarii annotationem in adversariis suis descriptam mecum communicavit Gaisfordius. Pertinet ad vv. 32. 33. 38. 66. 124. 139. 193. 204. 236. 250. 266. 268. 314. 317. 385. 425. 455. 470. 472. 486. 492. 499. 503. 508. 600. 643. 644. 646. 677. 679. 683. 693. 704. 708. 710. 723. 742. 761. 770. 834. 916. 918. 1127. 1132. 1168. 1234.

Addidi collationem Aldinae editionis similem ei, quae ipsis poëtae verbis in Heraclidarum et Medeae editionibus subjecta legitur.

Librum claudit Euripidis Vita ex codice Mediolanensi nunc primum edita. Quae licet neque copiosa sit, neque multa de poëta nostro nondum vulgo nota habeat, digna tamen mihi visa est, quae ex Ambrosianae bibliothecae tenebris erueretur.

Dabam Oxonii, Kal. Mart. A. D. M.D.CCC.XXI.

# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΒΑΚΧΩΝ[a].

*Διόνυσον οἱ προσήκοντες οὐκ ἔφασαν εἶναι θεόν. ὁ δὲ αὐτοῖς τιμωρίαν ἐπέστησε τὴν πρέπουσαν. ἐμμανεῖς γὰρ ἐποίησε τὰς τῶν Θηβαίων γυναῖκας. ὧν αἱ τοῦ Κάδμου θυγατέρες ἀφηγούμεναι, τοὺς θιάσους εἰσῆγον ἐπὶ τὸν Κιθαιρῶνα. Πενθεὺς δὲ ὁ τῆς Ἀγαυῆς παῖς, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, ἐδυσφόρει τοῖς γινομένοις. καί τινας μὲν τῶν Βακχῶν συλλαβὼν ἔδησεν, ἐπ' αὐτὸν δὲ τὸν θεὸν ἀγγέλους ἀπέστειλεν. οἱ δὲ ἐκόντος αὐτοῦ κυριεύσαντες, ἦγον πρὸς τὸν Πενθέα. κἀκεῖνος ἐκέλευσεν δήσαντας αὐτὸν ἔνδον φυλάττειν, οὐ λέγων μόνον ὅτι θεὸς οὐκ ἔστι Διόνυσος, ἀλλὰ καὶ πράττειν πάντα, ὡς κατ' ἄνθρωπον τολμῶν. ὁ δὲ σεισμὸν ποιήσας, κατέστρεψε τὰ βασίλεια. ἀγαγὼν δὲ εἰς Κιθαιρῶνα, ἔπεισε τὸν Πενθέα κατόπτην γένεσθαι τῶν γυναικῶν, λαμβάνοντα γυναικὸς ἐσθῆτα. αἱ δ' αὐτὸν διέσπασαν, τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς καταρξαμένης. Κάδμος δὲ τὸ γεγονὸς καταισθόμενος, τὰ διασπασθέντα μέλη συναγαγών, τελευταῖον τὸ πρόσωπον ἐν ταῖς τῆς τεκούσης ἐφώρασεν χερσίν. Διόνυσος δὲ ἐπιφανεὶς μὲν πᾶσι παρήγγειλεν, ἑκάστῳ δὲ ἃ συμβήσεται διεσάφησεν ἔργοις, ἵνα μὴ λόγοις ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς ὡς ἄνθρωπος καταφρονηθῇ.*

[a] Hoc argumentum nunc primum typis descriptum prodit ex cod. Palatino, qui θράσους habet pro θιάσους v. 4. παραβὼν pro παραλαβὼν v. 5. ἄλλως pro ἀγγέλους v. 8. κιθερῶνα pro κιθαιρῶνα v. 15. Legendum quoque videtur πράττει pro πράττειν v. 11. quamquam ne sic quidem locum satis emendatum puto. Postrema verba Διόνυσος δὲ ἐπιφανεὶς κ. τ. ἑ. haud dubie corrupta sunt. Vide an scribendum: Διόνυσος δὲ ἐπιφανεὶς, τὰ μὲν πᾶσι παρήγγειλεν, ἑκάστῳ δὲ ἃ συμβήσεται διεσάφησεν, ἵνα μὴ ἔργοις ἢ λόγοις κ. τ. ἑ.

## ΑΛΛΩΣ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ[b].

*Διόνυσος ἀποθεωθεὶς, μὴ βουλομένου Πενθέως τὰ ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφὰς, ἠνάγκασε Πενθέα διασπάσαι. ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ[c].*

[b] Aldus ΤΠΟΘΕΣΙΣ ΒΑΚΧΩΝ. Cod. Pal ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις. Idem διασπασθῆναι pro διασπάσαι, cetera ut Aldus. A Laur. hoc argumentum omnino abest. Apud Barnesium haec ejus loco leguntur: *Διόνυσος ἀποθεωθεὶς, μηδὲ βουλομένου Πενθέως τὰ Ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς Μητρὸς ἀδελφὰς, Σεμέλης λέγω, ἠνάγκασεν αὐτὰς τὸν Πενθέα διασπάσασθαι. Ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ· Τὸ ὄνομα μόνον μετατεποίηται Εὐριπίδῃ· Ὁ χορὸς μὲν συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Βακχῶν. Ἡ δὲ σκηνὴ τοῦ Δράματος ἐν τῇ Θηβαΐδι.* Ita Barnesius quod in edd. superioribus repererat, ex ingenio amplificavit. Sequuntur eum Musgravius, Brunckius et Matthiae, nisi quod paullo propius ad Aldinam accedunt. Quum personam veteris grammatici induere statuisset Barnesius, recte fecisset, si nonnihil de aetate fabulae addidisset: qualis est illud in argumento Medeae: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕβδομὴν Ὀλυμπιάδα.* Proximo post mortuum Euripidem anno, Olympiadis scilicet XCIII. quarto, hanc fabulam actam statuit Musgravius. Sed nihil tale tradit, quem hujus sententiae auctorem attulit Musgravius, scholiastes Aristophanis ad Ran. 67. cujus verba sunt: *οὕτω δὲ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου, τὸν υἱὸν αὐτοῦ διδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* Non dicit grammaticus, utrum patre nuper mortuo, an aliquot annis elapsis, has tres tragoedias docuerit Euripides minor. Quamquam erunt fortasse qui putent, grammaticum potius τετελευτηκότος quam τελευτήσαντος dicturum fuisse, si de longo temporis intervallo loquutus esset. Ita enim loquitur scriptor argumenti in Oedipum Coloneum: *Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱοδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος, ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι.* Sed vix tanti est haec quaestio, cui tot verba impendantur. Hoc saltem certum videtur, Euripidem sub extremum vitae tempus Bacchas scripsisse, idque in Macedonia, cujus regionis bis eam mentionem facit, ut ostendat se populo Macedonico placere voluisse. Vide ad vv. 407. 565. Numeri Baccharum tales sunt, quales in ultimis Euripidem fabulis usurpasse docuit Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 115. In Bacchis v. c. senarii plus minus quinquaginta primum pedem anapaestum habet: in Medea vero sex.

[c] Ex Aeschyli Pentheo nihil apud Stanleium aut Butlerum exstat, praeter unum versum a Galeno servatum, *μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς.* De quo videndus Bentleius Ep. ad Mill. p. 51. Penthei mentionem facit Aeschylus Eum. 24. *Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον. σὺδ' ἀρνημονῶ, | ἐξ οὗ τε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεὸς, | λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταῤῥάψας μόρον.* Ubi haec annotavit scholiastes: *νῦν φησὶν ἐν Παρνασσῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα· ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις, ἐν Κιθαιρῶνι.* Penthei mors etiam Aeschyli Xantriarum argumentum fuit. Suidas v. *Ὀκτώπους*: *ἐν δὲ*

ταῖς Αἰσχύλου Ξαντρίαις, ἡ Λύσσα ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις φησίν· Ἐκ ποδῶν δ' ἄνω | ὑπέρχεται σπαραγμὸς εἰς ἄκρον κάρα, | κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω. Ad Xantrias alludit Philostratus Icon. I. p. 790. αἱ δὲ καὶ ξαίνουσι τὸ θήραμα, μήτηρ ἐκείνη, καὶ ἀδελφαὶ μητρός, αἱ μὲν ἀποῤῥηγνῦσαι τὰς χεῖρας, ἡ δὲ ἐπισπῶσα τὸν υἱὸν τῆς χαίτης. Cujus testimonium neglexerunt, qui Aeschyli fragmenta collegerunt. Nisi erravit Catalogi scriptor, diversae ab Aeschyli Pentheo fuerunt ejus Bacchae. Pro eo quod vulgo legitur, Βάκχαι, Βασσάραι, nescio an legendum, Βάκχαι ἢ Βασσαρίδες. Suspicatur Valckenarius Diatrib. p. 16. Aeschylei Penthei verum fuisse titulum Πενθεὺς ἢ Βάκχαι. Quae conjectura idoneo fundamento carere mihi videtur. Ut Aeschyli et Euripidis Ἱκέτιδες nihil commune praeter nomen habent, ita eorum Bacchae argumenta longe diversa habere potuerunt. Ante Aeschylum, Pentheum docuit Thespis: post eum, Sophoclis filius Iophon, qui et Bacchas docuit, nisi potius apud Suidam v. Ἰοφῶν legendum cum Valckenario Βάκχαι ἢ Πενθεύς. Chaeremonem addunt Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 673. (T. II. p. 292.) et Valckenarius. Sed apud Suidam et Athenaeum, quos auctores allegat Fabricius, nullam Chaeremonis Penthei mentionem offendi. De versu qui in ea fabula fuisse creditur, conjecturam meam dabo ad v. 508. Fuerunt etiam Xenoclis Bacchae, quas Olympiadis XCI. anno primo actas tradit Aelianus Var. Hist. II. 8. eodem scilicet quo Euripidis Troadas. Nec de his dissentit, ut putavit Musgravius, scholiastes ad Aristophanis Vesp. 1317. E comicorum numero Bacchas docuerunt Epicharmus, Diocles, Lysippus, Antiphanes, Epigenes, in quorum fragmentis nihil ex Euripidis Bacchis παρῳδημένον reperi. Hanc fabulam Latine reddidit L. Attius, quem in animo habuisse suspicor Servium ad Aeneid. IV. 469. cujus verba sunt: *Pentheus autem, secundum tragoediam Pacuvii, etiam ipse furuit.* De Neronis Bacchis videndus Casaubonus ad Persii Sat. I. 99. seqq.

## ΕΚ ΤΗΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ[a].

*Διόνυσος διελθὼν Θρᾴκην καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἧκεν εἰς Θήβας, καὶ τὰς γυναῖκας ἠνάγκασε καταλιπούσας τὰς οἰκίας βακχεύειν ἐν τῷ Κιθαιρῶνι. Πενθεὺς δὲ γεννηθεὶς ἐξ Ἀγαυῆς Ἐχίονι, παρὰ Κάδμου εἰληφὼς τὴν βασιλείαν, διεκώλυε ταῦτα γίνεσθαι. καὶ παραγενόμενος εἰς Κιθαιρῶνα τῶν Βακχῶν κατάσκοπος, ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς κατὰ μανίαν ἐμελεΐσθη. ἐνόμισε γὰρ αὐτὸν θηρίον εἶναι. δείξας δὲ Θηβαίοις ὅτι θεός ἐστιν, ἧκεν εἰς Ἄργος. κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτὸν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας. αἱ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς ἐπιμαστιδίους ἔχουσαι παῖδας, τὰς σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο.*

a Hoc argumentum addidi ex Apollodoro III. 5, 2. Alterum versibus politicis, quorum primus est, Τῷ Κάδμῳ πέντε γίνονται παῖδες ἐξ Ἁρμονίας, scripsit Joannes Tzetzes Chil. VI. 562—599. Plura

de Penthei interitu Theocritus Idyll. XXVI. Philostratus Icon. I. 18. p. 790. Oppianus Cyneget. IV. 228—337. Nonnus Dionysiac. XLIV. XLV. XLVI. et e Latinis Ovidius Metamorph. III. 511—733. Hyginus Fab. 184. Quorum plerique Euripidem ante oculos habuerunt, Nonnus totam fere tragoediam in usus suos convertit.

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ[e].

*Διόνυσος. Χορὸς Βακχῶν. Τειρεσίας. Κάδμος. Πενθεύς. Θεράπων. Ἄγγελος. Ἕτερος ἄγγελος. Ἀγαυή. Προλογίζει δὲ ὁ Διόνυσος.*

e Personarum nomina hoc ordine vulgò leguntur: *Διόνυσος. Πενθεύς. Χορὸς Βακχῶν* (Laur. χορός). *Θεράπων. Τειρεσίας. Ἄγγελος. Κάδμος. Ἕτερος ἄγγελος. Γυνή* (Pal. καὶ γυνή). Addit Laur. *Διόνυσος ὁ προλογίζων.* Vetus index a grammaticis confectus talis fuisse mihi videtur:

*Διόνυσος.* *Πενθεύς.*
*Χορὸς Βακχῶν.* *Θεράπων.*
*Τειρεσίας.* *Ἄγγελος.*
*Κάδμος.* *Ἕτερος ἄγγελος.*
*Γυνή.*

Qui ordo ambiguus est, quippe de quo dubitari possit, utrum Penthei e. g. nomen secundum an quintum locum obtineat. Priorem rationem male sequutus est librarius codicis, cujus apographis hodie utimur. Alteram recte restituit Brunckius. Tiresiae in hac fabula nullum futurum fuisse locum, si temporum rationes diligentius attendisset poëta, ipsi monuerunt veteres. Agatharchides apud Photium p. 1352. *οὐδ' Εὐριπίδου κατηγορῶ, τῷ μὲν Ἀγελάῳ περιτεθειπότος τὰς Τηλέφου πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος πέντε γενεῶν πλέον.* Ceterum a Musgraviana abest Cadmi nomen typographi incuria omissum.

# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.

*Ηκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα*
*Διόνυσος, ὃν τίκτει πόθ' ἡ Κάδμου κόρη*
*Σεμέλη, λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί.*
*μορφὴν δ' ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν,*
*πάρειμι Δίρκης νάματ', Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ.*
*ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας*

*ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.*] Sic MS. Palatinus. Sed Laurentianus C. omnesque ab eo derivati, ni fallor, *Εὐριπίδου Πενθεύς*. [Victorius ad Aristotelis Rhet. II. 23, 29. *Apud Euripidem etiam Pentheo, quae falso in excusis inscribitur Bacchae, etc. Ex Addendis.*] Is. Vossius ad Catullum p. 221. *Euripides in Bacchis, seu in Pentheo, sic enim in libris antiquis ista inscribitur tragoedia.* Libri isti antiqui haud dubie sunt codex ille, quem Vossianum appellare solemus. Nonnihil de eo dixi in praefatione. Hanc fabulam sub Penthei nomine bis a Stobaeo citari monet Piersonus Verisim. p. 120. Loca indicabo ad vv. 268. 514. Nonnulli, in quibus est Matthiae, duplici nomine fabulam sive a poëta sive a grammaticis insignitam putant, nempe *Πενθεὺς ἢ Βάκχαι*. Conferunt Sophoclearum fabularum nomina, *Ἀμφίων ἢ Λαφύσσαιος*, *Ἀτρεὺς ἢ Μυκηναῖαι*, *Μέμνων ἢ Αἰθίοπες*, alia multa. Sed haud scio an nulla Euripidis tragoedia duo nomina habuerit. Nec quisquam veterum ejus Penthei mentionem fecisse videtur. Bacchas hanc fabulam appellant Strabo, Plutarchus, Athenaeus, ut alios omittam. Qui eam Pentheum appellat codex Laurentianus, etiam Euripidis Hippolytum appellat Phaedram. Contra fuisse videntur, qui Sophoclis Phaedram appellarent Hippolytum. Simili errore Euripidei Orestis titulus est in multis libris *Εὐριπίδου Ἠλέκτρα*. In Baccharum nomine mutando eo facilior fuit error, quod Aeschyli tragoedia Pentheus dicta est.

1. Confer Hecubae et Troadum prologos, qui a verbo ἥκω incipiunt.

[1. Scholiastes Hephaestionis c. 6. p. 87=170. *τήνδε Θηβαίων χθόνα*, nescio an rectius. Ita *τῆσδε Θηβαίας χθονὸς* vv. 659. 1041. *Θηβαίας χθονὸς* vv. 959. 1200. Libentius *Θηβαίων χθόνα* quam *Θηβαίων χθόνα*, *Θηβαίων πόλιν* quam *Θηβαίαν πόλιν* dixisse videtur Euripides. *Ex Addendis.*]

[3. *Λοχευθεῖσα πυρὶ* pro *ὑπὸ πυρός*. Sic *Προμαθεῖ Τιτᾶνι λοχευθεῖσαν* Ion. 455. *Ex Addendis.*]

[5. Noster Cycl. 95. *πόθεν κάρφεσι Σικελὸν Αἰτναῖον πάγος*. Ibid.

τόδ' ἐγγὺς οἴκων, καὶ δόμων ἐρείπια
† τυφόμενα, Δίου τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα,
ἀθάνατον Ἥρας, μητέρ' εἰς ἐμὴν, ὕβριν.
αἰνῶ δὲ Κάδμον, ἄβατον ὃς πέδον τόδε
τίθησι, θυγατρὸς σηκόν. ἀμπέλου δέ νιν
πέριξ ἐγὼ κάλυψα βοτρυώδει χλόῃ.
λιπὼν δὲ Λυδῶν [1] τὰς πολυχρύσους γύας,

1 τοὺς

106. *Πόθεν Σικελίαν τήνδε ναυστολῶν πάρει.* *Ex Addendis.*]

[7. Ita distinguunt omnes ante Brunckium: τόδ', ἐγγὺς οἴκων. Conjungenda sunt τόδ' ἐγγύς. Ita noster v. 777. Ἤδη τόδ' ἐγγὺς ὥστε πῦρ ἐφάπτεται | ὕβρισμα Βακχῶν. Or. 1626. Φοῖβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλεῖ. *Ex Addendis.*]

8. Aldus; τυφόμενα, δίου τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα. Nec variare credo MSS. nisi quod Pal. Laur. ceterique fortasse omnes τὲ cum accentu scriptum habent. Barnesius hanc particulam, quae sententiae necessaria est, clam omisit. Revocavit eam Musgravius, vel potius a Barnesio omissam esse nescivit. Aug. vero Matthiae Δίου τ' ἔτι πυρὸς dedit ex conjectura Porsoni ad Or. 499. Cujus verba sunt: *Mutatus est verborum ordo ab aliquo, qui vocem ἔτι a verbo, ad quod pertinebat, disjunctam ferre non potuit. Sed ita in hac fabula* 416. [422.] ἔτι πυρὰ θερμὴ τάφου. Meliori exemplo uti non poterat. Sed maxime observatu digna est alia scriptura, quam suppeditat Plutarchus Solone p. 79. A. a Porsono indicatus Adversar. p. 264. ὅθεν ὕστερον (ὡς ἔοικεν) εἰς διαφορὰν αὐτῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ καταστάντων, οὐδὲν ἤνεγκεν ἡ ἔχθρα σκληρὸν οὐδ' ἄγριον πάθος, ἀλλὰ παρέμεινεν ἐκεῖνα τὰ δίκαια ταῖς ψυχαῖς, καὶ παρεφύλαξε τυφομένην ἁδροῦ πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα τὴν ἐρωτικὴν μνήμην καὶ χάριν. Loquitur de Solone et Pisistrato. Plutarchus igitur legisse videtur: τυφόμεν', ἁδροῦ τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα. Quae scriptura non nisi una literula differt ab Aldina. Admisissem eam, si constaret quemquam in re simili ἁδρὸν πῦρ dixisse. Δῖον πῦρ praeter alios dixit noster Alc. 5. σὺ δὴ χολωθεὶς, τέκτονας Δίου πυρὸς | κτείνω Κύκλωπας. [Idem Suppl. 934. Τὸν μὲν Διὸς πληγέντα Καπανέα πυρί. Adjectivo ἁδρὸς nunquam uti tragicos monet Porsonus apud Kiddium p. 224. *Ex Addendis.*] Quum scriptura valde incerta sit, vulgatam obelo confossam in textu reliqui.

9. Flammam Junonis matrem appellat, quod aether supra aërem sit. Brodaeus. Imo, ἀθάνατον Ἥρας ὕβριν εἰς ἐμὴν μητέρα. Ἀθάνατον autem ὕβριν, quia πῦρ ἀθάνατον erat, ut recte monet Musgravius. Confer omnino v. 523.

10. Ordo est, monente Musgravio: ὃς πέδον τόδε, θυγατρὸς σηκὸν, ἄβατον τίθησιν. Ἄβατον, *sacrum, inaccessum*, utpote de coelo tactum. Anaxippus apud Athenaeum p. 416. F. ὁρῶ γὰρ ἐκ παλαίστρας τῶν φίλων | προσιόντα μοι Δάμιππον. Ἢ τοῦτον λέγεις | τὸν * * * ὃν οἱ φίλοι καλοῦσί σοι | νυνὶ δι' ἀνδρείαν, Κεραυνόν; Εἰκότως. | ἀβάτους ποιεῖν γὰρ τὰς τραπέζας οἴομαι | αὐτὸν, κατασκήπτοντά γ' αὐτῇ τῇ γνάθῳ.

12. Aldus ἐγὼ κάλυψα. Apostrophum addendam monuit Heathius, addidit Brunckius. Exstat in Pal. Vide ad ἐγὼ 'τασσον v. 478.

*Ibid.* Βοτρυώδης hic et infra v. 554. pro πολύβοτρυς, quod legitur v. 650. Similiter ἀνθεμώδης v. 462. pro πολυάνθεμος sive πολυανθής.

15—16. Haec leguntur apud Strabonem p. 27. D. iterumque additis verbis Ἀσίαν τε πᾶσαν p. 687. B. Priore loco ostendit Strabo,

*Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας, ιδ'*
*Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχιμον χθόνα.* 15

quantum circa res geographicas tragicis accuratior sit Homerus: altero agit de Bacchi in Asia expeditionibus.

13. Vulgatam τὰς πολυχρύσους agnoscit etiam Strabo utrobique, Si secus esset, libenter reponerem τῶν πολυχρύσων, ut olim monui ad Heracl. 839. Rectius enim ipsi Lydi, quam eorum γύαι, πολύχρυσοι appellantur. Noster τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν dixit Hec. 492. αἱ πολύχρυσοι Λυδαὶ Iph. A. 787. Adde Nicolaum comicum apud Stobaeum Tit. XIV. p. 149—87. καὶ νῦν μ' ὁ Λυδῶν τῶν πολυχρύσων ἄναξ | σύνδειπνον αὑτῷ κἠκρι-τεν εἶναι καὶ φίλον. Phrygum πολυχρύσους δόμους habes apud Euripidem Hel. 934. sed nemo, quod sciam, πολύχρυσα πέδια aut tale quid dixit. Quod si recte se habet πολυχρύσους, potius τοὺς quam τὰς legendum videtur. De qua re praeter ea quae dixi ad Heracl. 839. vide ad Sophoclis Oed. C. 58. ubi Aldinam scripturam οἱ δὲ πλησίοι γύαι inconsiderate improbat Brunckius.

*Ibid.* Pal. γυίας. Sic etiam Laur. *v* a correctore cum gl. καί. Quam scribendi rationem secutus est Aldus Phoen. 651. (ubi digna lectu habet Valckenarius) Alc. 595. 690. Andr. 1046. Hel. 5. 88. alteram Med. 479. Heracl. 839. Victorius etiam γύας El. 79.

14. Hunc versum ab utroque MS. Par. abesse monet Brunckius. Opinor, etiam a Laurentianis. Sed de hac re silent chartae meae.

*Ibid.* Bacchus in Lydia et Phrygia educatus est. Postea vir factus, Persiam, Bactriam, Mediam, Arabiam, Ioniam bello subegit. Constructio igitur est: λιπὼν δὲ τὰς πολυχρύσους γύας Λυδῶν Φρυγῶν τε, ἐπελθὼν τε ἡλιοβλήτους πλάκας Περσῶν, Βάκτριά τε τείχη, etc. Musgravius. Nescio igitur an legendum Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας. Neutram particulam agnoscit Pseudogregorius v. 1583.

15. Aldus Βάκτρά τε τείχη, quod auctore Scaligero correxit Barnesius. Pal. Laur. βάκτριά τε τείχη. Aldus apud Strabonem Βάκτριά τε τείχη priore loco, altero Βάκτρα τε, τείχη. Pseudogregorius v. 1584. βάρεια τείχη.

*Ibid.* Scripsi δύσχιμον pro δύσχειμον, licet cum Aldo consentiant Strabo et Pseudogregorius v. 1584. Quae de hoc adjectivo olim dixi in Diarii Classici T. IX. p. 58. hic repetam quam potero brevissime. Praeter nostrum locum, quater in Attica poësi scribendum videtur δύσχιμος. I. Aeschylus Theb. 509. εἴρξει νεοσσῶν ὡς δράκοντα δύσχιμον. Aldus ruente metro δύσχειμον. II. Idem Cho. 184. σταγόνες ἄφραστοι δυσχίμου πλημμυρίδος. Sic omnes. III. Idem Pers. 566. Θρῄκης ἀμπεδιήρεις | δυσχίμους τε κελεύθους. Olim ex interpretatione legebatur δυσχειμέρους. Heathius δυσχείμους. Blomfieldius δυσχίμους. IV. Euripides Suppl. 962. πνευμάτων ὑπὸ δυσχίμων αἴσσω. Ita recte Hermannus pro δυσχείμων. Saepius non legitur δύσχειμος. Similis formae adjectivum μελάγχιμος simili modo corruperunt librarii. Apud Aeschylum Pers. 301. optimum choliambum, καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχείμου, exhibuit Aldus. Idem dedit apud Euripidem Rhes. 962. οὐκ εἶσι γαίας εἰς μελαγχεῖμον πέδον. His perpensis, nemo, opinor, obstabit, quo minus ex Atticorum scriptis expellatur δύσχειμος. Quocunque modo scribatur, optime ei convenire videtur Latinum *horridus*, quod ad hiemem et procellas saepe referri monet Forcellinus. De frigore Mediae testem habemus Strabonem p. 522. D. ubi de Ecbatanis loquitur: διατελοῦσι δὲ καὶ νῦν οἱ Παρθυαῖοι τούτῳ χρώμενοι βασι-

*Μήδων ἐπελθὼν, Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα,*
*Ἀσίαν τε πᾶσαν, ἣ παρ' ἁλμυρὰν ἅλα*
*κεῖται, μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ*
*πλήρεις ἔχουσα καλλιπυργώτους πόλεις·*
*κἀκεῖ χορεύσας, καὶ καταστήσας ἐμὰς*
*τελετὰς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς,*
*εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν.*
*πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος*
*ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροὸς,*
*θύρσον τε δοὺς εἰς χεῖρα, κίσσινον βέλος,*

*λειφ. καὶ θερίζουσί γε ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς. ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία.* Iterumque p. 525. A. *ἡ πολλὴ μὲν οὖν ὑψηλή ἐστι καὶ ψυχρά.* Haec attulit Barnesius.

16. Laur. a correctore *ἀρραβίαν*. Pseudogregorius v. 1585. *Μήδων παρελθὼν, ἀῤῥάβων τ' εὐδαίμονα, | ἔθνη τὰ μακρὰν καὶ σκότῳ βεβυσμένα.* Qui consulto *Ἀραβίαν* in *ἀῤῥάβων* mutavit, ne scilicet versus pluribus quam duodecim syllabis constaret. Qua etiam de caussa scripsit *βάρεια τείχη* pro *Βάκτριά τε τείχη* v. 15. *πᾶσάν τ' Ἀσίαν* pro *Ἀσίαν τε πᾶσαν* v. 17. *ἢν — Ἕλλησι κεῖσθαί φασι* pro *ἣ — κεῖται, μιγάσιν Ἕλλησι* v. 18. *σπονδῶν τ' ἄπο* pro *καὶ σπονδῶν ἄπο* v. 45. ut sexcenta similia omittam, quae cave ne Euripidi obtrudas, utpote vulgata scriptura meliora. Sed nullum insignius exemplum novi quam v. 8. apud Euripidem, apud Pseudogregorium vero 1578. *τεφροῦμεν' ἤδη, πυρὸς ἄσβεστον φλόγα.*

18. Non opus est ut moneam, Graecorum in Asia colonias Cadmo longe recentiores esse. Sed talia non curat Euripides. Vide ad Ion. 191.

*Ibid. Πλήρης* et similia plerumque genitivum regunt, neque alterum exemplum novi, quod cum hoc conferri possit. Hoc attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 329. p. 470. [qui mox §. 330. *πλήθει* dativum nonnunquam adsciscere monet. Ita noster Here. 372. *πεύκαισιν ὄθεν χέρας | πληροῦντες, χθόνα Θεσσαλῶν | ἱππείαις ἐδάμασσον.* *Ex Addendis.*] Mihi *μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ* dixisse videtur noster, utpote *οἰκουμένας* vel aliquid ejusmodi dicturus.

19. *Καλλιπύργωτος* pro *καλλίπυργος*, quod legitur v. 1200. Male Pseudogregorius v. 1589. *καλλοπυργώτους.*

20. 21. 22. Hoc ordine vulgo leguntur hi tres versus: 22. 20. 21. Neque aliter collocatos reperisse videtur Pseudogregorius v. 1582—1590. monente Piersono Verisim. p. 120. quo auctore a Brunckio transpositi sunt.

22. Apollodorus III. 5, 2. p. 265. *διελθὼν δὲ Θρᾴκην, καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἦλθεν εἰς Θήβας.* Unde facile quemvis in eam incidere posse suspicionem, pro *τελετὰς* reponendum esse *στήλας*, monet Piersonus Verisim. p. 125. Monet etiam Platonem dixisse Phaedone p. 69. C. *καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι.*

*Ibid.* Pal. *ἵν' εἴη ἐμφανὴς* (scripserat *ἐμφανεῖς*). Pseudogregorius v. 1560. *μυστήρι', ἵν' ἦς ἐμφανὴς θεὸς βροτοῖς.*

25. Pal. *θύρσον τε.* Confer *ὕπνον τε* v. 283. *αὐτῆς* v. 1230.

*Ibid.* Aldus *κίσσινον μέλος*, quod nescio an defendi posset, si singulare *μέλος membrum* unquam significaret. Recte MSS. Stephani *κίσσινον βέλος*. Edd. recentiores

ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρὸς, ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν,
Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διὸς,
Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος,
εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους,
Κάδμου σοφίσμαθ', ὧν νιν οὕνεκα κτανεῖν
Ζῆν' ἐξεκαυχῶνθ', ὅτι γάμους ἐψεύσατο.
τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων ὤστρησ' ἐγὼ

aut *κίσσινον βέλος*, aut accentu male posito *κισσινὸν βέλος*. Error ex Hervagiana secunda derivatus cum multis aliis etiam Musgraviana invasit. De confusione literarum β et μ vide ad Sophoclis Oed. C. 217. ubi MSS. antiqui *μέσεις* pro *βαίνεις*. Qui autem hic *κίσσινον βέλος* appellatur thyrsus, infra v. 363. *κίσσινον βάκτρον* dicitur, Ion. vero 217. *ἀκόλεμον κίσσινον βάκτρον*. Confer omnino v. 761.

26. *Ἀνωλόλυξα*, significatione transitiva, lexicographis non observata: *πρὸς ὀλολυγμὸν ἐκίνησα*. Brunckius.

28. Jo. Malala p. 51. *Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ Εὐριπίδης, μετὰ χρόνους εὑρηκὼς τὸ τοσοῦτον σύγγραμμα, τῶν Βακχῶν ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ἀπὸ Πενθέως εἰκὼν ταῦτα· Σεμέλη δὲ λοχευθεῖσα ἐκ βροτοῦ τινος, εἰς Ζῆνα φέρουσα τὴν ἁμαρτίαν, λέγει.* Heathius, qui Malalae testimonium attulit, scribendum suspicatur *μοιχευθεῖσαν*.

*Ibid.* Olim legendum putavi *ἐκ θνητῶν τινος*. Sed nunc probo quod vulgo legitur tum apud Euripidem, tum apud Pseudogregorium v. 1547. Vide ad Sophoclis verba *ὡς θεοῦ τινος* Aj. 998.

29. Noster Or. 76. *εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν*.

30. Intelligo *σοφίσματα*, non *σοφίσματι*. Musgravius.

31. Aldus *ἐξεκαυχώμεθ'*, quod in tertia persona exponendum, ut illud *ἔφασκον*, quod praecessit, monet Brodaeus, cujus ipsius verbis utor. Hinc Hervagiana secunda *ἐξεκαύχωνθ'*, quod in *ἐξεκαυχῶνθ'* auctore Scaligero mutavit Barnesius. Stephani quoque codd. *ἐξεκαυχῶνθ'*.

*Ibid.* Confer v. 244. *ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις | σὺν μητρὶ, Διονς ὅτι γάμους ἐψεύσατο.*

32. Revocavi *τοιγάρ νιν αὐτὰς* ex Aldina. [Scholiastes Pindari ad Nem. IV. 5. *ἄμεινον δὲ φησὶν ὁ Δίδυμος ἐπὶ τῶν πόνων ἀκούειν τὴν νιν. οἱ γὰρ μεθ' Ὅμηρον οὐκ ἀκριβεύουσι τὴν ἀντωνυμίαν. καὶ Εὐριπίδης· Τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων ὤστρησ' ἐγώ.* Potius ob plurale *νιν* quam ob pleonasmum hoc exemplo usus videtur grammaticus. Sed *Ex Addendis*] nullus pleonasmus est in verbis *νιν αὐτὰς*, quae significant *eas ipsas*. *Αὐτὰς* antapodosin habere *πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων* v. 35. jam monui ad Med. 1263. Frustra igitur sunt, qui reponunt *νυν*, quod in Attica poësi *τῷ γὰρ* subjectum nusquam exstat, licet passim occurrat *μέν νυν*. *Τοιγάρ νιν* legitur etiam apud Aeschylum Suppl. 315. *Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ*. Musgravius in textu *τοί γαρ* (sic) *νῦν αὐτὰς* dedit, in annotatione vero haec dixit: *Ita Edd. monitu H. Steph. nec variant MSS. Ed. Ald. νιν*. Vix potuisset vir doctus longius a vero aberrare. Omnes quos vidi MSS. cum Aldo consentiunt. Quod de Parisiensibus ante me monuit Brunckius. Deinde non *τοιγὰρ νῦν*, multo minus *τοί γαρ νῦν*, sed *τοιγάρ νυν* scribendum monuit Stephanus. Edd. autem mire variant. Aldina et Hervagiana prima *τοιγάρ νιν αὐτὰς*. Hervagiana secunda *τοιγάρ* (sic) *νῦν αὐτὰς*. Hervagiana tertia *τοιγὰρ νῦν αὐτὰς*. Hoc *νῦν*

μανίαις (ὄρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν),
σκευήν τ' ἔχειν ἠνάγκασ' ὀργίων ἐμῶν·
καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι
γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων.
ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι,
χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις, ἀνορόφοις ἧνται πέτραις.
δεῖ γὰρ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν, κεἰ μὴ θέλει,
ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,

semel admissum retinuerunt omnes ante Barnesium, qui Stephani scripturam Scaligero auctore tacite adoptavit. Stephanum sequuntur etiam Brunckius et Schaeferus. Matthiae vero τοιγάρ νιν αὐτὸς dedit.

*Ibid.* Aldus οἴστρησ'. Personum sequor, qui ὄστρησ' legendum monet ad Av. 1290. Plura de hac quaestione dicturus sum ad v. 686.

[33. Noster Hipp. 286. τάξι μαντείας ἄξια πολλῆς, | ὅστις σε θεῶν ἀνασειράζει, | καὶ παρακόπους φρένας, ὦ παῖ. Unde παράκοποι φρένας in mentem mihi venit. Aeschylus Prom. 583. οἰστρηλάτῳ δείματι παράκοπον dixit. Restituendum hoc vocabulum Plutarcho T. II. p. 249. E. suspicatur Valckenarius. Vulgo: κατάκοποι δὲ οὖσαι, καὶ μηδέπω τοῦ φρονεῖν παρόντος αὐταῖς, ἐν τῇ ἀγορᾷ προέμενας τὰ σώματα, σκοράδην ἔκειντο καθεύδουσαι. *Ex Addendis.*]

34. Bacchicus apparatus qui fuerit, vel potius quae fuerint tres ejus praecipuae partes, his verbis docet noster v. 176. θύρσους ἀνάπτειν, καὶ νεβρῶν δορᾶς ἔχειν, | στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασιν. Thystum et ferulam addit Brodaeus. De ferula vide ad v. 113. Thysti nulla certe apud Euripidem mentio. [Sed scribere voluisse videtur *thysthlum*, de quo Homeri interpretes ad Z. 134. *Ex Addendis.*]

[35. Attius apud Scriverium p. 108. *Deinde omnes stirpe cum inoluta Cadmaide | vagant matronae, percitatae tumultu.* Ultimum vocabulum corruptum est. Hoc fragmentum praetermisit Scaliger ad Varronem p. 87. seq. ubi Latina Attii cum Graecis Euripidis conferre conatur. *Ex Addendis.*]

36. Γυναῖκες significat feminas adultas, et pro opposito habet παῖδας, non παρθένους. Vide infra v. 695. Musgravius.

*Ibid.* Apollodorus III. 5, 2. δείξας δὲ Θηβαίοις ὅτι θεός ἐστιν, ἦλθεν εἰς Ἄργος· κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτόν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας.

38. Aldus ἀνορόφοις εἶνται πέτραις. Vertit Brodaeus: *super excelsos lapides sedent.* Unde constat eum ἧνται legendum vidisse. Pal. εἶνται et ἧνται, alterum a prima scriptura, alterum ex emendatione sive ejusdem manus sive diversae. Plura hujusmodi vitia sive admissa sive correcta, quae ex illo libro enotavit Amatius, silentio praetereo. Laur. ἧνται, quod licet in MSS. Par. repererit Musgravius, Brunckio admittendum reliquit. Mallem autem, modo consentirent libri, ἀνορόφους ἧνται πέτρας, eadem constructione qua dicitur λευκὰν δ' ὀφρύην καθήμενος Heracl. 595. [Piersonus apud Valckenarium διπορόφοις pro ἀνορόφοις. Sed quis Cithaeronem διπόρυφον appellavit? *Ex Addendis.*]

39. Constructio est: ἐκμαθεῖν ἐμὰ βακχεύματα, ὧν ἀτέλεστός ἐστι, καὶ εἰ μὴ θέλων. Reiskius. Cui imprudenti excidisse videtur θέλων. Ordo est, ni fallor: δεῖ γὰρ πόλιν τήνδε, ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων, ἐκμαθεῖν [αὖπαλ], κεἰ μὴ θέλει. Potest etiam ἐκμαθεῖν absolute dici pro διδαχθῆναι aut παιδευθῆναι, fere ut

Σεμέλης τε μητρὸς ἀπολογήσασθαί μ' ὕπερ,
φανέντα θνητοῖς δαίμον', ὃν τίκτει Διί.
Κάδμος μὲν οὖν γέρας τε καὶ τυραννίδα
Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,
ὃς θεομαχεῖ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ σπονδῶν ἄπο
ὠθεῖ μ', ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμοῦ μνείαν ἔχει.
ὧν οὕνεκ' αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι,
πᾶσίν τε Θηβαίοισιν. εἰς δ' ἄλλην χθόνα,
τἀνθένδε θέμενος εὖ, μεταστήσω πόδα,
δεικνὺς ἐμαυτόν. ἢν δὲ Θηβαίων πόλις
ὀργῇ [1] σὺν ὅπλοις ἐξ ὄρους Βάκχας ἄγειν
ζητῇ, [2] συνάψω, Μαινάσι στρατηλατῶν.

1 ξὺν
2 ξυνάψω,

nostri dicere solent: *You ought to learn.* Minus recte, ut mihi quidem videtur, haec a plerisque accepta sunt, quasi scilicet verborum ἐκμαθεῖν ἀτέλεστον οὖσαν constructio sit ἐκμαθεῖν ὅτι ἀτέλεστός ἐστι. De qua vide ad verba ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως γέροντες ὄντες v. 188. Atqui optime sciebant Thebani, se Bacchi sacris initiatos non esse.

41. Pal. σεμέλης τὲ μ̅ρς ἀπολογήσασθαι μ' ὕπερ. Quid velint ista puncta, quae voces male scriptas indicare solent, conjicere nequeo, nisi fortasse olim legebatur ἀπολογηθῆναι. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 82. Ἀπολογηθῆναι: ἀντὶ τοῦ ἀπολογήσασθαι. Ἄλεξις Ἀμπελουργῷ. Meliorem auctorem Antiphontem allegare potuisset.

46. Pseudogregorius v. 1567. ἐν εὐχαῖς δ' οὐδαμοῦ. Laur. ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμῶς. Sic etiam e MSS. Par. Brunckius. Recte (ut mihi quidem videtur) sed tacite οὐδαμοῦ revocavit Matthiae.

47. Noster Alc. 152. πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις | πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν. Diverso sensu ἐνδείξομαι Il. T. 84. unde Hesychius: Ἐνδείξομαι: ἀπολογήσομαι.

51. Aldus ἐξόρους, quod *nunc absentes* reddit Brodaeus, *in exilium* Portus, similique sensu *extorres* Barnesius. Recte Laur. ἐξ ὄρους, *e monte*, quod ex utroque Par. admisit Musgravius. Sic etiam Piersonus Verisim. p. 123. qui contulit v. 228. ὅσαι δ' ἄπεισιν, ἐξ ὄρους θηράσομαι. Adde v. 657. ὃς ἐξ ὄρους πάρεστιν ἀγγελῶν τί σοι. Bacchas autem, de quibus hic agitur, non esse Bacchi comites, ex quibus constat chorus, sed Thebanas mulieres in monte Cithaerone commorantes, ipsa res declarat. Vidit hoc Brodaeus, cujus interpretatio ceteroqui absurdissima est. Verba enim ἐξόρους ἄγειν interpretatur *nunc absentes in me exercitum ducere.* Non vidit Barnesius aliique ante Piersonum, qui Thebanas Bacchas hoc versu intelligendas esse recte monet.

52. Pal. a correctore ζητῇ pro ζητεῖ. Vide ad v. 38.

*Ibid.* Verba συνάψω μαινάσι στρατηλατῶν alii aliter interpretantur. Brodaeus: *ego imperator cum Maenadibus congrediar.* Portus: *exercitus ducem me Maenadibus addam.* Recte Heathius: *praelio congrediar, Maenadibus me ducem praebens.* Recte etiam monet Brunckius, συνάψω significare συνάψω μάχην τοῖς Θηβαίοις. Ita noster Phoen. 1389. κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν, | ξυνῆψαν (Aldus ξυνῆψαν ἔγχη), ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας. Ambiguitatem vitasset noster, si

ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω,
μορφὴν τ' ἐμὴν μετέβαλον εἰς ἀνδρὸς φύσιν.
ἀλλ' ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας, 55

dixisset *μαινάδων στρατηλατῶν*. Quinetiam usitatior constructio *ἄρχειν τινὸς* quam *ἄρχειν τινί*, licet haec satis usitata sit. Ceterum Maenades sunt, quae superiore versu Bacchae appellantur. Quod monere supersederem, nisi Piersonum, Musgravium, et Brunckium aliter sentire viderem. Brunckii verba sunt: *Tum ξυνάψω μαινάσι στρατηλατῶν valet ξυνάψω μάχην τοῖς Θηβαίοις, στρατηλατῶν σὺν Μαινάσι, quo posteriori nomine designantur peregrinae mulieres, quae Bacchum comitabantur.* Hae mulieres, mihi crede, nunquam *μαινάδες* appellantur *), neque quidquam dicunt aut faciunt, quod sanas ac sobrias dedeceat. Maenadum mentio est vv. 52. 103. 224. 827. 913. 954. 979. 982. 1058. 1060. 1073. 1105. 1141. 1189. 1224. Semper intelliguntur aut Thebanae Maenades, aut aliae iis similes.

*Ibid.* Laur. *ξυνάψω* pro *συνάψω*. Mox vero v. 57. *συνεμπόρους* pro *ξυνεμπόρους*. His exceptis, neque Pal. neque Laur. ab Aldo in hac re dissentire videtur, nisi quod v. 728. pro *κἀγὼ ξυνεπήδησ'* uterque recte habet *κἀγὼ 'ξεπήδησ'*. Aldus *σὺν* vv. 63. 126. 133. 297. 307. 549. 595. bis, 612. 633. 725. 799. 809. 1050. 1157. 1323. 1350. 1380. De quibus omnibus nulla controversia est. Dedit etiam *συνάψει* v. 547. quod in *ξυνάψει* mutandum hodie inter omnes convenit. Incertior est scriptura vv. 51. 52. 97. 163. 237. 245. 390. 443. 512. 563. 564. 615. 696. 728. 835. 870. 885. 1027. 1057. 1089. 1090. 1101. 1171. 1222. 1299. 1302. 1307. 1341. In quibus omnibus scribendum *ξύν*, si vera sunt quae post Porsonum aliosque disputavi ad Med. 2. Respondet mihi Hermannus Diarii Classici T. XIX. p. 273. tragicos sibi in hac re non constitisse, nec regulam aliquam, sed quod in quoque loco auribus magis blandiretur, vel usitatius esset, sequutos esse. Plura de hac quaestione alias. Interea lectorem hoc unum monitum velim, adeo apud me valuisse Hermanni sententiam, neque solius Hermanni, sed etiam Reisigii aliorumque, ut in locis de quibus nunc agitur, *σὺν* in textu, *ξὺν* non nisi in margine exhibuerim.

*Ibid.* In Laur. *στρατηλατῶν* gl. habet *μετοχή*.

55. Pal. et a prima manu Laur. *ἀλλ' ὦ λιποῦσα*. Strabo p. 469. C. *ἀλλ' ὦ ἄπτουσαι*. Sed operae pretium videtur, Strabonis verba plenius apponere, propterea quod in sequente carmine haud exiguam variae lectionis copiam praebent. Ea vero in antiquis libris ita fere se habent: *εὐριπίδης τε ἐν ταῖς βάκχαις τὰ παραπλήσια ποιεῖ [τοῖς φρυγίοις ἅμα καὶ τὰ λύδια συμφέρων κατὰ τὸν ὅμηρον. ἀλλ' ὦ ἄπτουσαι τμῶλον ἔρυμα λυδίας θίασος ἐμὸς γυναῖκες ἐμά θ' εὑρήματα καὶ πόλις.] ὦ μάκαρ ὅστις εὐδαίμονα βιοτὰν ἀγιατεύει, τά τ' ἐμὰ πρὸς μεγάλας ἕρπων κυβέλας θεμιστεύων, ἀναθύρσων τε τινάσσων κισσῷ στεφανωθεὶς θεραπεύει. αἴτι βάκχαι βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῖς διόνυσον κατάγουσαι φρυγίων ἐξ ὀρέων ἑλλάδος εἰς ευρυχώρους ἀγυιάς. πάλιν δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τὰ κρητικὰ συμπλέκει τούτοις. ὦ θαλάμευμα κουρήτων τε ζάθεοί τε κορῆτες διογενέτορες ἔνθ' αὐλοί. ἔνθα τριακόρυθες ἀνδρῶσι, βυρσότονόν τε κύκλωμα τόδε μοι κορύβαντες εὗρον. ἀνὰ δὲ βακχείω συντόνω κέρας ἀνὰ δύο βοᾶν φρυγίων αὐλιῶν πνεύματι. ματρὸς ὀτειρᾶς εἰς χέρα θῆκαν καλλίκτυπον εὔασμα βακχᾶν. παρὰ δὲ μαινόμενοι σάτυ-*

[*) Vid. infra ad v. 671. *ED. LIPS.*]

θίασος ἐμὸς γυναῖκες, ἃς ἐκ βαρβάρων
ἐκόμισα παρέδρους καὶ ξυνεμπόρους ἐμοί,
αἵρεσθε τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν
τύμπανα, Ῥέας τε μητρὸς ἐμά θ' εὑρήματα,
βασίλειά τ' ἀμφὶ δώματ' ἐλθοῦσαι τάδε
κτυπεῖτε Πενθέως, ὡς ὁρᾷ Κάδμου πόλις.
ἐγὼ δὲ Βάκχαις, εἰς Κιθαιρῶνος πτυχὰς
ἐλθὼν, ἵν' εἰσὶ, συμμετασχήσω χορῶν.
Ο. Ἀσίας ἀπὸ γᾶς,
ἱερὸν Τμῶλον ἀμείψασα, θοάζω

οι, ματέρος ἐξαῦσαντο ῥέας, εἰς
ὲ χορεύματα προσῆψαν τριετηρί-
ων, οἷς χαίρει διόνυσος. [καὶ ἐν
αλαμίδη φησὶν ὁ χορὸς, οὐ σὺν
ιονύσῳ κομῶν, ὃς ἀν' ἴδαν τέρ-
εται σὺν ματρὶ φίλα τυμπάνων
ίκχοις.] Ita cum aliqua scriptu-
ae diversitate tres MSS. Lauren-
ani plut. XXVIII. 5. 9. 40. quos
osthac appellabo Strab. A. B. C.
Incinis inclusa absunt a B. Scri-
turam non longe diversam, sed
amen receptae paullo propiorem,
xhibet Strabonis ed. Aldina.

56. De thiaso vide ad v. 679.

58. Si dixisset Euripides ἐν Φρυ-
ῶν χθονὶ, quaerere supersedisset
rodaeus, utrum de Pessinunte
n de Berecyntho loqueretur. Sed
όλις apud tragicos passim regio-
em significat. Vide ad Ion. 294.
ὕβοι Ἀθήναις ἐστί τις γείτων
όλις.

62. Hic omnes libri πτύχας, ni
llor. Sed Pal. recte πτυχὰς v.
43. Noster Phoen. 84. ἀλλ' ὦ
αεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας.
chol. πτύχας δὲ, ἐὰν μὲν ἀπὸ τοῦ
τὺξ, πτύχας· ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ
τυχὴ, πτυχάς. Hanc rationem
eliorem esse constat e dativo
τυχαῖς, qui his in hac fabula le-
itur vv. 796. 1217. Vide ad Med.
297=1264.

64. Hujus fabulae carmina me-
ca maximam partem Ionica a
inore esse monet Hermannus
lem. Doctr. Metr. p. 496. *Pro-
rtus enim* (inquit) *rebus Bacchicis
ia numerus videtur habitus esse.*
Quod sequitur carmen usque ad
verba Διόνυσον ὑμνήσω omnes
ante Hermannum pro anapaestico
accepisse videntur. Is Ionicum a
minore esse vidit, novamque ejus
ἔκδοσιν dedit p. 498. in qua vix
quidquam reprehendendum esset,
nisi antistrophicum esse voluisset,
cujus ea pars quae a τίς ὁδῷ inci-
pit, alteri responderet. Mihi προῳ-
δὸς esse videtur, ut ille apud Ae-
schylum Prometheo, quem exci-
pit primus strophes versus 576.
ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ.
De quo videndus ipse Hermannus
p. 768. Ut a me constituti sunt
versus, Ionici a minore puri sunt
secundus, quartus, sextus, septi-
mus, octavus. Primum pedem
anapaestum habet tertius. Ana-
